SCRIPTORUM ARABUM LOCI DE ABBADIDIS

SCRIPTORUM ARABUM LOCI

DE

ABBADIDIS.

SCRIPTORUM ARABUM LOCI

DE

ABBADIDIS

NUNC PRIMUM EDITI

A

R. P. A. DOZY.

VOLUMEN PRIUS.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. ET J. LUCHTMANS,
Academiae Typographos.
1846.

W E IJ E R S I I

P R A E C E P T O R I S   D E S I D E R A T I S S I M I

P I I S   M A N I B U S

S A C R U M.

PRAEFATIO.

Quodsi omnium consensu ingens labor est iam dudum editos historiae fontes pervestigare, partium studium in singulis scriptoribus agnoscere, vera a falsis secernere; si hoc labore superato difficillimum tamen est historiam rite conscribere, ita ut res gestae non nude et ieiune, sicut in medii aevi annalibus, narrentur, sed lectori proponatur fidelis et vivida imago conditionis quae fuerit populo de quo agatur; ut huius mores et instituta tamquam in tabulà depingantur; virorum qui maximas egerunt partes, indoles exponatur et diiudicetur; artium denique disciplinarumque progressûs ostendantur: si hi, inquam, labores iure ingentes censentur, quo tandem nomine designandi sunt illi ubi historiam saeculi enarrandam quis in se susceperit cuius fontes, ex quibus illustrari debeat, non tantum non editi sint, sed primum undique sint conquirendi, saepe non nisi felici casu deprehendendi, deinde critice tractandi eo proposito ut de singulorum verborum significatione vel integritate certo constet, ita ut praecedant necesse sit grammatici, lexicographi et critici labores antequam de historici officio cogitari possit!

Hi labores mihi exantlandi, hae difficultates superandae erant, quum historiam Abbadidarum mihi tractandam sumsissem. Et longe profecto a me abest ut iis quae postulabantur satisfecisse me putem, nec magis prae

me fero historici officio me in posterum ita satisfacturum ut reverâ talem Abbadidarum dynastiae historiam conscribam, qualem conscribere velim; sed hoc certe declarare non vereor, me omnes vires intendisse me nimis longe a scopo abessem; diligenter undique conquisivisse quae ad argumentum spectarent; singulorum auctorum textûs non constituisse nisi locis repetitâ lectione consideratis; quâ in re feliciterne an infeliciter versatus sim, penes alios erit iudicium.

Omnes scriptorum Arabum locos qui de Abbadidis agunt et in Europaeis bibliothecis exstant, vel quos ego saltem in illis exstare scio, omissis illis qui iam ab aliis publici iuris facti sunt, aut in hoc volumine nunc primum edidi, aut in altero editurus sum (*). Suspicor fore nonnullos quibus in argumento historico carminum editorum multitudo displiceat, quique ea, nisi tota, at partem certe abesse malint. His respondere possem permulta ex carminibus hîc editis reverâ se commendare magnâ orationis elegantiâ, cogitationum pulchritudine: elegias, exempli causâ, al-Motamidi, teneras illas et molles, adeo lectorem secum rapere ut eâdem acerbâ tristitiâ quam patiebatur infelix regius poëta, afficiatur, cumque illo, amicis, filiis, regno privato, in durâ captivitate versari sibi videatur; editione itaque dignissima esse haec poëmata, et in universum ita praestantem esse Arabum Hispanorum poësin ut Arabice lecta (nam eleganter et simul accurate eam Latine vertere difficillimum est nec sane meum) summopere placeat; adeo praestantem eam habitam esse ab ipsis Orientalibus ut quum celebrato Syriae poëtae, al-Motenabbio, carmina quaedam

(*) Omisi tantum duo brevissima capita al-Homaidii quorum unum (MS. Oxon. fol. 35 v.) de Qacio Mohammede ibn-Abbad, alterum (MS. Oxon. fol. 125 r. et v.) de al-Motacido agit, quandoquidem nullius sunt pretii.

Arabum Hispanorum recitarentur, exclamare non dubitaret: Populus iste prae caeteris ipsâ naturâ ad poësin formatus est (*)! Sed potius respondeo multa ex his carminibus summi esse momenti ad ipsam historiam illustrandam. Quod si iam in hocce volumine nonnullis locis indicavi, luce clarius apparebit, spero, ubi ipse historiam Abbadidarum conscribam. Deinde animadvertantur, quaeso, temporum conditio, virorum principum qui tunc erant indoles. Etenim plane singulari impetu ad literas colendas impellebantur; prae his bella subditorumque regimen fere negligebant. Quodsi itaque iam hoc inter omnes constat historico officium incumbere ut aetatis de quâ agat, fidelem adumbret imaginem, ego certe non vituperandus ero qui huic officio satisfacere studuerim.

Neque vitio mihi verti velim quod longa illa rhetorum capita ediderim. Alterum volumen fere nihil nisi historicorum capita continebit, sed ingenue fateor mihi haec in universum minoris momenti videri quam capita rhetorum. Hi enim antiquissimi sunt scriptores inter eos qui de Abbadidis scripserunt hodieque supersunt; prudenter si adhibentur et cum historicis comparantur, vix dici potest quot qualesque fructûs afferant ad historiam melius intelligendam. Nonnullis locis, lubens fateor, sine magno damno carere possemus, sed scriptores, ut ita dicam, truncare minime àmo; imo, potius veniam rogo a nostrarum literarum cultoribus quod argumentum semel electum me coëgerit scriptorum fragmenta, non integra opera, publici iuris facere. Magis enim magisque viri docti sic sibi firmiter persuadent *integra* Arabum opera esse edenda, et iam nimis diu, non sine literarum detrimento, illud edendi genus in usu fuisse quo anthologiae et chrestomathiae, vel quocunque tandem nomine insignita opera, *fragmenta* tan-

---

(*) Rem narrat Ibn-Bassam (MS. Oxon. fol. 136 r.). Verba al-Motenabbii sunt: هذا الشعر القوم.

tum scriptorum Arabum Europaeis offerant. Ego quoque sic censens, putavi meum esse ut ex scriptoribus qui capita de Abbadidis offerunt al-Marrakishium certe integrum ederem, eiusque igitur caput in hoc opere non describerem. Post haud longum temporis intervallum me scriptorem illum edere posse, spes mihi facta est.

Gratissimum mihi restat officium, gratias nempe agendi illis qui de hoc opere optime sunt meriti. Has itaque ex imo pectore ago Cl. Dornio, Musei Asiatici Petropolitani praefecto, a quo, intercedente Doctissimo Gottwaldto, Codex operis *al-Matmah*, qui in magnificâ Musei bibliothecâ servatur, ad Weijersium, virum desideratissimum, transmissus est, qui illum mihi tradidit; Doctissimo quoque Moellero, qui complurium Codicum Gothanorum usum perhumaniter mihi concessit; Bibliothecae Bodleianae et Musei Britannici praefectis, qui quum in Angliâ degerem studiis meis quâ poterant faverunt; eruditissimo et amicissimo de Gayangos, qui non tantum plagulas secundi voluminis al-Maqqarii sui, a typothetâ ipsi traditas, ad me transmitti curavit, sed etiam summâ cum liberalitate ex ditissimâ suâ bibliothecâ multos Codices Arabicos mihi commodavit, quos quum diutius quam par erat retinerem, ille non tantum non repetiit, sed cum damno utilissimorum ipsius studiorum mihi permisit ut quamdiu vellem iis uterer, qui denique multa meum in usum in variis Bibliothecis Angliae, Galliae et Hispaniae descripsit sive excerpsit; Reverendo Cureton, amico integerrimo, et Doctissimo Greenhill, qui varios locos meum in commodum cum aliis Codicibus contulerunt; dilectissimo Amario, cuius indefessâ diligentiâ et erga me amicitiâ factum est ut integra capita meo operi addita sint. Tibi denique, Nobilissime de Slane! magnis obstrictum me sentio beneficiis, quippe cui praeter complures locos quos mihi descripsisti vel contulisti, etiam hoc debeam quod nondum editas plagulas tertii voluminis versionis tuae Ibn-

Callicanis, quibus al-Motamidi vita continetur, ad me transmiseris. Ne ingratus tibi videar si in perpaucis locis interpretandis a Te dissenserim, idque additis rationibus sed sine ambagibus declaraverim; laudatione enim Tu qui de disciplinâ nostrâ tam praeclare meritus es quam pauci alii, a quo tanta etiam tamque ardua, quae promisisti, aegre exspectamus, laudatione, inquam, Tu minime indiges, nedum meo praeconio. Candide itaque tibi oblocutus sum, mellitis verbis minime usus: quodsi autem, ut fieri potuit, dum tibi obloquerer ipse erraverim, rogo a te ne me meliora edocere, quâ erga me es benevolentiâ, recuses.

Itaque hoc opus, in quo id quoque agere studui ut lexicologiae et historiae literariae Arabum Occidentalium prodessem, aequis iudicibus trado, quos ut de eo candide exponere velint enixe rogo; ita ut in Addendis et Emendandis ad alterum volumen virorum doctorum utilissimis animadversionibus gratus uti, et errores qui sine dubio passim irrepserunt, tollere possim. Etenim dilectissimo praeceptore orbatus sum et hanc Historiam Abbadidarum, quam vivo Weijersio dedicare volueram, PIIS eiusdem MANIBUS inscribere debui; quod si secus fuisset, si vir ille, ingenii praesertim acumine praeclarus, opus examinare, corrigere potuisset, complures errores iam sublati fuissent. Sed gravi morbo iam pressus, sex priores tantum plagulas, ex typographeo prodeuntes, leviter inspexerat, quum literis nostris, ad quas promovendas tanta tamque insignia contulit, morte eriperetur.

Indices locupletissimi addentur alteri volumini, quod iam fere totum proelo paratum est, sed tamen quandonam secuturum sit definire non possum, quandoquidem eius rei cura a meo non pendet arbitrio.

Continentur hoc volumine:

Inter eos reges qui, undecimo p. Chr. seculo, collapso 'Omaijadarum in Hispaniâ imperio, aliquâ huius parte sunt potiti, eminet 'Abbādidarum genus virtute bellicâ, animi generositate, literarum studio. Legentes secundum volumen operis Condei [1], non possumus non summâ horum principum admiratione affici, et calamitates, quas passi sūnt, et quae imperio eorum finem imposuerunt, deplorare. Simul vero, eorum res quum accuratius consideramus, videmus, illorum historiam insignibus laborare difficultatibus et magnâ premi obscuritate. Pro suo enim tempore multa praestitit Condeus, at tam parum criticam secutus est rationem, tam multa commisit menda, ut complura posteris facienda relinqueret. Quapropter quum mihi proposuissem historiam 'Abbādidarum denuo conscribere, fontibus Moslimicis et Christianis uso, haec mihi optima et naturae maxime consentanea visa est ratio, ut primum quae auctores Arabes inediti nostro de argumento offerunt, publici facerem juris, adiectâ versione, ubi ea necessaria videretur, et annotatione. In his locis edendis temporum rationi ita obtemperabo, ut antiquissimo scriptori primus concedatur locus, recentissimo ultimus. Incipiendum igitur est ab Ibn-Ćāqāne, scriptore difficillimo, fateor, at qui talia, inter nonnulla minoris pretii, nobis tradidit, quae egregiam rebus, ab 'Abbādidis gestis, lucem affundant, imprimis vero poëticam quâ pollebant facultatem, et imitatu dignissimum literarum amorem ostendant et declarent. Textui utpote difficillimo versio erat adiicienda; sat copiosam quoque annotationem accessisse, nemini qui huius scriptoris opera novit, mirum accidet. Quod vero attinet ad aliorum faciliorum auctorum locos, qui deinde edentur, ut Moḥammedis ibn-'Ibrâhîm in libro ريحان الالباب, al-Marrākis̲ī, an-Nowairī, 'Ibno-'l-Ćatībi, auctoris anonymi libri الحُلَل المَوْشِيَّة, 'Ibn-Caldūni, al-Maqqarī: horum integram exhibere versionem operosius quam utilius visum est, et sufficere puto, ut quae in his exstant carmina, prosae ornatioris (سجع) specimina, eaeque sententiae, quae revera pariant difficultatem, in annotatione vertantur; semper vero curabo, ut ea quae in Lexicis aut plane non, aut non satis distincte et accurate, explicantur, pro viribus illustrem. Historico qui linguae Arabicae notitiam non tenet, prospicietur ultimo huius operis Capite,

1) *Historia de la Dominacion de los Arabes en España por* Don Jose Antonio Conde. Madrid 1820.

in quo ex omnibus quibus uti potuero fontibus, tum Moslim*icis* tum Christianis, de Ἀb-bādī*darum* historiâ sum expositurus. Huic ultimo operis Capiti omnia servo quae historicâ egent disputatione; in his vero Arabum locis, ea tantum ad historiam pertinentia attingam, quae necessaria sunt ut loci quem edo verba bene intelligantur.

Suo loco, ubi hoc requiri videtur, praemittam scriptorum locis quae sive de auctore, sive de libro, sive de codicibus quibus utor, monenda sunt.

His monitis de viâ, quam in hoc opere sum secuturus, ad 'Ibn-Ćāqān*em*, scriptorum meorum antiquissimum, accedamus.

CAPUT PRIMUM.

LOCI 'IBN-ĆĀQĀN*IS* DE ἈBBĀDĪ*DIS*.

§. 1. Caput de Ἀbū-'l-Qāsim*o* Moḩammed*e* 'ibn-Ἀbbād.

(*Ex opere cui titulus:* Matmaḩo 'l-'anfos wamasraḩo 'l-'tarannos fi molaḩi 'ahli 'l-Andalos,. *Codice Musei Asiatici Petropolitani.*)

Vitam 'Ibn-Ćāqān*is*, ex 'Ibn-Ćallicāne, edidit Cl. Weijersius in *Specimine* (p. 5 sq.); in 'Ibn-Ćalliqān*is* quas curarunt editionibus, eandem ediderunt Wüstenfeld (Fasc. VI. p. 14) et de Slane (I. p. ٥٦٨). Ego hic aliam auctoris vitam publici iuris faciam, desumtam ex opere c. t. *Marcazo 'l-'iḩāṭa bi-odabāi Garnāṭa* (Bibl. Reg. Paris., ancien fonds, n°. 867, fol. 215 r. et v.), epitome operis 'Ibno-'l-Ćaṭībi, c. t. *'al-'Iḩāṭa fī ta'rīki Garnāṭa* (de quo ipso opere deinceps videndum erit). Huius vitae apographon debeo amicissimo de Slane.

الفتح بن على بن احمد بن عبيد الله الكاتب من قرية تعرف بصخرة الولد من قرى قلعة يحصب ابو نصر يعرف بابن خاقان صاحب القلائد والمطمحين كان آيةً من آيات البلاغة عذب الالفاظ ناصعها اصيل المعانى وثيقها لعوبا بأطراف الكلام معجزا فى باب الحلى والصفات وكان محارَفا مقدورا عليه لا يملّ من المعاقرة والقصف حتى هان قدره وساء ذكره ولم يَدَعْ بلدًا من بلاد الاندلس الا دخله مسترفدا اميرَهُ وواغلا على عِلْيَته وكان معاصرا لابن ابى الخصال الّا انّ بطالته اخلدتْ به عن مرتبته قال ابن عبد الملك قصد يوما مجلس قضاء ابى الفضل مخمرا فتنسم بعض حاضرى المجلس رائحة الخمر فاعلم القاضى بذلك

فبحثه حدًّا تامًّا وبعث اليه بعد ذلك بثمانية دنانير وعمامة وقال الفتح حينئذ لبعض اصحابه عزمْتُ على اسْقاط اسم القاضى ابى الفضل من القلائد فقال لا تفعل فان قصّتك معه من العجائب أنْ تُنْسى وانت تريد ان تتركها مُؤرَّخةً [a] اذ كلّ من ينظر فى كتابك يجدك قد ذكرتَ فيه من هو مثله ودونه فى العلم والمنصب فيسال عن ذلك فيُقال له فيتوارث العام بذلك الاكابر والاصاغر قال فعلم صِحّة [b] نصحه فاقرّ اسمه وحدث بعض الشيوخ انْ سبب حقده على ابن باجة ابى بكر اخر فلاسفة الاسلام بالاندلس ما كان من ازرائه به وتكذيبه اياه فى مجلس اقرائه اذ جعل يكثر ما وصله به امراء الاندلس ووصف حليا فبدر [c] من انفه دائما فضلةٌ خضراء اللون زعموا فقال له ابنِ باجة فمن تلك الجواهر هذه الزمردة [d] التى على شاربك فثلبه فى كتابه بما هو معروف فى الكتاب وعلى ذلك فابو نصر نسيج وحده وشعره وسط وترسيله وكتابته فائقة فمن شعره المذكور فى القلائد يخاطب ابا يحيى بن الحاج

(الطويل) أكعبةَ [e] عَلْياء وهضبةَ [f] سُودَد ··· وروضة مجد بالمفاخر تُمْطَرْ
هنيا لمُلْك زان [*] أُفْقَك نورُه [g] ··· وفى صفحتَيْه من مُضائك اسطر
وانى لخَفّاق الجناحَيْن كلما ··· سرى لك ذكرٌ [h] او نسيم معطر
وقد كان واشٍ هاجنا لِتَهاجُر ··· فبتُّ واحشاءى جَوًى [i] تتفطر [k]
فهل لك فى وُدّ ذَوَى لك ظاهرا ··· وباطنه يَنْدَى صفاء ويُقْطَر
ولست بعِلْق بيع بخسا [l] واننى ··· لأَرْفَعُ أعلاق الزمان واخطر

فرجع عنه بما ثبت ايضا فى قلائده مما اوله

(الطويل) ثنيتَ ابا نصرٍ عنانى وربما ··· ثنت عزمة السهْم [m] المصمم اسطر

ونثره فى تراجم القلائد والمطمِحينَ شهير توفى بمراكش لثمان بقين من محرم سنة ٥٢٩ أُلْفى ذبيحا ببيت من فندق من فنادقها ولم يُشْعَر به الا بعد ثلاث من مقتله سامحه الله ورحمه بمنّه وكرمه ✿

---

a) Cod. مورخه. b) Cod. صحه. c) Cod. تبدر. d) Cod. الزمرده, e) Hoc carmen, ut responsum, invenitur in *secundo 'al-Qalāyid* libro, in capite de ذو الوزارتين الكاتب ابو عبد الله ابن ابى الخصال, MS. A. II. p. 78; MS. Ga. fol. 112 r. et v.; in B. hic est lacuna (cf. *Orient.* I. p. 452 ann. *a.* vs. 12 a f. sqq.). f) A. وهضبة. g) A. نورُك افقه. h) Cod. *'al-Marcaz* ذكرى. i) A. حوى. k) Cod. *'al-Marcaz* تتقطر. l) A. بحسا; Cod. *'al-Marc.* نحسا. m) Ga. الشهم; Cod. *'al-Marc.* المشهم.

Al-Fath ·ibn-Alī ·ibn-Ahmed ·ibn-Obaidi'llāh [1], *silentiarius, oriundus ex pago cui nomen Çacrato 'l-Walad, ad pagos oppidi Qal·ato Jahçob* [2] *pertinente, Abū-Naçr, notus nomine Ibn-Câqanis, auctor operis c. t.* ·al-Qalāyid *et operum q. t.* ·al-Matmah. *Erat miraculum inter miracula* [3] *eloquentiae; dulcis erat, puris verbis usus, nobilis* [4], *cogitata quam maxime solida* [5] *exprimens; ludens nobilissimis linguae vocabulis* [6]; *miraculum* [7] *in laudando et in (virorum indole) describendâ* [8]. *Copiâ vero et felicitate erat exclusus, et parci se erga eum praebebant homines, dum non recedebat a vino potando* [9], *neque a vitâ luxuriosâ: donec despectus et contemtus evaderet. Nullam Hispaniae regionem non intravit, donum a principe petens, su-*

---

1) Al-Fath ·ibn-Alī ·ibn-Ahmed etiam ex secundo Ibno-'l-Câtibi *·al-Ihâtqe* volumine scripsit Casiri *Bibl. Escur.* II. p. 114. Caeterum de discrepantiâ scriptorum in auctoris nostri nominibus scribendis cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 8 et in *Orient.* I. p. 432 sq. ann. *a.*

2) De قلعة يَحْصَب (sive يَحْصِب, sive يُحْصُب), nunc *Alcala la Real*, cf. Cl. de Gayangos *History of the Mohammedan Dynasties in Spain* I. p. 416. Quum vero Qal·ato Jahçob ad ditionem Granatensem pertineat, patet Cl. Weijersium errare, illud صخرة الولد ad ditionem Hispalensem pertinere statuentem (*Spec.* p. 8; idem, at dubitanter, enunciatur in *Orient.* I. p. 433 ann. *a*). Causa vero erroris exstitit Casirius, qui lectores docere debuisset, ubinam ista قرية sita esset; ipse enim id ex suo auctore discere potuisset.

3) Cf. Ibno-'l-Câtib, MS. Cl. de Gayangos, fol. 177 r.: هذا الرجل كان آية من آيات الله.

4) Hunc sensum اصيل apud Ibno-'l-Câtibum fere semper habet, ut MS. fol. 23 r.: اصيل البيت *nobili genere oriundus;* MS. fol. 236 v.: وهو من البيرة الاصيلة *oriundus erat ex nobili urbe ·al-Birâ.*

5) Voc. وثيق saepius de poësi adhibetur, ut apud Ibno-'l-Câtibum, MS. fol. 233 r.: وشعره وثيق نقل فيه ارواح المعانى. Caeterum sibi invicem hic opponuntur *ideae*, ut dicitur, المعانى, et stilus, الالفاظ; cf. Ibno-'l-Câtib, MS. fol. 206 v.: كلامه متكافى اللفظ والمعنى, et MS. fol. 238 r.: كلف بالمعانى البديعة والالفاظ الحقيلة

6) Id est: reconditis et parum usitatis vocabulis, quasi ludendo, utebatur.

7) Voc. مُعْجِز, haud minus quam مُعْجِزة, *miraculum* exprimit; cf. de Sacy, *Chrest. Ar.* II. p. ٨٣.

8) Dicens باب الحُلى (sic enim legitur in Codice), *caput monilium*, et صفات, sine dubio illa Ibn-Câqânis vitarum exordia spectat auctor, in quibus, audacissimis usus metaphoris, virorum laudes ad coelum effert.

9) Haec signif. 3ae formae verbi عقر, ab عُقار (*vinum*) derivata, Lexico addenda. Cf. Ibno-'l-Câtib, MS. fol. 98 v.: انهمك فى اللذات وعكف على المعاقرة (de 7a formâ verbi همك cf. Ibn-Câldūn MS. 1350 IV. fol. 7 v.: انهمك فى لذاته; ·an-Nowairi *Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 450: الانهماك على اللذات, et p. 484: فى انهماك على اللهو; de Sacy *Chrest. Ar.* I. p. ١٢٨ et I. p. ١٣٢); et idem, MS. fol. 233 r.: لملازمته المعاقرة وانهماكه فى البطالة. De vocab. بطالة mox videndum erit.

perveniens [10] *non vocatus regionis magnatibus, vinum potantibus. Erat collega* [11] *Ibn-ʿabī-ʾl-Kiçāli, at segnitia* [12] *adeo ei adhaesit, ut munus suum negligeret. Narrat Ibn-ʿAbdiʾlmelic* [13], *eum aliquando, vinum quum bibisset, petivisse conclave, ubi ʿAbū-ʾl-Façl Iudex sedebat. Quum quidam eorum qui aderant odorem vini olfecisset, id Iudici indicavit. Hic vero eum plenā castigatione, lege definitā* [14], *castigavit; postea vero octo dīnāros et cidarim ei misit. Tunc temporis ʿal-Fatḫ amico cuidam dixit: » Propositum mihi est ut nomen Qāçī*i *ʿAbū-ʾl-Façl*i *ex* ʿal- » Qalāyid *deleam.*" » *Ne facias*," *dixit alter*, » *fieri enim potest ut id quod tibi » cum eo accidit, in oblivionem abeat; tu vero nunc cupis ut in posterum comme- » moretur, quum unusquisque, tuum librum inspiciens, ubi inveniat te in eo comme- » morasse tales, qui scientiā et munere ei sint pares vel eo inferiores, in huius rei » causam inquisiturus sit: quae ubi dicetur illi, magnates et plebs, quasi haeredi- » tate, huius rei scientiam acquirent.*" *Intellexit hunc vere monuisse, et eius nomen remanere sivit* [15]. — *Narravit vir doctus quidam, causam cur tanto odio Ibn-Bāggam* ʿ*abū-Becrum* [16], *summum philosophorum Moslim*orum *in Hispaniā, prosequere-*

---

10) Verbum وغل h. s. cum على construi, Lex. add.

11) Nullus dubito, quin مُعاصِر hunc sensum hic habeat: quid enim interesset, utrum ʿIbn-Čāqān eodem tempore atque ʿIbn-ʿabī-ʾl-Kiçāl *vixerit*, nec ne? Praeterea in sqq. de *munere* (مرتبة) sermo est. Caeterum de ʿIbn-ʿabī-ʾl-Kiçālo infra, in textu, videbimus.

12) Sic بطالة vertendum putavi, quia alibi cum راحة, voc. eiusdem potestatis, coniungitur; nempe apud ʿIbno-ʾl-Čatib, MS. fol. 233 v.: وكان أوّلا يميل الى البطالة والراحة ثُم استيقظ من غفلته; cf. ʿIbn-Čāqān, ʿ*al-Qalāyid*, MS. A. I. p. 262: اقام زمانًا على المدامة معتكفا، ولثغور البطالة مرتشفا، , et supra ann. (9).

13) De hoc historico, saepius ab ʿIbno-ʾl-Čatibo laudato, videndum erit quum ad huius de ʿal-Moʿtamido caput edendum pervenerimus.

14) Male in Lexico legitur, حَدّ esse poenam a *Iudice* definitam: est poena *lege* definita; cf. Vincent *Etudes sur la loi Musulmane* p. 63.

15) Unus tantum Qāçius in ʿ*al-Qalayid* commemoratur, qui nomen ʿAbū-ʾl-Façl*i* gesserit, nempe الفقيه الحافظ ابو الفضل عياض بن موسى بن عياض (MS. A. II. p. 173—177). Huius vitam habet ʿIbn-Čallicān (ed. de Slane, I. p. ٥٢٧ sq.), ex quà discimus, eum Ceutae (سبتة) fuisse Qaçi*um* usque ad annum 532, quum idem munus Granadae obtineret. Res, hic narrata, necessario igitur in *Africā*, in urbe Ceutà, locum habuisse debet, quum ʿIbn-Čāqān iam anno 529 mortuus sit.

16) Huius vita est in *quarto* ʿ*al-Qalāyid* libro (MS. A. II. p. 317—328); et in ʿIbn-Čallicān*e*, ed. Wüstenfeld, Fasc. VII. p. 93—95.

tur, in eo sitam fuisse quod hic ipsum vituperasset, et mendacem declarasset in conclavi ubi docebat [17], *quum scilicet Ibn-Ćāqān magnis verbis dona, ab Hispaniae principibus accepta, efferre inciperet, et quum describeret lapides pretiosos (sibi datos). Interea pedetentim* [18] *prorupit* [19] *ex eius naso gutta* [20] *viridis coloris. Narrant, tunc Ibn-Bāggam dixisse: "An ex his lapidibus pretiosis est smaragdus* [21] *iste in mystace tuo?" (His verbis offensus) eum in libro suo crasso modo conviciatus est, in libri loco satis cognito. Etiamsi his vitiis esset contaminatus, Abū-Naçr tamen vir erat plane unicus; eius poësis est mediocris* [22], *at epistolae, quas principis iussu scripsit* [23], *sunt praestantissimae. Ex eius poësi, in* ʿal-Qalāyid

---

17) Haec significatio 4ae formae verbi قرأ sexcenties apud 'Ibno-'l-Ćatibum occurrit. Lexico addatur.

18) *Ipso illud non animadvertente;* verti دائما per *pedetentim*, *sensim sensimque;* per ديمة enim *pluvia tranquilla, sensim sensimque descendens*, intelligitur; cf. quoque verbum دام.

19) Ad بدر cf. phrasis, in Lexico notata: بدره اللبن *prorupit lac ut continere id non posset.*

20) Sic فضلة hic vertendum esse contextus docet. In Lexico per *reliquum*, *res superstes*, explicatur.

21) Nomen unitatis زمردة Lexico addatur. Pleraque lapidum pretiosorum nomina unitatis in Lexico desunt, ut جوهرة (Koseg. *Chrestom. Arabica* p. 82) a جوهر exet.

22) Iam Casiri (*Bibl. Escur.* II. p. 114), ex 'Ibno-'l-Ćatibi secundo *ʿal-Iḥāṭqe* volumine, retulit 'Ibn-Ćāqānem *poëtam inferioris notae* fuisse. Ut autem appareat, Casirium et me vocabulum وسطا h. l. recte vertisse, habeas locum 'Ibno-'l-Ćatibi (MS. fol. 31 v.): وشعره وسطٌ بعيدٌ عن طرفى الغثّ والسمين أبْعَدَ (adde بعْد vel simile quid) وكان لا يتغنى (lege يتعنّى) فيه ولا يتكلفه ولا يقصد قصده وإنّ ذلك لعذر فى عدم الاجادة. *Eius poësis mediocris est, longissime distans tum ab eo quod macrum, tum ab eo quod pingue est* (cf. غثّا او سمينا ap. 'Ibn-Caldūnum in de Sacy *Chrestom. Arabe* I. ١١٩); *ei non cum curâ incumbebat, neque eam cum studio tractabat* (cf. de Sacy *Chrest. Ar.* I. p. 155; Bidp. *Fab.* p. 270), *neque omnes vires in eâ intendebat; hoc autem ignoscitur, quando deëst ad hanc artem praestans ingenium.*

23) Vocabulis ترسيل et كتابة designantur *epistolae prosâ ornatiori, iubente principe, ab Ibn-Caqāne, ut silentiario* (كاتب), *scriptae.* Hoc probandum, nam neutrum horum vocabulorum in Lexico hoc sensu apparet. Voce ترسيل igitur exprimit auctor *scribere risālas iussu principis.* Legitur apud 'Ibno-'l-Ćatibum (MS. fol. 266 r.): ابو عبد الله بن عياش كاتبُ الناصرِ وغيره من بنى عبد المومن وواسطةُ عِقْدِ ترسيلِهِ قوله فى رسالة كتبها فى نزول الناصر على المهدية بحرًا وبرًا; et alibi de Catibo (silentiario) dicitur (fol. 217 r.): وله ترسيل بديع. 'Ibn-Caldūn eâdem voce nonnunquam idem exprimit (ut ʿal-Moqaddamāt, MS. 1350. I. fol. 93 r.), at

exstante, sunt sequentes versus, in quibus alloquitur Abū-Jaḥjāum 'ibno-'l-Ḥagg [24]:

---

saepius hac in re aliâ formâ utitur; scribit nempe تَرَسُّل. De munere Wezīri, ut suo tempore in Hispaniâ erat, sic loquitur (*'al-Moqaddamāt*, fol. 91 v.): واّما الوزير فكالوزير (scil. caeterorum populorum) الا انه قد يُجْمَع له التَّرَسُّل والسلطان عندهم يضع خطّه على السجلات كلها فليس هناك خطة العلامة كما لغيرهم من الدول. Alibi (*ibid.*, MS. fol. 222 v.) dicit, de institutione puerorum in Hispaniâ agens: فلا يقتصرون لذلك عليه فقط بل يخلطون فى تعليمهم للولدان رواية الشعر فى الغالب والترسل, id est, *legere quoque iubent pueros poëmata et epistolas prosâ ornatiore conscriptas.* Infra (*ibid.*) iterum occurrit: رواية الشعر والترسل ومدارسة العربية.

Vocabulum كتابة *tres* habet signif., ad unam omnes a Lexicographis omissas. Significat 1°: *munus τοῦ* كاتب (*silentiarii*). 'Ibno-'l-Ćatib (MS. fol. 27 r.): استدعاه ابو عبد الله بن كان — فكّفها مع وقاره غزلًا; حسون قاضى مراكش الى كتابته; idem (MS. fol. 219 r.): فوالى الكتابة عن ولد السلطان امير; idem (MS. fol. 237 v.): لَوْذعيًّا على شان الكتابة المسلمين بالمغرب ابى سالم ابراهيم; idem (MS. fol. 238 r.): خَصَّهُ بكتابة سرّه. Exprimit 2° *componere risālas (epistolas), iussu principis, qualitate silentiarii; excellere hac in re.* Dicit 'Ibn-Ćāqān (*'al-Matmaḥ*, MS. fol. 59 v.): امام من ائمة الكتابة. 'Ibno-'l-Ćatib (MS. 219 r.) dicit de Câtibo quodam, eum fuisse مليح الكتابة; idem (fol. 248 v.): وكتابته شهيرة تُضْرَب بذكره فيها الامثال: sequuntur specimina epistolarum, principis iussu ab eo compositarum; idem (fol. 273 r.): الوزير الكاتب الناظم الناثر القائم بعمود الكتابة والحامل لواء (lego للوء) البلاغة; 'Ibn-Ćāqān (*'al-Qalâyid*, MS. A. I. p. 240): وكان ابوه الوزير الكاتب ابو الاصبغ قد ابرّ على اهل اوانه' واستقرّ كتابة زمانه". Designat 3° *locum ubi Cātibi ipsorum munere fungebantur (la secrétairerie du prince).* 'Ibno-'l-Ćatib compluribus locis (ut fol. 19 v., 218 v. caet.); ارتسم فى الكتابة السلطانية *il obtint un emploi dans la secrétairerie du sultan* (رسم in 8ª formâ enim significat *munus obtinuit*, ut fol. 33 r., caet., et derivatum est a رَسْم *munus*, ut fol. 23 v., 26 r., caet.); idem (fol. 223 v.): ارتسم لهذا العهد فى الكتابة. Observare quoque debeo, phrasin كتب عن فلان significare: *fuit silentiarius alicuius*, ut apud 'Ibno-'l-Ćatib (fol. 215 v.): كتب عن ابى سعيد عثمان بن عبد المومن بسبتة: et simplex كَتَبَ (oppositum τῷ شعر) exprimere: *composuit epistolas*, ut apud eundem (fol. 209 r.): يكتب ويشعر مُصيبًا فى ذلك.

24) Opportunitatem, quà hi versus sunt compositi, in *'al-Qalāyid* (l. l.) commemorat Ibn-Ćāqān. Quum scilicet in Africà degeret (فى ايام مقامى بالعدوة), cum Abū-Jaḥjāo Moḥammede 'ibno-'l-Ḥāgg amicitiam contraxerat, deinde vero inter eos dissidium ortum est, ita ut amicitia abrumperetur, et

O Ca'ba (templum), in quâ nobilis actio perficitur, et mons, in quo sedet principatus, et hortus, in quo habitat gloria, dum rebus, de quibus gloriari quis potest irrigatur!

Bene sit regno, cuius lumen finitorem tuum ornat [25], *et in cuius utroque latere sunt lineae, quas penetrans tuus gladius scripsit* [26]*!*

En! fio utrâque alâ volans [27], *quotiescunque spirat* [28] *tui recordatio, aut aura fragrans.*

Delator nos concitavit ut amicitiam nostram abrumperemus; tunc noctes transegi, visceribus meis tristitiae ardore fissis.

Desiderasne [29] *amicitiam, quae specie tibi marcida evasit, dum tamen revera madet, puritate gaudens, et guttis est irrigata?*

Non sum res, quae vili pretio emitur, sed summa et nobilissima [30] *sum rerum pretiosarum quas tempus praebet.*

---

ad 'Ibn-Čāqānem verba pristini amici referrentur talia, quae maximo dolore eum afficerent. Quum iam in itinere esset, cognovit ea verba non ab 'Ibno-'l-Ḫaggo fuisse dicta, et invido delatori esse tribuenda. Tunc rediit pristinus amor, et amicitiae foedus renovare cupiebat 'Ibn-Čāqān. Ideo ad eum versus, qui in textu leguntur, scripsit.

Quod vero ad Moḥammedem 'ibno-'l-Ḫāgg attinet, hic anno 501 urbis Fessae et omnium 'al-Magribi provinciarum gubernator ab imperatore 'Alio, in Hispaniâ degente, est constitutus, et hoc munus per sex menses tenuit, quando Valentiae est praepositus (*'al-Qartās*, ed. Tornberg, p. ١٠٣ vs. 7 a f.). Quum igitur 'Ibn-Čāqān, tunc in Africâ degens, in sequentis carminis vs. 2°, de eo ut de *rege*, deque eius *regno* strenue ab ipso defenso, loquatur, hoc carmen sine dubio anno 501 est compositum, quum Moḥammed 'ibno-'l-Ḫāgg in Africâ fere regiâ potestate gauderet. Caeterum hic vir anno 502 Valentiam reliquit, et Hūditas Caesaraugustâ (Saragossa) expulit; ipse in hac urbe mansit, donec Barcelonae bellum inferret, in quo occubuit anno 508 (*'al-Qartās* l. l. et p. ١٠٤ med.). Auctor *'al-Qartās*i hunc Moḥammedem 'ibno-'l-Ḫāgg manifesto errore vocat 'Abū-'Abdi'llāhum, pro 'Abū-Jaḥjā.

25) Ex A. est: *cuius finitorem ornat lumen tuum.* Elegantius; nam melius, et magis ex Arabum cogitandi ratione, *princeps* cum *sole*, et *regnum* cum *finitore* comparatur, quam contrà. At quum lectio in Ga. et Codice operis *'al-Marcas* certe sensum praebeat, hic numerus Codd. in censum veniebat.

26) Spectat 'Ibn Čāqān utrumque regni limitem, ab 'Ibno-'l-Ḫaggo strenue defensum. De infin. مُضاء (*penetrare*, pp. de *gladio*) cf. infra.

27) Vocab. خَفّاق hac signif., quae Lexico addatur, occurrit etiam in de Sacy *Chrest. Ar.* II. p. 349.

28) De hac verbi سرى signif. cff. Cl. Weijers *Spec.* p. 86, et Hoogvliet *Spec.* p. 46 et 58 ann. 4.

29) Cf. *Noct. Arab.*, ed. Macnaghten I. p. 85: هل لك في الشراب *desiderasne vinum?* In hoc, in nostro, et in similibus locis non حاجة, ut in aliis, sed شوق, cogitatione supplendum est.

30) De compar. أخطر, *nobilissimus*, cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 25 et ann. in p. 89.

Ad quos versus ab illius parte ei responsum est aliis, qui etiam in ·al-Qalāyid *inveniuntur, et quorum primus hic est*[31]*:*

Avertisti, o Abū-Naçr! meam inimicitiam; et vero saepe avertunt versus sagittam[32]*, rectâ viâ scopum petentem et penetrare volentem.*

Eius prosa in articulis operis ·al-Qalāyid, *et in operis* ·al-Matmaḥ *recensionibus celebrata est. Obiit Marochii die 22° mensis Moḥarram anni 529; interfectus inventus est in cubiculo diversorii cuiusdam istius urbis; hoc autem innotuit tantum tribus diebus post eius caedem: Deus benigne cum eo agat, et, gratiâ generosoque suo animo, misericors ei sit!*

Vides, huius vitae auctorem confirmare pleraque, quae 'Ibn-Ćallicān retulit, at plura eum dare, et talia, quae aliunde nondum erant cognita. Maximâ vero animadversione dignum est quod dicat, 'Ibn-Ćāqān*em* collegam fuisse 'Ibn-·abī-'l-Ḱiçāl*i*; cognito enim cuiusnam Ćātiḅ fuerit hic, patebit quoque apud quemnam principem silentiarii munere functus fuerit auctor noster celebratissimus; hoc hucusque latuit; nam, etiamsi vel Codicum inscriptiones 'Ibn-Ćāqān*em* Ćātib*um* vocant, nulla adhuc prolata sunt indicia vel testimonia, quae indicent in cuiusnam aulâ hanc dignitatem tenuerit. Videndum igitur primum de 'Ibn-·abī-'l-Ḱiçālo.

Huius viri plenum nomen erat Abū-ʿAbdi'*l*-lāh Moḥammed ·ibn-Masʿūd ·ibn-Ćalça ·ibn-Farag ·ibn-Mogāhid ·ibn-·abī-'l-Ḱiçāl ·al-Gāfiqī[33]; natus est anno 465, et interfectus, ut scribit 'Ibn-Baŝcowāl, die 12° mensis Ḍū-'l-ḥigga, vel, ex aliâ relatione, die 13° huius mensis, anni 540[34]. Ignobili genere oriundus, at *suis* meritis conspicuus, adhuc incognitus adhaesit (تَعَلَّقَ) Abū-Jaḥjāo Moḥammedi ·ibno-'l-Ḥagg[35] (de quo vide supra ann. (24)). Apud hunc principem silentiarium fuisse 'Ibn-Ćāqan*em* haudquaquam probabile est; nam hunc commemorat auctor noster (vide supra p. 3), et nil dicit tali de re; imo ex iis quibus utitur verbis, potius contrarium patet. Deinde vero 'Ibn-·abī-'l-Ḱiçāl fuit silentiarius

31) Responsum auctorem habet, non ipsum 'Ibno-'l-Ḥāgg*um*, sed 'Ibn-·abī-'l-Ḱiçāl*um*; nam in ·*al-Qalāyid* legitur: فامره بمراجعتي فكتب عنه بقطعة منها; pronomen in فامره manifesto spectat ad eum, de quo hic articulus agit, scil. ad 'Ibn-·abī-'l-Ḱiçāl*um*.

32) Ut appareat, revera hic ex solo A. سهم, non ex Ga. شهم (cuius lectionis vestigium est quoque in corruptâ lectione Cod. ·*al-Marcaz*), legendum esse, et igitur non de *equo* esse cogitandum, habeas versum, qui hunc in ·*al-Qalāyid* excipit:

ونالت هوى ما لم تكن لتناله   سيوفٌ مواضٍ او قنى متأطر

33) 'Ibno-'l-Ćatib in eius vitâ, MS. fol. 250 v.

34) Idem, *ibid.* fol. 255 r. et v.

35) 'Ibn-Ćāqān, ·*al-Qalāyid*, MS. A. II. p. 79, 80.

2

principis Tâšifini ·ibn-Alî, ut in huius principis vitâ diserte tradit 'Ibno-'l-Câtib (MS. fol. 113 r.), his verbis: وكتابة الرئيس العالم ابو عبد الله بن ابى الخصال والكاتب المؤرّخ الصيرفى[36] (adde ابو بكر (بن). Hic princeps, regni haeres, ab anno 522[37], vel, ut probabilius videtur, ab anno 520[38], Hispaniae erat gubernator, et hanc praefecturam tenuit usque ad annum 531[39], vel 532[40]. Iam huius principis, qui Granadam imperii sedem habebat[41], Câtib*um* fuisse 'Ibn-Câqân*em*, pro certo habeo.

Iam ad 'Ibn-Câqân*is* ***Matmaho 'l-anfos*** transeamus. Huius operis exempla diu latuerunt; nunc vero scimus, *duos* eius codices in Europâ exstare, qui tamen sunt diversi. Primus Londini servatur in Museo Britannico (n°. 9580; vide Cl. de Gayangos, ***History of the Mohammedan dynasties in Spain*** I. p. xx); alter, ex quo hoc Caput edo, est in Museo Asiatico Petropolitano (n°. 776). Ex his Codex Londinensis plurimas continet vitas, minores numero sunt eae quas exhibet Codex Petropolitanus. Iam quum 'Ibn-Ḥazm[42], 'Ibn-Câllicân et Ḥâgî-Califa (in voce مطمح ap. Weijers *Spec.* p. 6 ann. (1)) disertis verbis tradant, tria *exempla* vel editiones (ثلاث نسخ; nos barbare diceremus *redactiones*) operis ***Matmaho 'l-anfos*** exstare, ***maximum*** scilicet (الكُبْرى), ***medium*** (الوسطى), et ***minimum*** (الصغرى), inquirendum quamnam editionem uterque Codex offerat. Ad hanc quaestionem solvendam necesse est, docte lector! ut memineris Cl. Weijersium in primo ***Orientalium*** volumine gravissimam movisse quaestionem, quae cum nostrâ disputatione arctissime est coniuncta. Ex Indice enim capitum operis ***·al-Qalâyid***, qui ibi exstat, vides in huius operis Codicibus A. (nostro Leidensi n°. 306) et C. (MS. Bibl. Regiae Parisiensis n°. 734) ***duodecim***, et praeterea in A. ***quinque***, offerri capita, quae in

---

36) De hoc historico dein videbimus.

37) 'Ibno-'l-Warrâq apud 'Ibno-'l-Câtib, MS. fol. 111 v.; vide locum infra in h. §. ann. (65).

38) *Al-Qartâs*, ed. Tornberg, p. ١٠٩ vs. 2 a f. Ideo hoc mihi probabilius videtur, quia eius praedecessor, Temimus, mortuus est *hoc* anno, neque nominatur Hispaniae gubernator, qui ab anno 520—522 hanc regionem administraverit. Puto igitur, Tâšifinum Temimo *statim* successisse, ut quoque ex *·al-Qartâs* efficeres.

39) 'Ibno-'l-Câtib MS. fol. 113 v.; cf. *·al-Qartâs* I. p. ١٠٧ vs. 7 sqq.

40) 'Ibno-'l-Câtib MS. fol. 114 r. Verba haec sunt: قد تَقَدَّمَ انصرافُه عن الاندلس سنة احدى وثلثين وخمسمائة وقيل سنة اثنتين. Locum, ad quem spectat قد تقدم, infra habebis in ann. (65).

41) 'Ibno-'l-Câtib MS. fol. 112 v.

42) Apud ·al-Maqqarî MS. Goth. fol. 387 v. Locus hic est: ولصاحب القلائد كتاب المطمح وهو ثلاث نسخ كبرى ووسطى وصغرى يذكر فيها من الذين ذكرهم فى القلائد ومن غيرهم الذين كانوا قبل عصرهم ۞

aliis Codicibus non exstant. Quaestionem movit V. Cl. (l. l. p. 475—487), *unde* ista capita additicia in opus *al-Qalāyid* migraverint. Duplici modo difficultatem solvi posse ibi dixit: 1° sive dicamus a librariis ea esse addita; 2° sive ab ipso 'Ibn-Ĉāqāne esse profecta, iam editum opus novâ curâ retractante, et integra capita addente. In annotatione vero dixit haec (p. 478 ann. *a*): » Dolendum est, libri مطمح الانفس nullum » exemplum exstare; — vellem enim, me hoc eiusdem auctoris opus, in simili argu- » mento versatum eodemque stilo compositum, conferre posse, ut viderem, an fortasse » 17 illa capita inde simpliciter a librariis desumta sint. ——— Fateor tamen, donec » ipse ille liber repertus sit, huic nudae suspicioni non magnam vim posse tribui." Haec igitur teneas, benevole lector! Ut nunc vero rite procedamus, accuratius primum videndum est de *al-Matmaḥi* exemplis, tum Petropolitano, tum Londinensi.

Codex Petropolitanus est chartaceus, in formâ quae dicitur octavâ, corio rubro involutus, charactere neski nitide scriptus a. Ar. 1063, ut patet ex subscriptione (fol. 86 v.) ubi haec: تم القسم الثالث من كتاب مطمح الانفس، ومسرح التأنّس، فى مفاخر اهل الاندلس" وبتمامه كمل الكتاب، بعون الله الملك الوهّاب" فى غرة رجب، المرجّب" سنة ثلث وستين والف، من هجرة مَنْ له العزّ والشرف". Vides, hic ultimam inscriptionis partem sonare فى مفاخر اهل الاندلس; ipse tamen 'Ibn-Ĉāqān in praefatione scribit فى ملح اهل الاندلس, et in titulo, ubi priora verba omittuntur, reperitur simpliciter: ملح اهل الاندلس. In eodem volumine ac nostro exstat quoque plane aliud opus (numerum gerens 775), nempe رسالة فى حل العقد ونثر النظم للبّبغا [43], et in huius quoque titulo scribitur ومطمح الانفس فى ملح اهل الاندلس للفتح ابن خاقان. Observandum praeterea, in titulo reperiri initium capitis 'Ibn-Calliqānis de nostro auctore, usque ad verba: وهو ثلاث نسخ كبرى ووسطى وصغرى. Opus *al-Matmaḥ* folia continet triginta sex, et incipit Codicis fol. 51 v. (titulus vero est in fol. 51 r.). Verba quibus opus incipit (praemisso بسم الله الرحمن الرحيم) plane eadem sunt atque illa, quibus *al-Matmaḥ* incipere affirmat Ḥāgī-Califa, nempe اما بعد حمد الله الذى اشعر لنا الهاما. Tota vero praefatio est haec:

43) Hoc opus ab Ḫāgī-Calīfā, certe in nostro Codice, non commemoratur. — Quod vero ad *al-Matmaḥi* titulum attinet, hunc sine dubio ante oculos habuit 'aš-Šaqandī (ex urbe شقندة prope Cordovam; nomen deëst in *Lobbo 'l-lobāb*, sed cf. Cl. de Gayangos *History of the Mohammedan Dynasties in Spain* I. p. 328), mortuus a. Ar. 629, haec scribens (apud 'al-Maqqarī MS. Goth. fol. 30 r.):
امّا غرناطة فانّها دمشق بلاد الاندلس، ومسرح الابصار ومطمح الانفس" ۞

بسم الله الرحمن الرحيم

اما بعد حَمْد الله الذى اشعر لنا الْهاما، وصَيَّر لنا أَفْهاما» وسَيَّر[a] لنا برود اداب، ونشّرنا للانبعاث الى اُثباتها والانتداب» وصلّى الله على سيدنا محمد الذى بعثه رُحْمه، ونَبّأه مَنّهُ ونِعَمُه» وسلم تسليما **فانّه** كان بالاندلس اعلام فتنوا بسحر الكلام، ولقوا منه كل تحية وسلام» فشعشعوا البدائع وروّقوها، وقلّدوها بمحاسنهم وطوّقوها» ثم هووا فى مهاوى المنايا، وآنحلوا بايدى الرزايا» وبقيت مآثرهم غير مثبتة فى ديوان، ولا مجملة فى تصنيف احد من الاعيان» تجتلى فيه العيون، وتجتنى منه زهر الفنون» الى ان اراد الله اظهارَ أَعْجازِها، واتّصالَ صدورها باعجازها» فحللتُ من الوزير ابى العاص حكم بن الوليد عند مَنْ رَحّب واَهّل، بمُكارمة[b] ومَنْهَل[c]» وندبنى الى ان اجمعها فى كتاب واَدْركنى من التنشّط الى اقبال ما ندب اليه، وكتابة ما حثّ عليه» فأجبْتُ رغبته، وحليتُ بالإسْعاف لَبّته» وذهبتُ الى ابدائها، وتخليد عليائها» وأمليتُ منها فى بعض الايام، ثلاثة اقسام» **القسم الاول** يشتمل على سرد غرر الوزرا، وتباسق درر الكُتّاب والبلغا» **القسم الثانى** يشتمل على محاسن اعلام العلما، واعيان القضاة والفقها» **القسم الثالث** يشتمل على سرد محاسن الادبا، النوابغ النجبا» وسمّيتُها مطمح الانفس، ومسرح التأنّس، فى ملح اهل الاندلس» وابقيتُها لذوى الاداب ذكرا، ولاهل الاحسان فخرا» يساجلون بها[d] اهل العراق، ويحاسنون بمحاسنها الشمسَ عند الاشراق» والله اسال الهام المقصد، وانفراج بابه المُوصَد» بمَنّه ✿

Praedicate laudem Dei, qui nobis tamquam interiorem vestem dedit [44] ***rerum futurarum providentiam*** [45]***, et effecit ut nobis esset intellectus*** [46]***; qui striis nobis***

---

a) Codex male وسبر. b) Codex بمكارمه. c) Codex وانهل. Cf. ad vers. h. l. d) Codex male به

44) Hanc sine dubio significationem hic habet verbum أَشْعَرَ collatis quae deinde sequuntur وسيّر لنا برود اداب.

45) Hunc vel similem sensum Inf. الْهام habere debet, collato loco in *al-ḥolalo 'l-mauš'ija* (MS. 24, fol. 3 v.), ubi de historiâ dicitur: يُعيد كاريها حكمة والهامًا. Significationem, in Lex. memoratam, *instinctu docuit*, in fine huius praefationis habebis.

46) Substantivum فَهْم, plur. أَفْهَام, Lexico esse addendum, iam monuit Hoogvliet *Spec.* p. 122, ann. 87.

insignivit vestes externas humaniorum literarum 47 ***, et nos cupidos effecit*** 48 ***ut cito incederemus ad has libris committendas, et ut nos ad hoc impelli sineremus. Benedicat Deus Domino nostro Mohammedi, quem Eius misericordia misit et quem antea annuntiaverat*** 49 ***Eius benevolentia et beneficentia*** 50 ***; benedicat ei maximâ benedictione! — Erant in Hispaniâ gentis principes, qui fascinabant incantatione*** 51 ***eloquentiae, et qui obtinebant ab hac unamquamque salutationem*** 52 ***: itaque res miras*** 53 ***(vini instar) aquâ diluerunt et colaverunt, et has suis ipsorum***

Unico ibi citato exemplo addo sequentia: sing. فَهْم occurrit apud de Sacy *Chrestom. Arabe* II. p ٣٤ vs. 5 a f.; Bidp. *Fab.* p. 11 vs. 5 a f.; Ibn-Câqân infra in capite de 'al-Mo'tamido MS. A. p. 5. Pluralis occurrit apud Ibno-'l-Wardî ed. Aurivill. p. 4; Ibn-Câqân *'al-Matmah* MS. fol. 71 r.: امامُ اللغة والاعْراب، وكعبة الاداب" أوْضَحَ منها كلَّ افْهام، وفصح دون الجهل بها محلّ الأفْهام"; *ibid.*, fol. 74 v.: ما تَرِدُهُ الأفهام مَطَافا.

47) Id est: *qui effecit ut literae humaniores nobis sint ut vestes eleganter striatae.*

48) Liberius verti. Ad literam, si lectio Codicis sana est: *et nos expandit* (in hac terrâ ut pannum) *eo proposito ut nos caet.*

49) Spectat hic auctor tum notum istud παράκλητος, ex quo περίκλυτος fecerunt Moslimi (vide d'Herbelot in *Mohammed*), tum antiquos illos versus Arabicos, quibus Mohammed*is* adventum praedici putabant (ap. A. Schultens *Histor. Joctanid.* p. 52, 66).

50) Ne quoddam dubium tibi sit de voce نُعْم, ut in textu illam vocalibus instruendam curavi, habeas verba 'an-Nowairii (*Histor. Aegypt.* MS. 2 m, fol. 193 v.): كانت له نُعْمَة عظيمة i. e. *valde beneficus erat.*

51) »Quant à l'idée de magie, appliquée à la poésie, on la retrouve fréquemment chez les écrivains »arabes," ait summus Quatremère (*Mémoire sur la vie et les ouvrages de Meidani* p. 40) et exempla affert. In nostro etiam scriptore frequenter haec notio sese offert, ut in *'al-Qalâyid* (ap. Cl. Weijers *Spec.* p. 19); *ibid.* MS. A. I. p. 87; *'al-Matmah* MS. fol. 63 v., 70 r., 75 r. caet.

52) His verbis indicatur, eloquentiam gentis illos principes (اعلام) tamquam *suos* considerasse: putasse ad suam sectam, ut ita dicam, pertinere; Moslimi enim non nisi Moslim*is* dicunt سلام عليكم vel السلام عليكم; hac formulâ nunquam homines alius religionis salutant; vide Host *Nachrichten von Marokos* p. 113; Lane *Modern Egyptians* I. p. 298 sq.

53) Cl. Weijers in *Orient.* (I. p. 391 ann. *a*) jam notavit بَدائع exprimere: *omnia quae aut cogitationis aut dictionis novitate se commendant;* hic autem de *pulchre et ingeniose cogitatis* vocabulum est accipiendum, et per محاسن intelligenda est *dictionis elegantia*, ut apud Ibno-'l-Catib, MS. fol. 24 r.: غريب المعانى والمحاسن, ubi معانى *cogitata* (cf. supra ann. (5)), محاسن, ut hic, *stilum* denotat. Sensus itaque oritur hic: *quae ingeniose cogitaverant eleganter expresserunt.* — Metaphora

pulchris locis tamquam monili et torque ornaverunt. Deinde vero dilapsi sunt in barathra inevitabilis fati, et complicati sunt manibus aerumnarum; ipsorum vero egregia ingenii specimina 54 *nullo in Diwâne erant scripta, et in nullius eximii viri scriptione collecta, quam* 55 *attente oculi considerarent, et ex quâ carperentur flores variae doctrinae: donec ostendere voluit Deus ipsorum carmina et prosae ornatioris specimina* 56, *et cupivit ut continuo procederent victricia. Tunc vero ego, missus a Wezîro Abû-'l-Ḥaçço Ḥacamo ibno-'l-Walîd, apud talem diversatus sum qui humanissime me excepit, cum magnâ erga me liberalitate et maximâ munificentiâ* 57. *Hic me incitavit ut illa (ingenii documenta) colligerem in libro, et tantam mihi addidit* 58 *alacritatem, ut id ad quod incitabat aggrederer, et ut ridda quod excitabat scriberem. Annui itaque eius desiderio, et eo quod morem ei*

---

vero, quâ hic Auctor utitur, etiam alibi apud ipsum reperitur ut *al-Qalayid* MS. A. II. p. 199: فشعشع القول وروّقه ❁.

54) Hunc sensum vocabulo مآثر esse tribuendum docet contextus; sed Lexico addatur.

55) Lexico addatur حلى VIII non tantum cum acc. r. sed etiam cum فى r. construi.

56) Liberius haec verti ne nimis barbaro uterer sermone. Vides vero ها in أَعْجازها pertinere ad مآثر; quid vero sit عَجْز, عُجْز, عَجُز vel in Lexico videre poteris.

57) Quod pro بمكارمه emendaverim بِمُكارَمَةٍ levius est: talia enim in Cod. in unâquâque paginâ, et بمكارمه non placebit. Verbum vero كرم in 3ª formâ significat *liberaliter cum aliq. egit;* cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 26 et ann. in p. 91. Quod vero ad وانبل, quod Codex offert, attinet, unicum esset quod وَٱنْبَلَ pronuntiaremus et verteremus: *et effusus est* i. e. pluviae instar eius liberalitas se effudit. Sed, etiamsi imago liberalitatis cum copiosâ pluviâ comparatae, apud nostrum sit frequentissima, tamen nescio quid contorti existeret quum وانبل sic nude esset positum. Praeterea homoeoteleuton inter وأقبل et وانبل minime esset elegans, et scriptor ut noster talia evitat, quae hic illic in historicorum praefationibus, prosae ornatioris usum non habentium, inveniuntur. Quapropter non dubito emendandum esse ut in textu edidi, quum sensus sic oriatur huic loco aptissimus, et, ni fallor, 'Ibn-Câqânis stilo consentaneus.

58) Non dubito, quartam formam verbi درك hic *transitivam* habere vim, nempe: *fecit ut assequeretur.* Fateor me non meminisse me hanc signif. alibi reperire, sed in plane simili verbo nempe ألحق idem obtinet. Ex Lexico etiam significaret, ut nostrum أَدْرَكَ, *assecutus est:* hoc verum; sed saepius etiam exprimit: *fecit ut assequeretur;* vide al-Ḥamâsam p. 48 vs. 8 a f.; an-Nowairii *Histor. Hispan.* MS. 2 *h.* p. 437: أَمَرْتِنِى ان يُلْحِقَنِى مولاى بَدْرًا (Codex male يلحقنى), et (*ibid.*): ثم ألحقتنى اختى امّ الاصبع مولاى بَدْرًا ❁

gererem [59] *ipsius collum tamquam monili ornavi. Incepi itaque illa* (*ingenii documenta*) *conspicua reddere, et aeternitati tradere horum res altas, et ex illis dictavi quodam die tres libros:* Liber primus *continet seriem praestantiarum W*ezīrorum, *et uniones alteras alteris praestantiores* [60] *eorum qui regni acta curabant et eorum qui facundiâ eminebant.* Liber secundus *complectitur locos pulchros principum inter eruditos, et maxime spectabilium inter Qâḍîos et Faqîhos.* Liber tertius *continet locos pulchros virorum elegantioris doctrinae, dignitate* [61] *et nobili animo excellentium. Illa autem* (*ingenii specimina*) *vocavi:* Matmaḥo 'l-anfos wamasraḥo 'l-ta-annos fî molaḥi ahli 'l-Andalos (Locus quo se animi efferunt et pascuum familiaritatis, de facetiis incolarum Hispaniae): *servavi illa ut viris elegantiorum literarum essent monumentum* [62], *et viris generosis materia gloriae; quibus aemulentur populo al-Irâqi* [63], *et quorum pulchris locis de pulchritudine certent cum sole oriente. Deum autem rogo ut instinctu me doceat id quod mihi proposui, et ut aperiat* [64] *mihi portam suam clausam benignitate suâ.*

---

59) Cf. aliud exemplum huius usus verbi سعف in 4ᵃ formâ in al-Marrâkiši Praefatione (ap. Hoogvliet *Spec.* p. 7 vs. 12 a f.), et vide Ibn-Câqânem (*ibid.* p. 55). Ceterum Hoogvliet iam annotavit (*ibid.* p. 91), hanc potestatem 4ᵃᵉ formae verbi سعف saepe esse tribuendam; Lexico tamen est addenda. Observare quoque liceat, phrasin أسْعَفَهُ بذلك signif. *morem ei gessit in eâ re*, ut Ibno-'l-Câtib, MS. fol. 236 v.: فاسعفه سلطانه بغرضه.

60) Quamvis 6ᵃ verbi بسق forma in Lexico non sit enotata, fieri tamen potest ut Codicis lectio sana sit: 1ᵃ enim forma sign. *superior fuit, praecelluit;* hine 3ᵃ significaret *certavit cum alio de gloriâ*, et 6ᵃ *inter se de gloriâ certaverunt.* In inscriptione huius libri in *al-Matmaḥ* Londinensi (vide infra), ex eo certe quo utor apographo, scriptum est بسو nullo sensu; ex his vero literarum ductibus efficerem تسابُق esse legendum, quod eundem praeberet sensum atque illum quem 6ᵃᵉ verbi بسق formae tribui. Eligant docti lectores.

61) Minime credo, hic de eâ vocis نوابغ potestate cogitandum esse, ex quâ significet: *poëtas qui a naturâ poëticam facultatem non acceperant, et tantum aetate provectiores carmina composuerunt, haud sine felici eventu* (cf. de Sacy *Chrestom. Arabe* II. p. 410); nam longe abest, ut hoc de omnibus in hoc libro commemoratis أُدَبَاء valeat.

62) Hanc sign. ذِكْر saepius habet; vide v. c. Bidp. *Fab.* p. 15.

63) Proverbialis evasit populi al-'Irâqi (i. e. Bagdâd*ensium*), in elegantioribus literis praestantia. Dicit Ibn Câqân (*al-Matmaḥ* MS. fol. 71 v.) de Faqîho Abû-Moḥammede Alio ibn-Ḥazm: ما تَمَنَّتْ به الاندلس ان تكون كالعراق. Cf. quoque infra, in h. Cap. §. 2, *al-Qalâyid* MS. A. p. 38, et §. 3, *al-Qalâyid* p. 51 et 52.

64) Proprie *findi;* quia scil. Orientalium portae sunt valvae; cf. infra *al-Qalâyid*, MS. A. p. 31

Aetatem, quâ noster liber scriptus sit, definire non possum. In ipso libro nulla aetatis indicia inveni; in inscriptione libri *secundi* (fol. 63 r.) quidem haec exstant: وهذا القسم الثانى من كتاب مطمح الانفس ومسرح التانس، فى ملح اهل الاندلس" وهو يشتمل على محاسن اعلام العلماء، واعيان القضاة والفقها" رحمهم الله تعالى وهو مِمّا لم يذكر فى قلائد العقيان, et in inscriptione libri *tertii* (fol. 76 r.): القسم الثالث الخ — وهو مما لم يذكر فى قلائد العقيان: at haec verba fortasse a librario sunt profecta, et igitur non *probant*, nostrum opus *post 'al-Qalāyid* esse editum. Efficeres tamen hoc etiam ex loco 'Ibn-Ḥazmi, quem supra, in ann. (42), descripsi. Magni quidem esset momenti, si sciremus quando, et apud quemnam principem, Wezīrus hic nominatus, Abū-'l-Āçç Ḥacam-'ibno 'l-Walīd, munere suo functus sit; et diu eius nomen in variorum auctorum, qui de hisce temporibus egerunt, scriptis quaesivi; at oleum et tempus perdidi.

Quod vero attinet ad illum virum, cuius rogatu 'Ibn-Ćāqān hoc opus composuit, et cuius *nomen* in praefatione non tradit, minime credo eum fuisse *principem*, nam tunc maioribus eum extulisset laudibus, quâ in re verba ei nunquam desunt. *Quisnam* autem fuerit, in tantâ rerum obscuritate nondum vel coniicere possumus.

Transeamus nunc ad indicanda ea capita, quibus noster constat Codex. Simul vero indicabo an in *'al-Qalāyid* etiam inveniantur, et huius *libros* et *capita* citabo ex Indice, a Cl. Weijersio composito, et primo *Orientalium* volumini inserto; semper addens, in *quonam*, vel in *quibusnam*, Codicibus inveniantur, quod, ut videbis, hac in re omnino est necessarium. Simul indicabo an in *'al-Matmaḥ* Londinensi inveniantur, quâ in re usus sum Indice ab amicissimo de Gayangos mihi confecto; quum autem *'al-Matmaḥ* Londinensis complectatur *quatuor* libros (quorum inscriptiones infra exhibebo), et hi libri in plura capita sint divisi, haec capita numeris insignivi, et huius igitur Codicis *libros* quoque et *capita* cito.

I. Liber *primus* (fol. 51 v. — 63 r.).

1. (fol. 51 v. — 53 v.) الحاجب جعفر بن محمد المصّحفى (*'al-Matm.* Lond. II. 1, sed pro بن محمد ibi est بن عثمان).
2. (fol. 53 v. — 54 r.) الوزير ابو العبّاس احمد بن عبد الملك بن عمر بن اشبب.

(in fine), p. 45, et *'al-Matmaḥ* MS. fol. 76 r.: "شاعرٌ مُغْلِق، انفرج له من الصناعة المُغْلَق".

Haec signif. 7ae formae verbi فرج Lexico add.; habet quoque *activam* potestatem, ut infra *'al-Qalāyid*, MS. A. 34. De peculiari infin. انفراج signif. videndum erit infra ad *'al-Qal.* MS. A. p. 34.

3. (fol. 54 r. — 55 r.) الوزير ابو القاسم محمد بن عبّاد. Est caput quod hic edo.

4. (fol. 55 r. — 55 v.) الوزير ابو عبد الله محمد بن عبد العزيز.

5. (fol. 55 v. — 56 r.) الوزير الكاتب ابو مروان عبد الملك بن ادريس الخولانى (*al-Matm.* Lond. II. 2; sed pro الخولانى ibi est الجزيرى).

6. (fol. 56 r. — 56 v.) الوزير الاجلّ ابو الحزم جهور بن محمد بن جهور (*al-Matm.* Lond. II. 3).

7. (fol. 56 v. — 57 r.) الوزير ذو الوزارتين ابو الفرج (in *al-Matm.* Lond. (II. 4) est ذو الوزارتين ابو عامر بن الفرج).

8. (fol. 57 r. — 58 r.) الوزير ابو عامر احمد بن عبد الملك بن شهيد الاشجعى (*al-Matm.* Lond. II. 5).

9. (fol. 58 v. — 59 r.) الوزير الكاتب ابو المغيرة عبد الوهاب بن حزم (*al-Matm.* Lond. II. 6).

10. (fol. 59 r. — 59 v.) الوزير ابو عامر محمد بن عبد الله [adde ?بن] محمد بن مسلمة (*al-Matm.* Lond. II. 7; *al-Qal.* II. 2 in *solo* A. Caput est idem; at alterum istud محمد neque in *al-Matm.* Lond. neque in *al-Qal.* A. exstat).

11. (fol. 59 v.) الوزير الكاتب ابو حفص احمد بن برد (*al-Matm.* Lond. II. 8).

12. (ibid. — 60 r.) الوزير الكاتب ابو جعفر اللمائى (*al-Matm.* Lond. II. 9; sed pro اللمائى ibi est بن اللماءى).

13. (fol. 60 r. — 60 v.) الوزير ابو عبيدة حسّان بن مالك بن ابى عبيدة.

14. (fol. 60 v. — 61 v.) الوزير الفقيه ابو ايوب بن ابى امية (*al-Matm.* Lond. II. 22; *al-Qal.* II. 19 in *solo* A. Caput idem est).

15. (fol. 61 v.) الوزير ابو القاسم بن عبد الغفور (*al-Matm.* Lond. III. 23; est filius illius de quo *al-Qal.* II. 20, ut patet ex *al-Matm.* Lond. ubi II. 22 (fol. 162 r.): الوزير الكاتب ابو محمد بن عبد الغفور et II. 23 (fol. 163 v.) noster, addito ابنه. Quod monendum putavi, ne *idem* credatur atque *al-Qal.* II. 20).

16. (ibid.) الوزير ابو مروان عبد الملك بن مثنى (*al-Qal.* II. 24 in *solis* A. et C. Caput idem est).

17. (ibid. — 62 r.) الوزير ابو يحيى رفيع الدولة بن صمادح (*al-Matm.* Lond. I. 5; *al-Qal.* II. 34 in *solis* A. et C. Locus ille satis memorabilis, qui finis est capitis in *al-Qal.* A., et quem excitavit Cl. Weijers (*Orient.* I. p. 438 vs. 15 a f. sqq.), nempe de Sīro ibn-Alī, qui ibi ولىّ العهد vocatur, in Cod. Petrop. deëst [65]).

---

65) Hunc Sirum fuisse ولى العهد (*regni haeredem*) in suis, quibus utebatur, libris non invenit Cl.

18) (fol. 62 r. — 63 r.) الوزير ابو الوليد بن حزم (al-Matm. Lond. II. 18).

Weijers (l. l.). Sequentia invenio in Ibno-'l-Câtibi vitâ Tâśifini ibn-Ali (MS. fol. 111 v.): قال ابن
الورّاق فى كتاب المقباس وغيره وفى سنة اثنين (l. اثنتين) وعشرين وخمسمائة ولّى الامير
على ابن يوسف امير لمتونة الشهير (leg. الشهيرة) بالمرابطين ولده الامير المسمّى بسير عهده
من بعده وجعل له الافى (sic ?) بقيّة حياته ورأى ان يولى ابنه تاشفين الاندلس
فولاه مدينة غرناطة والمرية ثم قرطبة مُضافةً الى ما بيَده قُلْتُ وفى قولهم اى ان يولى
الاندلس (citatur hic primum et ult. sententiae vocabulum, plane ut nos facimus) فولاه مدينة
غرناطة شاهد (cf. Cl. Weijers *Orient.* I. p. 411) كبير على ما أوْصَلْنا من شرف هذه المدينة
فنظر فى مصالحها وظهرت له بركةٌ فى النصر على العدوّ وجدمه (leg. ووجد منه
vel فيه) الجدّ الذى أسْلَمَهُ وتَبَرّأَ منه فى حروبه مع الموحّدين حسبما يَتَقَرّر فى موضعه
فكانت له على النصارى وقائعُ عظيمةٌ بَعدَ لها الصّيتُ وشاعَ الذكر حسبما ياتى فى موضعه
قال فكبر ذلك على اخيه سير ولى عهد ابيه وفاوَضَ اباه فى ذلك وقال له ان الامر
الذى أقلقنى اليه (Lex. add. 2am verbi اقلق formam non tantum c. ل, sed etiam c. الى construi)
لا يحسن لى مع تاشفين فانّه قد حمل الذكر والثنى دونى وغُطِّيَ على اسمى وأمالَ اليه
جميع اهل المملكة فليس لى معهم اسم ولا ذكر فارضاه بان عَزَلَهُ عن الاندلس وامره
بالوصول الى حضْرته (*sa résidence*, ut fere semper apud script. Hisp. et Afros) فرحل عن الاندلس
فى اواسط سنة احد (leg. احدى et cf. supra ann. 39) وثلثين وخمسمائة ووصل مراكش وصار
من جملة مَن يتصرّف بامر اخيه (*eorum qui huc et illuc ire solebant, haec illave peragere*
solebant secundum caet.) سير ويقف ببابه كأحد حُجّابه فقضى الله وفاة الامير سير على
الصورة القبيحة حسبما يُذْكر فى اسمه وتكلّه (leg. وتَقَلّدَ, et cf. Hoogvl. *Spec.* p. 53) ابوه
واشتدّ جَزَعُهُ عليه وكان عظيم الاثار والارضى (leg. والارْضاء) لأمّه قمر وهى التى تَسَبّبَتْ
عَزْلَ تاشفين واخمالَهُ نظر (leg. نظرًا) الى ابنها فقطع المقدار بها (leg. لها) عن املها
بهلاكه ولما توفى سير الخ. *Peculiare* caput de Siro, quod citat Ibno-'l-Câtib, in Codice non
exstat, etiamsi ad literam usque ط (طلحة) hoc *Lexici Biographici* volumen procedat. — In
al-Ḥolalo 'l-mauśija (MS. Leid. 24, fol. 34 v.; Cod. Cl. de Gayangos, fol. 52 v.) Alii filii enume-
rantur, et ibi de nostro Siro haec invenio: ابو بكر سير دَرَجَ فى حياته ويدعى ينكور وكان

II. Liber *secundus*.

1. (fol. 63 r. — 63 v.) الفقيه العالم ابو مروان عبد الملك بن حبيب السلمى (*al-Matm.* Lond. III. 1).

2. (fol. 63 v. — 68 r.) الفقيه القاضى ابو الحسن منذر بن سعيد البلوطى (*al-Matm.* Lond. III. 2).

3. (fol. 68 r. — 69 v.) الفقيه الاجلّ القاضى ابو عبد الله محمد بن عيسى من بنى يحيى بن يحيى الليثى (*al-Matm.* Lond. III. 3; sed pro بن عيسى ibi بن ابى عيسى et pro الليثى est الشهير).

4. (fol. 69 v.) الفقيه ابو عبد الله بن ابى زمنين (*al-Matm.* Lond. III. 4).

5. (ibid. — 70 r.) الفقيه ابو مروان عبد الملك الطبى (*al-Matm.* Lond. III. 5; sed post عبد الملك ibi additur بن زيادة الله et pro الطبى est الطُبْنى (sic)).

6. (fol. 70 r. — 71 r.) الفقيه العالم ابو عمرو احمد بن عبد ربّه رحمه الله تعالى (*al-Matm.* Lond. III. 6, ubi tamen est ابو عمر, additurque بن يوسف et omittitur رحمه الله تعالى).

7. (fol. 71 r. — 71 v.) الفقيه ابو بكر محمد بن الحسن الزبيدى (*al-Matm.* Lond. III. 7).

8. (fol. 71 v. — 72 r.) الفقيه ابو محمد على بن حزم (*al-Matm.* Lond. III. 8; sed post على ibi est بن احمد بن سعيد بن حزم).

9. (fol. 72 r.) الفقيه ابو عبد الله محمد بن عبد الله الخشنى (*al-Matm.* Lond. III. 9; sed pro بن عبد الله ibi est بن عبد السلام).

10. (ibid. — 72 v.) الفقيه ابو محمد عبد الله بن محمد المعروف بابن القرصى القاضى (*al-Matm.* Lond. III. 11; sed pro ابو محمد ibi ابو الوليد et pro القرصى est الفرضى).

11. (fol. 72 v. — 73 v.) الفقيه ابو عبد الله محمد بن عبد الله بن مسرة (*al-Matm.* Lond. III. 10).

12. (fol. 73 v. — 73 r.) الفقيه ابو بكر بن القوطية صاحب الافعال (*al-Matm.* Lond. II. 26).

13. (fol. 73 r.) الفقيه القاضى الاجلّ يونس بن عبد الله بن معتب قاضى الجماعة بقرطبة

ذا حدة ونجدة سجنه ابوه مكبولاً بالجزيرة الخضرا الى ان مات ولدُه (sic ex Gâ.; Leid. male ولد له) وهو ابن ستة عشر سنة. (Hoc loco Cod. Ga. inepte (ut saepissime) pro ينكور habet ببكر; ينكور vero non dubito esse *jagerri*, quod in Saccatū *leonem* exprimit (Capt. Lyon, *Travels in Northern Africa* p. 137 vs. 1 a f.): quam meam opinionem commendant, ni fallor, addita verba وكان ذا حدة ونجدة). Hi loci nimis magni erant momenti, quam ut eos, hac oblatâ occasione, non exhiberem.

(*al-Matm.* Lond. III. 12; sed ibi additur ابو الوليد et post عبد الله ,. بن محمد; item pro معتب offertur مغيث).

14. (ibid. — 73 v.) الفقيه ابو الحسن على بن احمد المعروف بابن سيدة (*al-Matm.* Lond. II. 31; sed pro على ibi est عمر).

15. (fol. 73 v.) الفقيه ابو محمد غانم بن الوليد المخزومي المالكي (*al-Matm.* Lond. II. 32; *al-Qal.* III. 3 in *solis* A. et C. Caput idem est).

16. (ibid. — 74 r.) الفقيه الامام العالم الحافظ ابو عمرو يوسف بن عبد الله بن عبد البر (*al Matm.* Lond. III. 13; sed pro ابو عمرو ibi est ابو عمر).

17. (fol. 74 r. — 74 v.) الفقيه الاجلّ الحافظ ابو بكر بن العربي (*al-Matm.* Lond. III. 17; *al-Qal.* III. 15 in *solis* A. et C. Caput idem est).

18. (fol. 74 v.) الفقيه ابو بكر بن ابي الدوس رحمه الله تعالى (*al-Matm.* Lond. II. 28; *al-Qal.* III. 6 in *solo* A. Caput idem est).

19. (ibid. — 76 r.) الفقيه القاضي ابو الفضل يوسف بن الاعلم (*al-Matm.* Lond. III. 19; *al-Qal.* IV. 7 in *solis* A. et C. Caput idem est, sed perpauci versus in fine adduntur in Petrop.).

III. Liber *tertius.*

1. (fol. 76 r. — 77 v.) الاديب الشاعر النبيه ابو عمر يوسف بن هرون المعروف بالرمادى (*al-Matm.* Lond. IV. 1, ubi scriptum est هارون).

2. (fol. 77 v. — 79 r.) الاديب ابو القاسم محمد بن هانى (*al-Matm.* Lond. IV. 2, ubi additur الاندلسى).

3. (fol. 79 r. — 80 r.) الاديب ابو عمر احمد بن فرج الحيانى (*al-Matm.* Lond. IV. 3, ubi recte الجيانى).

4. (fol. 80 r. — 80 v.) الاديب ابو عبد الله محمد بن الحداد (*al-Matm.* Lond. IV. 4).

5. (fol. 80 v. — 81 r.) الاديب الاسعد بن بليطة [66] (*al-Matm.* Lond. IV. 5; *al-Qal.*

66) Testatus est Cl. Weijers (in *Orient.* I. 429 ann. m) se nescire, quomodo hoc nomen pronuntiandum sit; nec miror. In Codice vero Petrop. haec reperio in margine: وبليطه بكسر الباء الموحدة واللام المشدودة وسكون الياء المثناة من تحتها وفتح الطاء المهملة وبعدها هاء ساكنة وهو بلغة اعاجم الاندلس بشر خاكان (خاقان L). Est igitur بِلّيطَه; et offerre se hic videtur Hispanicum *billete*, quod antiquitus significabat *iussum regis a quodam ex ministris cum aliis communicatum.* Sine dubio casus quidam cum Hispanorum rege causa exstitit, ut huius viri pater hoc cognomen acciperet.

IV. 13 in *solis* A. et C. In prosâ satis inter se conveniunt A. et Petrop., sed in carminibus est differentia, ita ut plura carmina contineat A.).

6. (fol. 81 v.) [adde السماء] الاديب ابو بكر بن ما (·*al-Matm.* Lond. IV. 6; ·*al-Qal.* IV. 2 in *solis* A. et C. Idem est caput, sed in A. offertur insuper carmen quinque distichis constans, addito وله فى فاطمى).
7. (ibid. — 82 r.) الاديب ابو عبد الله محمد بن عائشة (·*al-Matm.* Lond. III. 24; ·*al-Qal.* IV. 21 in *solis* A. et C. Est idem caput).
8. (fol. 82 r. — 82 v.) الاديب ابو عامر بن عقال (·*al-Matm.* Lond. III. 25).
9. (fol. 82 v. — 83 r.) الاديب ابو القاسم المتنبّى (·*al-Matm.* Lond. IV. 12, ubi المنيشر (sic)).
10. (fol. 83 r.) الاديب ابو الحسن البرقى (·*al-Matm.* Lond. IV. 13).
11. (ibid. — 83 v.) الاديب ابو الحسن على بن جودى (·*al-Qal.* IV. 14 in *solis* A. et C. Caput idem est, sed plura carmina exstant in Petr.).
12. (fol. 83 v. — 84 v.) (sic) الاديب ابو جعفر بن البنى (·*al-Matm.* Lond. IV. 16; ·*al-Qal.* IV. 9 in *omnibus.* Caput idem est).
13. (fol. 84 v. — 85 v.) الاديب ابو الحسن بن لسان (·*al-Matm.* Lond. IV. 23, ubi بن لبيان).
14. (fol. 85 v. — 86 v.) الاديب ابو بكر عبد المعطى بن محمد بن العين (·*al-Matm.* Lond. IV. 25, ubi بن محمد omittitur et pro بن العين est بن البير (sic)).

In hoc Indice nomina scripsi ut in Codd. inveniuntur, alibi, ut spero, de iis deditâ operâ acturus. Hinc vero iam apparuit, praeter unum illud caput quod in omnibus ·*al-Qal.* Codicibus, ex *duodecim* capitibus quae in *solis* A. et C. exstant, *octo* etiam reperiri tum in ·*al-Matm.* Petrop. tum in ·*al-Matm.* Lond., *unum* in *solo* Petrop.; et praeterea ex *quinque* quae *solus* A. offert, *tria* exstare tum in ·*al-Matm.* Petrop. tum in Londinensi. Haec iterum teneas; nunc vero necesse est ut de Londinensi videamus Codice.

Codex Musei Britannici est in formâ octavâ, pessime et mendose scriptus a. Ar. 1192 (mense Rebbo II.) 67. Divisus est in *quatuor* libros quorum inscriptiones, quas amicissimo de Gayangos debeo, sic sonant:

I. القسم الاول فى محاسن الرؤساء وابنائهم و[ادرج adde] انمودجات من مستغرب انبائهم.
Vides, hanc inscriptionem eandem esse ac *primi* ·*al-Qalāyid* libri (in *Orient.* I. p. 413).

---

67) Cf. Cl. de Gayangos *Hist. of the Moh. Dyn. in Spain* I. p. xx. De hoc Codice mihi scripsit amicissimus Cureton: » It is scarcely legible, and written in the very worst African hand."

II. (fol. 45 r.) القسم الثانى من مطمح الانفس ومسرح التانس فى ملح اهل الاندلس يشتمل على سرد غرير (leg. غرر) الوزراء وبسو (sic) [68] درر الكتاب والبلغا. Eadem ac *primi ·al-Matmaḫi* Petrop. libri.

III. (fol. 128 r.) القسم الثالث من مطمح الانفس ومسرح التانس فى ملح اهل الاندلس يشتمل على محاسن اعلام العلما واعيان القضاة والفقها. Eadem ac *secundi ·al-Matmaḫi* Petrop. libri.

IV. (fol. 166 r.) القسم الرابع يشتمل على بدائع فقها (leg. نبهاء) الادبا ورواۀع (leg. وروائع) فحول الشعرا. Eadem fere ac *quarti ·al-Qalāyid* libri (in *Orient.* p. 426).

In his quatuor libris nullum est caput *solo* Codici Lond. proprium, habemus vero omnia ea capita, sed alio ordine, quae in *plerisque ·al-Qalāyid* Codicibus exstant, at in *·al-Matm.* Lond. haec ipsa sunt longiora et fusius ibi res enarrantur. Capita, in plerisque *·al-Qal.* Codd. obvia, quae *desunt* in *·al-Matm.* Lond. sunt: *·al-Qal.* II. 10, 11, 26, 31, 32; III. 9, 10, 11, 12, 13, 14, 16; IV. 10. Nunc observandum, ex *tribus* quae restant capitibus, in *solis* A. et C. obviis, *unum* insuper exstare in hoc Codice, nempe *·al-Qal.* II. 22; et ex *duobus* quae restant, *solo* A. propriis, *unum* quoque hic exstare, nempe *·al-Qal.* II. 5. Restant igitur duo capita in *solis* A. et C. (*·al-Qal.* II, 35; III. 13) et unum in *solo* A. (*·al-Qal.* II. 17), quae nusquam reperiuntur. Iam unde haec? Num a librariis conscripta et operi addita esse dicemus? Minime vero. Tanta huic opinioni obstant argumenta, stilus tantopere est 'Ibn-Cāqān*is*, ut hoc sumere non possimus. Num ab 'Ibn-Cāqāne deinde, opere *·al-Qalāyid* jam edito, sunt addita? At bibliographi et biographi Arabes nihil de alterâ *·al-Qalāyid* editione tradunt. Brevi dicam quod censeo: in exemplo Londinensi habemus *mediam ·al-Matmaḫi* editionem (الوسطى), in exemplo Petropolitano parvam (الصغرى); magna vero editio (الكبرى) nondum est inventa: ex eâ vero sunt desumta *tria* ista capita. Haud improbabile mihi videtur, tertium et magnum illum *·al-Matmaḫ* adhuc exstare, et latere sive in Africâ, sive in aliquâ Europae Bibliothecâ cuius Catalogus nondum sit editus, vel cui novi Codices accesserint in Catalogo non memorati. Tertiâ demum editione repertâ apparebit, utrum ea quae hic disputavi, vera sint nec ne; nunc, quum quaestionem absolute dirimere non possim, satis mihi erit, si ea quae in medium protuli, certe *verisimilia* videantur.

Caeterum unum adhuc observandum habeo. Si in Indice dixi capita esse eadem, indicare nolui omnia in iis prorsus sibi invicem respondere. Primum habemus librariorum errores, sive in singulis verbis, sive in his vel illis locis omittendis; et deinde habemus

68) Cf. supra p. 15, ann. (60).

quoque nunc in hoc, nunc in illo exemplo, quae ex maximâ ʼal-Matmaḥi editione probabiliter sunt desumta; sive, si sunt versus, talia quae librarii in notissimo et celebratissimo carmine, vel ex memoriâ vel ex similis argumenti operibus, addiderunt. Valde dubito, an duo Codices etiam operis *ʼal-Qalāyid* inveniantur, quorum alter alterum non carminum inprimis numero superet.

His de *ʼal-Matmaḥo* disputatis, sequens caput edam ex *parvâ ʼal-Matmaḥi* editione. Quum vero totum caput etiam exstet in ʼal-Maqqarii opere (MS. Goth. fol. 554 r. et v.), his praemissis: وقال (الفتح scil.) فى المطمح فى حقّ بنى عباد واوليتهم ما صورته, hoc secundi Codicis mihi usum praebuit.

الوزير ابو القاسم محمد بن عبّاد

MS. fol. 54 r.

هذه بقية مُنْتماها [a] فى لخم، ومُرْتماها الى مفخر ضخم“ وجدّهم المنذر بن ماء السماء، ومطلعهم من جوّ تلك السما“ وبنو عباد ملوك انس بهم الدهر، وتَنَفّس منهم عن اعبق fol. 54 v.
الزَّهْر“ وعمروا رَبْع المُلْك، وأُمروا بالحياة والهُلْك“ ومعتضدهم احد من اقام واقعد، وبَثّوا كاهل الارْهاب واقتعد“ وافترش من عِرّيسته [b]، وافترس من مكائد فريسته“ وزاحم بعود، وهزّ كل طَوْد“ واخمل كل ذى زى وشارة، وختل بوحى واشارة“ ومعتمدهم كان اجود الاملاك، واحد نيّرات تلك الافلاك“ وهو القائل، وقد شُغِل من منادمة [c] خواص دولته بمنادمة العقائل“

(البسيط) لقد حننتُ الى ما اعتدتُ من كُرُم حنين ارض الى مستاخر المطر
فهاتها خُلِعا ارضى [d] السماح بها محفوفة فى اكفّ الشرب بالبدر

وهو القائل وقد حنّ فى طريقه، الى فريقه“

(الطويل) ادار [e] النوى كم طال فيك تلدُّدى وكم عُقّتنى [f] عن دار أَقْيَف أَغْيَدِ
حلفتُ به لو قد تعرّض دونه كماة الاعادى فى النسيج المُسَرَّدِ
لَتَجَرَّدتُ للضرب المُهَنَّدَ فانقضى مرادى وعزما مثل حدّ المهنّدِ

---

a) Sic edidi ex ʼal-Maqq. Codex ʼIbn-Căqānis offert: منتهاها. b) Sic sine dubio legendum. Uterque tamen Codex عريشته offerre videtur. c) ʼAl-Maqq. منادمته. d) ʼAl-Maqq. لرضى. e) ʼAl-Maqq. اداري. f) Codex ʼIbn-Căqānis عقتنى.

والقاضى ابو القاسم هذا جدّهم، وبه سُفِر مجدهم، وهو الذى اقتنص [a] لهم الملك النافر، واختصّهم منه بالحظ الوافر، فانه اخذ الرياسة من ايدى جبابر، واضحى من [b] ظلالها اعيانَ اكابر، عندما اناخت بها اطماعُهم، واصاخت اليها اسماعُهم، وامتدّت اليها من مستحقيها اليد [c]، وأَتْلعوا [d] اجيادا زانَهم التجيّد، وفغر [e] عليها فمه حتى هجا بيت العبدى، وتَصَدَّى اليها من تحضّر وتَبَدّى، فاقتعد سنامها وغاربها [f]، وابعد عنها عجمها واعاربها [g]، وفاز من المُلْك باوفر حِصّةْ، وغَدَتْ [h] سِمَتُهُ به صِفَةً مُختصّةْ، فلم يمح رسم القضا، ولم يتّسم بِسِمَةِ الملك مع ذلك النفوذ والمضا، وما زال يحمى حوزَتَه، ويجلو غُرّتَه [i]، حتى خَوّتْهُ الرّجام، وخلت منه تلك الآجام، وانتقل الملك الى ابنه المعتضِدْ، وحلّ منه فى روض نُمّق له ونُضِّدْ، ولم يُعَمَّرْ فيه ولم يَذُمْ وَلاه، وتسمى بالمعتضد بالله وارتمى الى ابعد غايات الجود بما أَناله وأَوْلاه، لولا بَطْشٌ فى اقتضا [k] النفوس كَدّرَ ذلك المنهلْ، وتَصَوَّرَ أَتْنَا ذلك العلّ والنهلْ، وما زال للارواح قابضا، وللوثوب عليها رابضا، يختطف اعداه اختطاف العنائر من الوكر، وينتصف منهم بالدهاء والمكر، الى ان افضى الملك الى ابنه المعتمِدْ، فاكتحل منه طَرفُهُ الرمِدْ، وأَحْمد مجدَهْ، وتَقلّد منه اىّ باسٍ ونجدَهْ، ونَدىَ [l] به لَحقُ مُناه، وجَرْزَ سَنَهْ [m]، واقام فى الملك ثلاثة وعشرين سنهْ، لم تعدم [n] منه فيها حسنهْ [o]، ولا سيرة مستحسنهْ، الى ان غُلِبَ على سلطانه، وذُهِبَ به من اوطانه، فنُقِل، الى حيث اعتقل، فاقام كذلك الى ان مات، وواَرتْهُ برية اغمات، وكان للقاضى جدّه ادب غَضّ، ومذهب مبيّض، ونظم يرتجله كل حين، ويبعثه اعطر من الرياحين، فمن ذلك قوله يصف النيلوفر fol. 55 r.

(البسيط) يا ناظرين تَدّى [p] النيلوفر البَهِج وطيب مخبره فى الفوح والأَرَج
كانه جامُ درّ فى تأَلُّقه [q] قد احكموا وسطه فصًّا من السَّبَج

---

a) Al-Maqq. male واقتنص. b) Codex Ibn-Ćāqānis male فى. c) Male omittit Codex Ibn-Ćāqānis. d) Idem male وابلغوا. e) Al-Maqq. وثغر. f) Cod. Ibn-Ćāq. وغرابها. g) Idem واعرابها. h) Idem وعدت. i) Al-Maqq. عزته; cf. ad versionem huius loci. k) Cod. Ibn Ćāq. male اقتصا. l) Idem وندأ. m) Haec male omittit Codex Ibn-Ćāq: In al-Maqq. vero Codice legitur وجرر; cf. ad vers. huius loci. n) Codex Ibn-Ćāq. يقدم. o) Idem حنه. p) Al-Maqq. لذا; Cod. Ibn-Ćāq. لدى, sed literae primae (ل) punctum rubro atramento est impositum, ut ندى (quod in textu edidi) existeret; male vero etiam rubro atramento litera ا est imposita literae ى. q) Uterque male تالقه; cf. ad vers. huius loci.

Wezirus Abū-'l-Qāsim Mohammed ·ibn-Ābbād. Supra p. 23.

Erat hoc genus nobile quod originem ducebat a Laĉmo, et quod eximium gloriae locum iactu petebat: horum proavus erat ·al-Mondir ·ibn-Mā-i-'s-samā 69), et ex huius coeli aëre oriebantur. Erant autem Ābbād*idae* reges quibuscum Fortuna familiaritatem contraxerat, et quibus auctoribus gratum odorem emittebat 70), ita ut carere posses floribus quam maxime odoriferis: incolebant regni habitaculum, et plenam vitae et mortis potestatem habebant. Ex his ·al-Moŧaĉid talis erat qui munera in alios conferret, hosque iis privaret 71): hi vero emaciati evadebant ut populus in camelis macris equitans, dum ipse

---

69) De Ābbādi*darum* genealogià in ultimo huius operis Capite accuratius sum expositurus.

70) Vocab. نَفَسٌ apud 'Ibn-Ĉāqānem *gratum odorem* exprimit, quod Lexico addendum. Exemplum habes in ·*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 154: الذى يَعَشْ للاحسان عرفًا عَطِرًا ونَفَسًا. 5ª vero verbi forma significat *gratum odorem emisit*, quod quoque Lexico est addendum. Sic infra in ·*al-Qalāyid* MS. A. p. 13: والازهار تُحْيِى بطيب تَنَفُّسها. Alibi ait 'Ibn-Ĉāqān (·*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 183): وفيها حدائق — تبثّ طيبَ تَنَفُّسها. In 'Ibn-Āmmāri carmine, in pulchrum pocillatorem composito, legimus haec (·*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 158):

(الكامل) مُتأرّج الحركات تُنْدِى ريحه   كالغصن هَزّتْه الصبا بِتَنَفُّسِ

Gratum diffundens odorem quum se movet, ipsius odor uvidos (nos) *reddit* (vinum scil. quum nobis praebet); *ut ramus* (pluvià madidus) *quem movet Eurus* (ventus pluviam afferens), *dum ille gratum emittit odorem.* (In hoc disticho تندى edidi ex B. et Ga., quum A. male offerat يبدى). Et in carmine Ābū-Ĝafari ·ibno-'l-Baŧti (·*al-Qalāyid* MS. A. II. p. 287; MS. B. fol. 127 v.; MS. Ga. fol. 172 v., vel ·*al-Matmaħ* MS. fol. 84 r.):

(الوافر) تَنَفَّسَ بالحِمَى مطلولُ روضٍ   فأَوْدَعَ نَشْرَهُ ريحًا شمالا

In loco inaccesso, hortus rore madidus gratum emisit odorem, et commisit hunc aquiloni. (Quod ad بالحمى attinet, scias B. offerre فى الحمى, quod locum optime illustrat). In ·*al-Matmaħ* (MS. fol. 52 r.) hunc quoque habemus versum:

(الطويل) ومصْفرّةٍ تختال فى ثوب نرجس   وتعْبق عن مسك ذكىّ التَّنَفُّسِ

71) Phrasis أقام فلانًا exprimit *munus in aliquem contulit*, أَقْعَدَ فلانًا *munere aliquem privavit*, ut docet locus 'Ibn-Ĉāqānis, editus ab Hoogvlieto (*Spec.* p. 49) ubi est: أَقْعَدَهُ عن رتبته *munere illum privavit.* Haec saepius coniunguntur. Ait Poëta (in ·*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 88):

(الطويل) وروضٍ كساه الطلُّ وَشْيًا مجدّدا   فاضحى مُقيما للنفوس ومُقْعِدا

pro libitu nunc hoc, nunc illo camelo utebatur; (leonis instar) vi (omnia) eripiebat, (erumpens) e lustro suo, et, dolis usus, dilacerabat suam praedam: auxilio senum perfectorum in bellis suis utebatur: excitabat unumquemque tardum [72]: obscurum reddebat qui pulchrâ formâ et elegantiore figurâ [73] eminebat, et decipiebat, prae se ferens sibi divinitus esse visiones, et Deum ipsum sibi consilia dare. Ex iisdem al-Mo'tamid regum erat maxime liberalis, et erat ex splendentibus astris illorum coelorum. Hic dixit (impediebatur vero quominus compotor esset procerum ipsius regni, quoniam nobilium compotor erat feminarum):

> Profecto ire cupio ad uvas [74] quas parasti, ut terra cupit diu exspectatam pluviam.
> Sed da illas (alii); mea enim terra impeditur quominus illas liberaliter det, dum circumdata est oculis plenae lunae similibus, qui coniuncti sunt cum manibus, vinum similitudine referentibus [75].

In *al-Qalāyid* (MS. A. I. p. 256) lego: اقام بدولة ابن ذى النون واقعد. Phrasis أنهض واقعد, quam infra in h. Cap. §. 3. habebis, plane idem exprimit. In *al-Qalāyid* (MS. Ga. fol. 71 r.) est: اقعده بعد نهضته i. e. *munere illum privavit, postquam illud tenuerat.*

72) Lexico addendum, طَوْدٌ haud minus quam طَادٌ *tardum, segnem* indicare.

73) شارة imprimis *pulchram* figuram externam indicat, ut patet ex loco Ibn-Batūtae (*Itiner.* MS. Cl. de Gayangos fol. 8 r.): هو ذو شارة وهيئة حسنة.

74) Ni fallor, كُرُم hic ex licentiâ poëticâ est pro كُرُوم.

75) Longe abest ut hoc distichon difficultate careat. Primum خلعا metri causâ pro خُلِع positum videtur; sed cur poëta non scripserit خُلِعَتْ, quum requireretur ut ultima syllaba esset longa, et quum ارض feminini sit generis, non video. Deinde dubium esse potest, utrum اكف الشَّرْب indicet *manus vino similes* i. e. roseas, vel *lacti similes* (candidas); prius praetuli quia *lactis* sensu voc. شِرْب satis raro occurrit. Sed hoc minoris momenti. Si quid video, est lusus verborum in toto disticho: poëta se ipsum terrae comparat quae uvas non profert; causam vero, propter quam sterilis sit, etiam addit. Notum enim est, Arabes varias stellas nominasse كفّ, addito hoc illove adiectivo; notum quoque, illos stellis vim in pluviis excitandis tribuisse (cf. Pocock. *Spec. Hist. Arab.* ed. 2[a], p. 6 et p. 168—170). Si igitur ponimus stellas, quibus nomen أكفّ, ex Arabum opinione, id efficere, ut pluvia non decidat; si porro admittere licet tempore plenilunii in Arabiâ raram esse pluviam, habemus causam cur poëta de *terrâ, circumdatâ stellis* اكفّ *dictis et plenâ lunâ*, tamquam de sterili loquatur. Est vero, ut dixi, lusus verborum; simul enim poëta, بدر scribens, de *oculis*

Et dixit quoque quum in itinere turbam puerorum suorum [76] desiderabat:

O Dāro-'n-nawā [77]! Iam per satis longum tempus in *te* voluptatem percipio [78], et quam diu me detinuisti a domo iuvenis, extenuato ventre et tenerâ cervice praediti [79]!

Iuro per ipsum: etiamsi se opponerent, ita ut ad ipsum pervenire non possem [80], hostes fortissimi cum (loricis) textis et sutis:

Tunc tamen vestes exuerem ut percuterem ipsum, blanditiis me ad amorem impellen-

---

puellarum plenae lunae similibus cogitat, et scribens اكفّ earum *manus* roseas ante oculos habet.

76) Lexico addendum voc. فَرِيق haud minus quam فِرْق et فُرْقان PUERORUM *agmen* exprimere. Sic etiam alibi in *'al-Matmaḥ* (MS. fol. 72 v.): "ومما قال فى طريقه، يتشوّق الى فريقه".

(الطويل) مَضَتْ لى شُهُورٌ منذ غِبْتمْ ثلاثةٌ   وما خلْتُنى أَبْقَى (Cod. ابقا) اذا غِبْتُمُ شهرا

وما لى حياةٌ بَعْدَكم استلذُّها   ولو كان هذا لم اكُنْ فى الهوى حَرّا الخ

77) Dāro-'n-nawā erat sine dubio palatium, amoeno horto circumdatum, extra urbem; illud tamen alibi nondum commemoratum reperi. Nomen ipsum (*domus* vel *palatium absentiae*) fere *Buen-Retiro* exprimit, et satis verisimile videtur, a quodam principe, sive 'Abbādi*darum*, sive fortasse iam 'Omaija*darum*, ei hoc nomen fuisse datum, quia eo princeps indicare volebat, se in hoc loco a regni sollicitudinibus recreationem petere.

78) فيك non cum 5ª verbi لذّ formâ coniunxi; fieri autem potest ut coniungendum sit, nam hanc 5ᵃᵐ verbi formam non tantum cum ب, ut est in Lexico, sed etiam cum فى construi, docet Loqm. *Fab.* 28 (et fortasse etiam sic legendum in versu, edito in Kosegart. *Chrestom. Arab.* p. 94 vs. 3:

(الكامل) وتَلَذّذوا فى حُسْنها وتَنَعّموا

ubi editio offert بحسنها; sed pes مُفاعِلُنْ in metro الكامل satis est rarus). Vertendum tunc esset: *Iam per satis longum tempus te fructus sum.*

79) Ut iuvenis aut puella sit أَغْيَف, pro pulchro habetur; vide *Noct. Arab.* ed. Macnaghten I. p. 4; Cl. Weijers *Spec.* p. 36. De أَغْيَد cf. quoque *ibid.* p. 21, et ann. 36 in p. 74; cf. etiam *'al-Qalāyid* MS. A. I. p. 155 vs. 5 a f. et sat multos alios locos. — Caeterum, poëtis licet ut nomina diptota faciant triptota; vide de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 499 n°. 909. Hoc semel monuisse sufficiat, nam innumera huius rei sese hisce in carminibus offerent exempla.

80) Hoc sensu praep. دون etiam apud ipsum 'Ibn-Ćaqānem occurrit, ut *'al-Qalāyid* MS. A. II. p. 54: وكلّهم قد حَفّ به ووقف دون مذهبه, et infra in capite de 'al-Mo'tamido (*'al-Qalāyid* MS. A. p. 46) habebis: وما دون أَحِبَّتِهِ مِن الرُّقباء والاغلاق.

tem, ita ut impleretur meum desiderium: et hoc fieret firmo proposito ut (percutere solet) acies ensis, ex Indico ferro facti [81].

p. 24. Hic vero Qāçius Abū-'l-Qāsim ipsorum erat avus, et hoc auctore velum ipsorum gloriae retectum est [82]: is erat ille qui iis, tamquam praedam, regnum fugax cepit, et ex eo iis portionem copiosam ipsisque propriam dedit. Eripuit enim summum imperium ex manibus gigantium, et soli exposuit ipsorum magnatium principes, (gratâ) regni umbrâ privatos [83]: dum horum cupidines [84] ad hoc castra posuerant, et hoc horum aures auscultabant [85], et dum manus illorum qui eo digni erant, ad hoc extendebantur, et hi colla exserebant, quae ornabat longitudo; huic autem aperuit os [86], donec destructa erat domus hostium [87] eosque aggredi audebant [88] omnes qui in urbibus dege-

---

81) Ut hoc distichon bene intelligatur, tenendum est جرّد significare tum *exuit* (vestes), tum *evaginavit* (gladium); vides quoque esse lusum verborum inter المهنّد et المهنّد. Caeterum obscoeni versus ampliore commentario non indigent.

82) Verbum سفر non, ut est in Lexico, significare *retexit vultum*, sed *retexit* (mulier vultum), patet v. c. ex loco *'al-Qalāyid*, infra in §. 2. MS. A. p. 8.

83) Orientalibus, sub sole quam maxime fervido viventibus, umbrae defectum insigniter esse molestum, per se patet. Hinc, viros potestate fruentes hac potestate privare, sic exprimunt Orientales ut dicant: *umbrâ privare et soli exponere*. Eadem notio etiam alibi in *'al-Matmaḥ* (MS. fol. 52 r.) exprimitur his verbis: هتك ظلاله واضحاه (Codex male واصحاه).

84) Lexico addendum, أطماع non tantum *res quae cupiuntur*, sed quoque *cupidines* exprimere. Haec sign. satis est frequens.

85) Lexico addendum, verbum صاخ, in formâ 4ª, non tantum cum ل (ut infra *'al-Qalāyid* MS. A. p. 31), sed etiam cum الى construi, ut hic, infra *'al-Qalāyid* MS. A. p. 20 et MS. A. I. p. 78.

86) Haec metaphora a feris est desumta, et saepius a nostro auctore adhibetur, quando sermo est de regibus, quibus in animo regnum sive urbem acquirere, et qui omnes intendunt vires ut hoc propositum assequantur. Sic in *'al-Qalāyid* MS. I. p. 166: ولمّا فغر المعتمد على مرسية فمه، واراد ان يرفع بها علمه" ويثبت فيها قدمه، ويتّخذ املاكها خَوَلَهُ (tamquam servos suos, ut) وخدمه" جعل ابنَ طاهر غَرَضَه، الخ (MS. A. II. p. 53.

87) Formam عبدى, quam h. l. uterque Codex offert, pronuntiandam putaveram عَبْدّى (pro عَبادِىّ), et ideo hoc loco mihi videbatur posita, ut perfectum cum sq. تَبَدّى existeret homoeoteleuton. Parum mihi quidem hoc placebat; sed locum mutare non audebam. Egregiam vero coniecturam mihi suppeditavit Dilectissimus Praeceptor, Cl. Weijers, qui emendavit: حتى فُجِّ بَيْتُ العِدَى; quam felicissimam coniecturam vertendo exprimendam esse, nullus dubitavi.

88) Forma 5ª verbi صدا non tantum c. ل, sed etiam c. الى construitur, ut in *'al-Matmaḥ* (MS. fol. 83 r.): تصدّى الى اتباع الهوى.

bant, et qui vitam agebant Nomadicam. Tunc regni tuber et locum tuber inter et collum sibi pro iumento cepit; et ab hoc (regno) dimovit peregrinos et Arabes [89], qui illud tenebant; regni copiosissimâ portione potitus est, et stigma quo illud notavit, factum est attributum peculiare [90]. Non autem obliteratum est vestigium muneris Iudicis [91], et ipse non se signavit stigmate Regis, etiamsi (ut sagitta) omnia pervadere, et (ut gladius) omnia penetrare posset [92]. Et non cessabat tractum suum defendere, et retegere faciei nitorem [93], donec contineret eum sepulchrum [94], et istae arces illo carerent. Regnum delatum est ad ipsius filium ʼal-Moʻtaçidum, qui ex eo subsistebat in horto, qui ei eleganter erat dispositus et pulchrâ serie consitus [95]; non autem in eo diu vixit, neque diu mansit

89) In Lexico tantum pluralis forma أعاريب est annotata; quum vero poëtis liceat ut pro مَفاعيلُ فَعاليلُ caet. dicant مَفاعِلُ, فَعالِلُ caet. (cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 497 sq. n°. 905), haud mirum, eandem licentiam sibi permittere in homoeoteleuto ornatioris prosae scriptorem. Caeterum, non puto hic أعارب *Arabes campestres* indicare, sed, generaliore sensu, *Arabes* in universum. Simili modo infra (ʼ*al-Qalāyid* MS. A. p. 11) habebimus الْعُرْب والعجم, ubi quoque الْعُرْب in genere *Arabes* denotat, etiamsi proprie de Arabibus, urbes incolentibus, usurpetur.

90) His verbis declaratur, regnum prorsus Moḥammed*is* evasisse.

91) Id est, summo quum frueretur imperio, nomen Qâçi*i* tamen servavit, neque cum alio splendidiore titulo illud commutavit, ut sqq. explicant.

92) Eodem modo infra (ʼ*al-Qalāyid* MS. A. p. 5) verba النفوذ et المضا coniuncta videbis. نفوذ autem sagittae, مضا gladio est proprium; vide infra ʼ*al-Qalāyid* MS. A. p. 36.

93) Vel potius (*ut equus*) *candicantem in fronte maculam*, quae, uti notum, et ut millena apud nostrum auctorem ostendunt exempla, pro equorum magno ornamento ab Arabibus habetur. — Lectio Codicis ʼal-Maqqari*i*, offerentis عِزَّتَه *potentiam suam, honorem suum*, optimum quidem praebet sensum, sed potius pro glossâ, vel faciliore lectione, eam habendam existimo.

94) Ad literam: *donec continerent eum sepulchra.* Verbum حوى vero non tantum cum مِنْ, ut est in Lexico, sed etiam cum acc. construitur. Cf. infra ʼ*al-Qalāyid* MS. A. p. 21.

95) Codex ʼIbn-Čâqân*is* supra literam ض verbi نضد habet Tešdid*um*; recte ut opinor; et sine dubio passive est pronuntiandum ut نُضِّدْ homoeoteleuton efficiat cum المعتضِدّ. Quod vero ad verbum نمّق attinet, ei in Lexico tantum significatio est tributa *pulchre, eleganter scripsit;* sed apud nostrum scriptorem significat in genere *eleganter disposuit.* Sic in vitâ ʼIbn-ʻAmmār*i* (ʼ*al-Qalāyid* MS. B. fol. 40 v.; MS. Ga. fol. 60 r.; MS. A. I. p. 156): وتَنَزَّهَ بالدمشق بقرطبة وهو قصر شيّده بنو امية بالصفاح والعمد، وجُرِيَ (sic ex A.; Ga. وجروا; B. واجروا) في اتقانها الى غير

eius imperium. Cognomen sibi sumsit ·al-Moˈtaçid-bi'*llâhi*, et iactu petebat remotissimas metas liberalitatis donis et beneficiis, nisi vis et violentia in occidendis 96 hominibus turbidum reddidisset hunc aquationis locum, et mutasset in multiplicem aquam turbidam hunc potum primum et secundum 97. Non cessabat homines occidere 98, et (animalis instar) pectori incumbere ut in hos insiliret, raptans suos inimicos, ut abripitur avis e nido, debitum suum ab iis sumens astutiâ et dolo, donec regnum perveniret ad ipsius filium ·al-Moˈtamid*um*; hoc vero regnante, (regnum) oculum, lippitudine affectum, collyrio illinebat; efferebat huius gloriam, et quantam virtutem bellicam et fortitudinem, eo auctore, veluti torquem sibi induebat! Eo auctore, madidus evasit locus

---

امد (الى غاية وامد .sic ex A. et B.; Ga) "وأبدع بناؤه، ونمّقت ساحاته وفناؤه" واتّخذوه الخ "(sic ex A. et B.; Ga. متمارًا لانشراحهم) ومضمار انشراحهم، ميدان مَراحيم", ubi pro ونمقت A. male habet وَنَفَقَتْ; نمقت vero etiam tuetur ·al-Maqqari qui locum descripsit (MS. Goth. fol. 152 v.). Alibi verbum *ornavit* significat. Est locus in vitâ ·al-Moˈtaçimi, de quo et de cuius parvâ provinciâ ironice et cum contemtu loquitur 'Ibn-Çâqân; verba haec sunt (MS. A. I. p. 88; MS. B. fol. 26 r.; MS. Ga. fol. 33 r.): واشتغل بترميق اساطيله، وتنميق اباطيله" لم تمتدّ "همّته الى مزاحمة مَلِك فى مُلكه، ولم يتزيّد على مراعاة أمْرِ جواريه وفُلْكه"; in quo loco, ut اساطيل (*classes*) idem quod فُلْك (*naves*) exprimit, sic اباطيل (*res vanae*) et جوارى (*puellae*) idem denotant. Verba تنميق اباطيله significant igitur: *exornare res vanas quibus delectabatur*, nempe *puellas suas*.

96) Quum قضى عليه saepius significet *occidit eum* (cf. Koseg. *Chrest. Arab.* p. 44 vs. 9 sq.; 86 vs. 1 a f.; 90 vs. 1 a f.; Cl. Weijers *Spec.* p. 155), Lexico ex nostro loco est addendum, 8am formam eundem habere sensum, sed, ut videtur, cum acc. construi. Similem loquendi modum habent Hispani; legitur v. c. in *Don Quixote* T. I. Libr. I. cap. 4: »Sino por el Dios que nos »rige que os concluya y aniquile en este punto."

97) *Potus primus et secundus* indicant varia ·al-Moˈtaçidi beneficia. Vocab. اثنة, cuius hic plur. اثن occurrit, sic explicatur in *·al-Qâmûso* (ed. Calc. p. ١٧١٦): واثنة من طُلْحٍ بالضم كعيص من سِدْرٍ ج أُثُن, et idem expressit Freytagius in Lexico. Sed de arborum specie sermo hic esse non potest, neque pronuntiare possumus أُثُنًا, nam etiam *idola* hic nominari non possunt. Pronuntiavi igitur أُثْنًا, quod طُلْح verti, sed hoc postremum vocabulum eâ significatione accepi, ex quâ indicet *aquam turbidam in cisternâ aliove conceptaculo superstitem*, et sic demum bonus oritur sensus.

98) Ad literam: *apprehendere animas*, quod proprie de Deo dicitur, ut *Noct. Arab.* ed. Macnaghten I. p. 47: قبض الله روحه.

conserendus ipsius hortorum [99], et terra sterilis, pluviae defectu laborans [100]. Per viginti tres annos in regno mansit, in quibus nullum bonum opus ab eo desiderabatur, nullusque egregius agendi modus, donec eius imperium ei est abreptum, et abductus est ex locis ubi habitabat. Tunc delatus est in locum ubi in carcerem est coniectus, ibique mansit ad mortem usque, occultavitque eum Agmāti campus.

Huius vero avus Qāçius excellebat floridâ humanitate, et candido agendi modo [101]; eminebat quoque ingenio poëtico, ita ut omni tempore de improviso versus recitaret, hosque manifestaret herbas odoratas odore superantes. Eorum vero specimen sunt versus quos composuit nilopharum [102] describens:

---

99) مُنًى est plur. a مُنْيَة, Italorum *villa*. Nulla vero erat causa cur Hoogvliet (*Spec.* p. 97 ann. 188) miraretur hoc vocabulum hoc sensu apud 'Ibn-Ćāqānem, scriptorem *Hispanum*, occurrere, et male pronuntiavit fere illud *Aegyptiis* tantum esse proprium. Primum *frequentis* est usus apud 'Ibn-Ćaqānem, ut in *'al-Matmaḥ*, (fol. 61 r., vel *'al-Qalāyid* MS. A. II. p. 30): وحَلَّ منية صبْره; *'al-Matmaḥ* (fol. 81 v., vel *'al-Qalāyid* MS. A. II. p. 329): الوزير ابو (ابى L) مروان بن الحب بعدوة اشبيلية وخرج من بلنسية يومًا الى منية الوزير الاجلّ ابى بكر بن عبد العزيز وهى من ابدع منازل الدنيا. Lego apud 'Ibno-'l-Ćatib (MS. fol. 141 v.): فدُفِنَ على حاله تلك برياض تجاور منية السيد. Deinde apud 'al-Maqqarium, vel apud illos quorum verba refert scriptores Hispaniae vel Africae septentrionalis, sexcenties offenditur. Denique sunt etiam nunc locorum nomina in Hispaniâ, in quibus مُنْيَة servatum est, ut *Almunia de Doña Godina*, *Almunia de San Juan*, *Almunia Madrada* et alia (vid. Cl. de Gayangos *Hist. of the Moh. Dyn. in Spain* I. p. 374).

100) Haec verba sine dubio male a librario Codicis 'Ibn-Ćāqānis omissa sunt, nam سَنَةٌ homoeoteleuton efficere debet cum sequenti سَنَة. Quum vero جرز Codicis 'al-Maqqarii nullum sensum praebere videretur, illud in جُرْز mutavi, et, ni fallor, plene, i. e. articulorum resonantiâ neglectâ, sic scriptum fuisset (وندى) جُرْزُ سَنَة *et madidum evasit id quod pluviae inopiâ laborabat ex terrâ sterili.*

101) *Candido* i. e. *puro; morum integritate.*

102) Nilopharum, *nymphaeam luteam* Linnaei, florem apud nos satis vulgarem, maximi faciunt Orientales, ita ut ab auctore Codicis 219 (fol. 150 r.) statim post rosam (ورد), narcissum (نرجس), et violam (بنفسج), ab 'as-Sojūtio vero statim post rosam (ورد), recenseatur. Legimus quoque apud 'al-Maqqarium (versionis Cl. de Gayangos I. p. 243), Ćalifam 'al-Mançurum iussisse lacum magnum totum nilopharis conseri.

O vos qui adspicitis madorem [103] hilaris nilophari, et suavem odorem huius partis interioris [104], dum fragrat et odoratur:

Est ut vas ex unionibus confectum [105], dum coruscat [106]; in ipsius vero medio firmaverunt annuli gemmam ex sphaerulis nigris confectam [107].

---

103) Lectionem ندى unice probandam existimo; quum enim hae plantae in aquâ crescant (hinc بِرْكَة النيلوفر, apud Kosegart. *Chrest. Arab.* p. 168, cf. quoque annot. praeced.), non miraberis hic de eius *madore* esse sermonem. Ut vero prorsus tibi constet, ندى veram esse lectionem, habeas versus quos descripsit 'as-Sojūtī (*Ḥosno 'l-moḥāçara* MS. 113 fol. 397 v.)

(الخفيف) كلّنا باسطٌ أَلْيَدِ نحو نيلوفر نَدِى
كدبابيس عَسْجَدٍ قَضْبُها من زبرجد

104) Etiam in carmine 'Ibn-Maslamae (*'al-Maṭmaḥ* MS. fol. 59 r., vel *'al-Qalāyid* MS. A. I. p. 153) vocab. مَخْبَر de *interiore* floris *parte* usurpatur:

(البسيط) وَسوسنٍ راقَ مَرْآهُ ومخبرُهُ وجلّ فى اعين النظّار منظرُهُ

105) Significantur hic folia floris, ut vides. Ne autem putes hic de *nymphaeâ albâ* (*lis des étangs*), non, ut antea dixi, de *nymphaeâ luteâ* sermonem esse, necesse est ut moneam, Arabes Hispanos, quum *unionum* colorem memorant, non, uti nos, velle album sed *flavum*. Hoc patet v. c. ex sequenti versu (in *'al-Qalayid* MS. B. fol. 96 v.; MS. Ga. fol. 120 v.; deëst vero in A.):

(البسيط) فالدُّرُ يصفرّ لاستحسانه حسدا والورد يحمرّ من ابداعه خجلا

106) Lectio quam tum 'Ibn-Çāqānis, tum 'al-Maqqarii Codex h. l. offert, تألقه, nullum huic loco aptum praebet sensum; non dubitavi igitur corrigere تأنّقه, quod verbum etiam de *floribus* usurpari, patet ex versu in Cl. Weijers *Spec.* p. 24:

(البسيط) وَرْد تأنّق فى ضاحى منابته البيت

107) Vocabulum سَبَج proprie id indicat quod Galli *jais* vocant. Hoc patet ex Hispanico *azabache*, quod est Arabicum أَلسَّبَج. Ex hac materiâ etiam in Europâ Christianâ uniones lugubres (*les bijoux de deuil*) conficiuntur, et idem mos etiam Arabibus Hispanis fuit, si fides his versibus (in *Romancero de Romances Moriscos* p. 24, vel in *Ramillete de flores, sexta parte* fol. 404 v.):

y à mi marlota amarilla
le quitaràs los diamantes,
y haràs que se los pongan
de un fino y negro azabache.

Dicens itaque فصّ من السبج, indicat poëta *gemmam annuli, ex hac materiâ confectam, qualem gerit is qui vestibus lugubribus est indutus.* Indicantur autem *floris ovaria*, et sensus distichi est: *flori flavo inesse nigra ovaria.*

§. 2. Caput de ·al-Moʿtamido.

(*Ex opere cui titulus:* Qalāyido'l-ʿiqjān wamaḥāsino 'l-aʿjān; *ex Codicibus Leidensibus, Parisiensibus, Oxoniensibus, Codice Londinensi et Codice Cl. de Gayangos, adhibito ·al-Maqqarii libro.*)

Post ea quae fuse et, ut solet, accuratissime de Leidensibus et Parisiensibus Codicibus disputavit Cl. Weijers [1], de his tacere possum. Maximo vero in hoc de ·al-Moʿtamido, et sequenti de ·ar-Rāçio capite edendo, adiumento mihi fuit Codex Cl. de Gayangos, quem in honorem Illustrissimi Possessoris Ga. vocavi [2]. Quae de hoc Codice monenda habeo, sunt sequentia.

Est Codex chartaceus, charactere Africano satis bene scriptus, corio rubro, auro ornato, involutus, folia continens *quadruplicata* minora 176. Quo anno scriptus sit, non patet; ipse Codicis Possessor (*Hist. of the Moh. Dyn. in Spain* I. p. xx; 340) medio seculo decimo sexto hoc factum fuisse putat, quod mihi quoque satis verosimile videtur. In subscriptione legitur is qui librum descripsit fuisse العربى ابن الحسن بن الحسين الاسحاقى ⚘

Hic Codex operis ·*al-Qalāyid* nullum Caput effert ex iis quae in *solo* A., vel in *solis* A. et C. exstant, et quae, ut supra dixi, ex opere ·*al-Maṭmaḥ* sunt desumta. In universum cum caeteris ·*al-Qalāyid*i Codicibus conspirat, his tamen exceptis: in libro *secundo* fol. 76 r. vs. 1 et 2 magna est lacuna; nam ibi exstant verba راء ولا سامع ex Capite de Ḏū 'l-Wizāraṭaini Abū-Becr ·ibno-'l-Qaçīra (MS. A. I. p. 196 vs. 1 a f.), quae statim excipiunt الشغل الشاغل ex medio capite de ·al-Wezīr ·al-Cātib Abū-Mohammed ·ibno-'l-Qāsim (MS. A. I. p. 249 vs. 5). In margine lacuna his verbis indicatur: in primo versu ibi: قف هنا فا (caetera bibliopegi imprudentiâ perierunt), et in secundo مبتر (sic). Deëst igitur in secundo libro ex parte caput 7, dein tota capita 8, 9, 10 et ex parte 12. In folio vero 78 v. incipit caput de ·al-Wezīr Abū-Āmir ·ibn-Arqam (MS. A. Libr. II. cap. 11), quod igitur, ut in Codicibus Parisiensibus (vide *Orient.* I. p. 418 ann. *a*), *post* illud de Abū-Mohammed ·ibno-'l-Qāsim est positum. Porro in hoc libro caput 18 positum est *post* caput 26. In *tertio* libro capita 4 et 5 transposito ordine collocata sunt; caput 17 in hoc Codice est III. 5; caput 12 est III. 9: haec igitur omnia ut in

1) De Leidensi A. vide *Orient.* I. p. 463—475; de Leidensi B. *Spec.* p. 10—12, *Orient.* I. p. 448—453; de Parisiensi C. (n°. 734) *Orient.* I. 455—457; de Parisiensi D. (n°. 1415) *Orient.* I. p. 457—459.

2) Non G., ne scil. confunderetur cum Gothano (G.) quo Cl. Weijers in *Spec.* suo, ut quoque in operis praefatione edendâ (in *Orient.* I. p. 387—409), et partim etiam Hoogvliet usus est.

Parisiensi D. In *quarto* libro, in capite de 'Ibno-'*l*-Labbānā, iterum magna est lacuna; ibi (fol. 154 v.) ultima verba sunt: وتخر لا تبليه الدهور (MS. A. II. p. 227 vs. 8 a f.); tunc dimidia fere pagina vacua est relicta, in margine vero haec exstant: تطلب نسخة اخرى تُتمّ ما بين هذه والتى بعدها: unde patet in archetypo huius Codicis quaedam folia excidisse; tunc in fol. 155 r. sequitur versus: رجعتْ — للبرم (MS. A. II. p. 243 vs. 1) ex capite de Abū-'l-Façl ·ibn-Šaraf. Deëst igitur maximâ ex parte IV. 4, et magnâ ex parte IV. 5. Porro IV. 9 est in hoc Codice libri penultimum, et positum inter 19 et 20. Desunt IV. 10, 11, 12 (ut in B. et Gothano), deinde IV. 15, 16; capita 17 et 18 sunt transposito ordine collocata.

Carmina illa aut versus, qui saepe in *solo* A., raro in *solo* B. adduntur, plerumque in hoc Codice desiderantur; nonnunquam tamen versus offeruntur, qui neque in A. neque in B. exstant.

Vidisti igitur non se commendare hunc Codicem capitum multitudine; duas praeterea gravissimas in eo esse lacunas; quod vero ad *internam* eius bonitatem attinet, longe aliter sese res habet. Hac enim ex parte utrumque nostrum Codicem superat; inepta menda quae nunc B., nunc A. offert, evitat; alterius Codicis *bonam* lectionem fere *semper* habet. Is qui Codicem scripsit, sine dubio erat vir doctus, qui id quod scribebat optime intelligebat: quod rarum est in librariis difficillimos libros, uti nostrum, describentibus. Nonnunquam tamen dubius haeres, utrum 'Ibn-Câqânis habeas verba, an docti librarii, auctoris verba corrigentis. Deinde in hoc Codice, ut in textu quem ·al-Maqqarī sequitur, et qui magnam cum Codice Ga. habet affinitatem, voculae saepe offenduntur ut لد, به caet., quae desunt in A. et B.; quae quidem sententiam faciliorem reddunt et explicant, sed quas *plerumque* non ab 'Ibn-Câqâne profectas, sed a librariis additas puto. — Vocales rarae sunt in hoc Codice; quas vero habet, hasque fere tantum in locis difficilioribus, eas fere semper recte positas invenies. — Codicis egregii praestantia inprimis vero apparet legenti secundam operis partem, nempe librum tertium et quartum. Codex enim B. tam rudi manu et incomte est scriptus, ut etiam ab eo qui ei quam maxime est assuefactus, sine alius Codicis ope, in permultis locis legi non possit; in hac vero parte Codex A. satis negligenter est exaratus, ita ut puncta diacritica saepissime desint, et ut ex omnibus tibi appareat librarium festinasse: in hac igitur imprimis parte summae utilitatis est Codex Ga., ab initio usque ad finem eâdem diligentiâ, eodem, dicerem fere, ingenii acumine scriptus.

Codex Londinensis (Mus. Britann. Additional MS. n°. 9579), ut a Cureton accepi, continet folia 79. Scriptus est charactere Africano, a. Ar. 1123, ab احمد بن الحسن بن محمد الورشان المكودى النسب الفلسى داراً ۞

De Codice Bibl. Bodlejanae vide Uri *Catal.* p. 158 n° 706.

Codex Bibl. Radcliffianae (*Sale* 53 vel K. 2—24) scriptus est a. Ar. 727, manu Orientali quam maxime nitidâ et perspicuâ; titulos habet aureos in solo coeruleo [3]. Capita longe alio ordine offert quam reliqui Codices; nullum tamen in eo est caput quod in *solo* A. vel in *solis* A. et C. exstat, ut ex Indice, a Cl. de Gayangos mihi confecto, apparuit.

Caeterum praeter Codicem Escurialensem (vide Casiri *Bibl. Escur.* I. p. 102 seq.; *Orient.* I. 459—462), Gothanum (vide Cl. Weijers *Spec.* p. 10 sq.; *Orient.* I. p. 453 sq.) et Upsaliensem (*Orient.* I. p. 448, ann. *a*) *duos* adhuc Codices in Angliâ exstare scio, quorum unum possidet Cl. J. Shakespear, alterum Illustr. Nathaniel Blant. *Tredecim* igitur in Europâ operis *ʿal-Qalāyid* exstant Codices; et praeterea in Museo Britannico exstat quoque *secundus* liber (Bibl. Rich. n°. 7525).

His de Codicibus praemissis, ad ipsum de ʿal-Moʿtamido caput edendum accedere possumus. Eam lectionem praefero, quae cum ʾIbn-Cāqānis, vel poëtarum, quorum adducit versus, cogitandi ratione maxime congruit, et in loci sententiam quam maxime quadrat, semper vero et accurate varias lectiones Codicum vel A., vel B., vel Ga., vel quas ʿal-Maqqarī offert, commemorans: in locis vero dubiis vel difficilioribus etiam lectiones Codicum Parisiensium, quas partim Cl. de Gayangos, maximâ vero ex parte Libero Baroni Mac Guckin de Slane debeo; tum Codicis Musei Britannici, quas debeo Bibliothecae MSS. Orientalium praefecto, Rever. Cureton, quem quoque passim de *ʿal-Matmaḥ*, ubi opus videbatur, interrogavi; tum Codicum Oxoniensium, quas debeo Doctissimo Greenhill. Ne autem semper variarum Bibliothecarum Codices nominare necesse sit, sequentibus literis varios Codices citabo:

A. est	Leidensis n°. 306 (Catal. n°. 1002).
B.	Leidensis n°. 35 (Catal. n°. 1450).
C.	Parisiensis n°. 734.
D.	Parisiensis n°. 1415.
F.	Londinensis Mus. Brit. Additional MS. n°. 9579.
Ga.	Codex Cl. de Gayangos.
H.	Oxoniensis ex Bibl. Bodlejanâ n°. 706.
I.	Oxoniensis ex Bibl. Radcliffianâ (*Sale* 53, vel K. 2—24).

Unum adhuc de meâ editione, quod ad carmina attinet, observandum habeo. In carminibus sunt nonnulla, quibus in A. versus adduntur, rarius in B., perraro in Ga. Hos versus non edidi; ne autem hoc mihi vitio vertas, docte lector! accipe causas cur hos omiserim. Amici exteri de his versibus interrogati, utrum nempe in illis ʾIbn-Cā-

3) Vide Cl. de Gayangos *Hist. of the Moh. Dyn. in Spain* I. p. 340.

16) Ad literam: *nisi ingenii acumen et nobilitas generis.* Ut vero in praecedenti sententiae membro sermo fuit de militibus, sic in hoc membro loquitur auctor de iis, qui res civiles curabant.

17) Forma 4ª verbi فضح non tantum *apparuit*, sed etiam *apparere fecit* significat. Vide aliud exemplum in Cl. Weijers *Spec.* p. 167 ann. (289) vs. 7 a f.

18) In Ibn-Čāqānis *'al-Matmaḥ* (MS. fol. 60 r.) habemus sequens carmen:

(المتقارب) أَلِمَّا فديتُكما نستلمْ — منازل سَلْمَى على ذى سَلَمْ
منازل كنْتُ بها نازلًا — زمانَ الصبا بين جيد وفمْ
اما يجدنّ الثرى عاطلًا — اذا ما الرياح تُنَفِّس ثمْ

in cuius primo versu, metri causa, أَلِمَّا positum videtur pro أَلِمَا, et quod sic verto:

Cur, amicissimi, manu osculove tangeremus (ut lapidem nigrum in templo Meccano; visitaremus) (talia) *loca* (qualia sunt loca) *Selmāe prope Dū-Salamum,*

Loca, quae habitabam tempore iuvenilis amoris, collum (amasiae) *amplexus et ab huius ore basia carpens:*

Nonne invenire tis terram, monili suo (amasiâ) *carentem, dum istic aurae non amplius gratum emittunt odorem?* (Hic 2ªᵉ formae verbi نفس eadem potestas adscribenda est atque illa quam supra p. 25 ann. (70) 5ªᵉ propriam esse, ostendi).

Patet igitur ex hoc carmine, Dū-Salam esse nomen loci, eumque locum lego in *Commentario ad carmen 'al-Borda dictum* (MS. 54 fol. 3 r.) situm fuisse inter Meccam et 'al-Medinam. Porro apparet, in hoc loco habitasse amasiam, cui nomen Salmā; et iam collato nostro quoque Ibn-Čāqānis loco, nullus dubito quin poëta quidam dies illas, quas cum carissimâ suâ Selmâ, in Dū-Salamo transegerat, magnifico carmine, vel potius carminis parte, celebraverit. Quaeres, quis tandem

decori, et huic turbae oculo; si equis insidebant, putasses terram orbem coelestem, stellas ferentem; et si dona dabant, videbas nubes, guttas emittentes; si illi aggrediebantur, prae metu retrocedebat[19] 'Antara 'Absida, et si gloriabantur, iis impar erat[20] 'Arābu Ausida[21]. Deinde declinaverunt dies, et abstulerunt eius splendorem; marcidum reddiderunt id, quod maturum erat in eius arbore, frondes emittente; tunc id non avertere poterat lancea, neque gladius; neque proderant haec dona[22] magna. Tunc in alius po-

fuerit ille poëta: ingratum istud nescio tibi respondendum erit, quum frustra quis ille fuerit in libris cum editis, cum manu scriptis quaesiverim. Suspicor tamen, hoc appariturum ex eà parte libri *Kitābo 'l-agānī*, quae nondum est edita, et quam mox publici iuris facturum esse Cl. Kosegartenium vehementer speramus, nam nullum huius operis Codicem hic Leidae possidemus. — Sententia vero nostri loci est: vir gratus, in describendà 'al-Mo'tamidi urbe, verbis quam maxime magnificis utebatur, comparabatque dies, in eà transactos, iis quos poëta ille (quisquis tandem fuerit) in Dū-Salamo transegerat, laetissimo amasiae consortio fructus.

19) Schol. Goth.: قوله احاجم نكص هيبةً والمعنى ان موضع اقدامهم نكص فيها عنترة. — De celebratissimo 'Antarà nihil annotavi; cui enim ignotus?

20) Ex alterà lectione أُفْحِمَ, quam duo, ex sex quos hoc loco consului Codd. tuentur, est: *ad silentium redigebatur*. Codex Goth. h. l. ita est corruptus et adeo lacunis laborat, ut nullius sit utilitatis, sed in huius archetypo etiam اقصر, ut edidi, scriptum fuisse, patet ex glossà marginali, ubi haec:
واقصر كاقتصر وتقاصر والمعنى ان مفاخرهم تزيد على مفاخر عرابة الموصوف كثرتها ۞

21) وعَرابةُ بن أَوْس بن قَيْظِيّ كريمٌ dicit auctor *'al-Qāmūsi* (ed. Calc. p. 125). De eo carmen composuisse legitur poëta *'aš-Šemmāḫ* (v. 'Ibn-Callicān ed. de Slane I. p. ٥٣٥ vs. 2), ex quo sequentem versum descripsit 'Ibn-Čāqānis Schol. Goth.:

(الوافر) رايتُ عرابةَ الاوسىَّ يسمو   الى الخيرات منقطعَ القرين

qui versus sic vertendus videtur:

Vidi 'Arābum Ausidam, se efferentem ad res nobiles, a socio suo separatum.

22) Lexico add., voc. مِنَّةٌ, cuius hic plur. مِنَن occurrit, significare *gratificationem, donum, beneficium*; cf. 'al-Mo'tamidi carmen, deinde ex *'al-Caridâ* (MS. Paris. fol. 145 r.) edendum; de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ١٢٣ vs. 5 a f.; Kosegart. *Chrestom. Arab.* p. 49 vs. 5; Bidp. *Fab.* p. 206 vs. 7 a f.; *Noct. Arab.* ed. Macnaghten, p. ٢٠ vs. 8 a f.; Hoogvliet *Spec.* p. 55; *'al-Matmaḥ* MS. fol. 61 r.; *'al-Ḫolalo 'l-maušīja* MS. 24 fol. 2 v. caet. Idem vero vocab. nonnunquam *gratiarum actionem* exprimit, ut apud 'an-Nowairium (*Hist. Aegypt.* MS. 2 *o* fol. 116 r.): له الحمد والمنّة *Ei (Deo) sit laus et gratia*; *'al-Qalāyid* (MS. A. II. p. 143): الحمد لله ــ وله المنّة. Fortasse hoc voc. etiam *mannat* et *monnat* pronuntiari potest; in loco certe quem ex Hoogvlieti *Spec.* citavi, Cod. Ga. offer مَنّة et in loco ex *'al-Ḫolalo 'l-maušīja* legitur مُنّة.

testatem redactus est, postquam ipse imperaverat, et descendere coactus est ex suo orbe coelesti in navem 23; tunc aquam ingressus est, ventis eum celeriter propellentibus 24, et alas ad volandum expandit 25, impellentibus eum 26 fletu et lamentatione; territi clamaverant, propter eius infortunium, illi, quibus benefecerat 27; commoti agitatique fuerant ii, qui in eius concilii loci lateribus sedere solebant 28; loci quos habitaverat, tales facti erant, ut ab iis discessissent familiaris virorum elegantioris doctrinae concessus 29 et laetitia; eorum enim hilaritatem abstulerant Eurus et Zephyrus 30. Tunc deflebant eum oculi, sanguinem emittentes, et id quod inventum erat e vità suavi 31 mutatum est 32 in inopiam, et dies, a tempore dati, quos antea liber vixerat, nunc vivebat servus. Procul igitur sit mundus, qui non custodiverit eius ('al-Mo'tamidi) iura, nec superstitem servaverit eius lucem; quam saepe enim bona mundana 33 dabat mundi filiis, et quam saepe

---

23) Navem intelligit auctor, quae 'al-Mo'tamidum ex Hispanià in Africam transportare debebat. Caeterum observa lusum verborum inter فَلَكِ et فُلْك.

24) Imitatur in h. l. 'Ibn-Câqân 'Ibno-'l-Labbanâm (vide supra textum p. 61); cf. quoque supra textum p. 59 vs. 4 a f. sq.

25) Hoc de navis *velis* est accipiendum: saepe enim navis, vela expandens, comparatur cum ave, alas ad volandum expandente.

26) *Impellentibus eum*, gubernaculi scil. instar, collato *'al-Qalâyid* MS. A. I. p. 79: فازجاه الى بجاية سُكّانه. Phrasis تزجيها الرياح *impellunt naves venti* reperitur etiam in 'Ibn-Hânî carmine (apud 'al-Maqqarîum MS. Goth. fol. 518 r.).

27) Ad literam: *eius beneficia.* Voc. يَدٌ h. s. frequentissimi est usûs.

28) Ad literam *latera ejus concilii loci.*

29) Qui accurate huius aevi scriptores legerit, et posterioris temporis auctores, qui de hoc aevo scripserunt, sine dubio mecum faciet, voc. الانس idem quod مجلس الانس, vel simplex مجلس, exprimere. Tales autem virorum elegantioris doctrinae consessûs locum habebant sive in palatiorum conclavibus, sive in hortis amoenissimis, praeside principe, et poculis in orbem circumeuntibus. In iis sive aliorum antiquiorum poëtarum carmina, sive sua, recitabant, et de poësi rebusque ad elegantiorem doctrinam pertinentibus, colloquium instituebant.

30) His scil. ventis 'al-Mo'tamidus, patrià relictà, Africam versus propulsus erat.

31) Proprie dicendum esset الحياة الطيبة, quod *victum licitum*, *vitam suavem* et *Paradisum* exprimit (cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 164 ann. (282)). Quum vero *Paradisus* simpliciter الحيوة dicatur (cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 47), non mirum الحياة sufficere quum *vitam suavem* indicare velis.

32) Haec signif. verbi عاد Lexico addenda, collato *'al-Qalâyid* (supra in textu p. 42 vs. 4; p. 51 vs. 8) et (MS. A. I. p. 85): "ثم عاد انعامه بوسا ، وانقلب ابتسامه عبوسا". Cf. etiam infra locum ex *'al-Carîdâ* MS. Par. fol. 143 v.

33) In textu luditur in voce دنيا, quae tum *mundum*, tum *bona mundana* exprimit; quapropter haec

mundum conspicuum reddebat, ut pulcherrimum, iis, qui eum, sponsae instar, retectum et nitentem adspiciebant! Haec autem est indoles dierum [34]: non se abstinent [35] ab iis, qui ipsos decerpunt, neque manent possessoribus suis; obliteraverunt [36] monumenta Ģillaqi [37], et exstinxerunt ignem ·al-Moḫallaqi [38]; vilem reddiderunt potentiam Ȃdi, filii Šeddādi [39], et diruerunt palatium, pinnis instructum, ex Sindādo [40], fructaeque sunt [41]

---

non accurate latine reddere potui. Accedit quod دنيا feminini, *mundus* masculini sit generis, ideoque imago *sponsae* in latinis mire sonat.

34) Cf. ad verba فى الايام Hoogvliet *Spec.* p. 47, et quem is citat (p. 63 ann. (30)) de Sacy *Gramm. Ar.* II. p. 370 n°. 637.

35) Haec signif. verbi وقى Lex. add. In versu in ·*al-Qelāyid* (MS. A. I. p. 87) legitur: وَقاك الردى *Abstineat se a te infortunium.*

36) 4a verbi دثر forma Lexico est addenda.

37) Quum ·al-Firūzabādī (·*al-Qāmūs* ed. Calc. p. 1255) dicat in radice جلق: وجِلّق كحِمّص بكسرتين مشدّدة اللام وكقنّب (جِلّق aut جلّق igitur) دمشق او غوطته, non dubito quin de iis Damasci monumentis hic sermo sit, quae Gassānidae ibi posuerant. De hac vero celebratissimā dynastiā, quae antiquitus in Syriā imperium tenebat, cf. Pocockii *Spec. Hist. Arab.* ed. 1[ae] p. 75—78.

38) Sine dubio ʾIbn-Čāqān hic ante oculos habuit ·al-Aʿšāi, summi poëtae, versûs:

لعمرى لقد لاحت عيون كثيرة　　الى ضوء نار باليفاع تحرّق
تشبّ لمقرورين يصطليانها　　وبات على النار الندى والمحلق

quos ex *Kitābo ʾl-agānī* edidit de Sacy *Chrest. Ar.* II. p. 474, ibidem versos p. 473. Vides inde, verbis *ignis ·al-Moḫallāqi*, indicari ignem, quem hic hospitibus suis, frigore confectis, accenderat. Quum vero ʾIbn-Čāqān dicat de diebus: واخمدت نار المحلق, *dies exstinxerunt ignem, quem ·al-Moḫallaq hospitibus suis accenderat*, sine dubio hoc voluit: antea ·al-Moḫallaq, auctore ·al-Aʿšā (cf. de Sacy l. l.), laetā fruebatur conditione; deinde vero calamitatem passus est, ita ut non amplius ei copia esset hospitibus ignem accendendi. De tali autem calamitate *Kitābo ʾl-agānī* mentionem non facit, et sive famam secutus est auctor noster, sive ipse talem calamitatem finxit. Non enim puto eum alium librum, quam mox citatum, ante oculos habuisse. — De ·al-Moḫallaqi nomine haec leguntur in ·*al-Qāmūso* (ed. Calc. p. 1262): وكمُعظّم — لقبُ عبد العُزّى بن حَنْتَم لأنّ حصانًا عضّه فى خدّه كالحَلْقة او اصابه سهم فكُوِىَ بحلقة. Iam quum ex de Sacy l. l. pateat, eum quoque nomen ابو كلاب gessisse, plenum viri nomen est: ·al-Moḫallaq Abū-Kilāb Abdo ʾl-ozzā ·ibn-Ḫantam.

39) Fallitur hic ʾIbn-Čāqān, nam Ȃd non erat filius Šeddādi, sed patrem habebat Ausum (vide Sale *The Koran*, Preliminary Discourse, Sect. I. p. 5. ed. Lond. 1836); vel Mātatum (vide Schultens

calamitate *'an-No'māni* [42]; abscondere vero solent suam perfidiam iis, qui res optatas quaerunt [43]. Descripsi ex huius viri poësi, cuius fructûs dulces sunt, splendor pulcher,

---

Histor. Joctan. p. 4). Voluit vero auctor noster Šeddād*um* 'ibn-Ād, qui, ut ab historicis traditur, magnas urbes condidit, celebratum illum hortum, qui 'Irem*i* nomine inclaruit, et alia multa; cff. Schultens et Sale ll. ll. De peculiari calamitate, quam hic passus fuerit, nil traditur, plane ut de 'al-Moḥallaq*i* infortunio est silentium; rerum autem, ad antiquam Arabum historiam pertinentium, 'Ibn-Čāqān admodum videtur imperitus fuisse; nomina quaedam cognita arripit, iisque utitur tamquam exemplis vicissitudinum temporis et similium, parum curans utrum historia suum confirmet exemplum necne.

40) De Sindād haec leguntur in Lexico Geographico (*Merāçido 'l-ittilā'* MS. 295)· سنداد بالكسر ثم السكون وتكرير الدال المهملة وقيل بالفتح قيل قصر بالعُذَيْب وقيل نهر وقَبْلُ هو منازل لاياد اسفل سواد الكوفة وكان (leg. او كان) قصر تحجّ العرب اليه. In *'al-Qāmūso* (ed. Calc. p. 376) haec extant: سنداد بالكسر والفتح نهر مّ او قصر بالعُذَيْب Pronuntiare igitur licet sive *Sindād* sive *Sandād*; quidnam autem fuerit non constat: ex *unâ* opinione est palatium in tractu illo, prope 'al-Cūf*am*, in viâ ad Mecc*am* ducente, qui ab aquâ, 'al-'Odaib dictâ, nomen habet (cf. Abū-'l-fedā *Taqwîmo 'l-boldān* p. ٧٩); ex *alterâ* est flumen, in cuius ripâ olim habitabat 'Ijād, vir infimae plebis urbis 'al-Cūf*ae*, aut *denique* erat palatium, quod petebant Arabes campestres, solennia sacra celebraturi. Res satis obscura: at 'Ibn-Caqān*em* sine dubio de *flumine* cogitasse, constructio verborum docet. — Schol. Goth. sqq. habet: اسم بب (sic) ومنه قول الشاعر اسود بن يعفر

(الكامل) والقصر ذا الشرفات من سنداد

Patet itaque, verba القصر ذا الشرفات من سنداد ex antiquo carmine desumta esse. Poëta, hic citatus, اسود بن يعفر nominatur etiam in *'al-Ḥamāsâ* p. 116.

41) Verbum نعم hic, ut deinde (v. supra in textu p. 39 vs. 10), cum ب construitur.

42) Intelligitur hic Abū-Cābūs 'an-No'mān 'ibno-'l-Mondir, rex 'al-Ḥirae, qui, quum per viginti duos annos, magnâ felicitate usus, regnasset, occisus est a Cosrue Parwiz, regno a Laċmid*is* ad 'Ijās*um* Taj*ensem* translato: vide Pocockii *Spec. Hist. Arab.*, ed. 1ma, p. 72—74. De *hoc* 'an-No'māno hic esse cogitandum, non vero de 'an-No'mān 'al-'a'war, priore 'al-Ḥirae rege (Pocock. l. l. p. 68 sq.) tum per se iam est probabile, nam *hic* sponte regno se abdicavit nullamque, in historiâ commemoratam, calamitatem passus est; tum etiam arguit usus vocum نعمت et بؤس; nam haud sine causâ *his* voc. hac in re usus est 'Ibn-Čāqān: cogitabat nempe de celebratis istis 'an-No'mān*i* diebus يوم بؤس (*dies tristitiae*) et يوم نعيم (*dies laetitiae*); cf. Pocock. l. l. p. 72. Caeterum einsdem huius 'an-No'mān*i* exemplo etiam utitur 'Ibn-Čāqān in fine huius capitis (v. supra textum p. 72 vs. 4), ut temporis vicissitudines probet.

43) Ex lectione, vel potius ex glossâ Cod. B. (quam etiam G. offert) تطلب non collect. est, sed infin.;

verba sententiaeque 44 praestantia, id, quod se commiscet 45 cum animis et cordibus, et quo fragrat odor, quem dispergit Eurus et Auster 46; et inter hanc commemoravi ex eius factis praeclaris, et ex iis rebus, de quibus gloriari potest: ex eius consessibus mirandis conciliisque: id, quod despectum reddit mundum, simulque eum auro exornat, et quod manifestam reddit eius vicissitudinem et absolutum arbitrium.

Narravit mihi vir utroque Wezîratu ornatus, Abû-Becr ·ibno-'l-Qaçîra 47, se fuisse in

et addito إذ في sensus oritur: *a. v. s. suam erga hominem perfidiam, dum ille occupatus est in quaerendis rebus optatis.*

44) De لفظ et معنى cf. supra p. 4 ann. (5).

45) 8ª verbi مزج forma Lexico est addenda: cf. de Sacy *Chrest. Ar.* I. p. ١١٣; II. p. ٢٣; *Noct. Arab.*, ed. Macnaghten, I. p. ١٨٣; II. p. ١٠٧; ·*al-Qalâyid* MS. A. I. p. 156; ·al-Marrâkiši, MS. 546 p. 99 caet. Vult vero auctor: id quod animi et corda in succum et sanguinem vertunt.

46) Vult auctor illum odorem, quem, ex floribus ortum, Eurus et Auster dispergunt. In his autem مَسْرَى est nom. actionis a verbo سرى quod de vento vel de aliâ re quae spiritûs exhalat usurpatur, et *spiravit*, *flatum emisit* significat. Cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 86 et Hoogvlieti *Spec.* p. 46 et p. 58 ann. (4).

47) Abû-Becr Mohammed ·ibn-Solaimân ·ibno-'l-Qaçîra primum erat ab actis ·al-Mo'tamidi, ut iam ex nostro textu patet; huius principis iussu, cum alio viro tamquam legatus in Africam ad Jûsofum ·ibn-Tâšifîn profectus est, ut huius auxilium contra Christianos rogaret (·an-Nowairî *Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 502). Quum ante ·az-Zalâqae proelium Alphonsi epistola ad Jûsofum allata esset, hic: أمر الكاتب ابا بكر بن القصيرة أن يجاوبه (Id. l. l.; cf. etiam infra Ibno-'l-Atîr MS. Paris. fol. 117 r.). Patet etiam ex ·*al-Holalo 'l-mauŝija* (Cod. Cl. de Gayangos fol. 37 r.), hunc virum ab actis fuisse ·al-Mo'tamidi, et ·az-Zalâqae proelio interfuisse. Deinde erat ab actis Jûsofi ·ibn-Tâšifîn (Ibno-'l-Catîb, in eius vitâ, MS. fol. 273 r.); tempore quodam quidem e gratiâ regis excidit, at in eam deinde rediit (·*al-Qalâyid* MS. A. I. p. 193). Poësi, at inprimis prosâ ornatiore inclaruit, cuius multa specimina nobis sunt servata, ut epistola, regis iussu, ad seditiosos quosdam (الى طائفة المتعدّية) conscripta (·*al-Qalâyid* l. l. p. 194 sq.), altera ad ·al-Mançûrum, صاحب قلعة حمّاد, qui seditionem moverat contra Jûsofum, se in قلعة حمّاد (*Alamedilla*; cf. Casiri *Bibl. Escur.* I. p. 104) muniverat, et turbam latronum ad se traxerat (·*al-Qalâyid* l. l. p. 196 sq.); tertia ad populum Micnâsae, qui quoque seditionem moverat, et quem hortatur ut ad obedientiam revertatur (·*al-Qal.* l. l. p 197 sq.); quarta actum illud solenne, quo Jûsofus filium suum regni haeredem constituit (Ibno-'l-Catîb MS. fol. 273 r. — 274 r.). Erat autem hic vir amicus Ibn-Câqânis, nam hic, in eius vitâ (·*al-Qal.* l. l. p. 193 sq.), eius epistolam describit, ad se ipsum datam, in quâ primum nostrum auctorem magnificis laudibus effert Ibno-'l-Qaçîra, sed dein hortatur ne exsequatur quod ceperat consilium (quod quale, vel quâ de re fuerit, neque epistolaa, neque nostri libri auctor indicat), eumque monet ut ad vesperam moretur, ut eum doceat quemnam eventum haec res haberet. — Mortuus est Abû-Becr ·ibno-'l-Qaçîra mense Gomâdae IIᵐᵉ anni 508 (Ibno-'l-Catîb MS. fol. 274 r.). — Ex Cl. de Gayan-

coenaculo palatii honorati, scribentem 48 mandata et poenas, ab ˙al-Moˀtamido 49 pronuntiatas, componentem eius epistolas, prosâ ornatiore conscriptas 50, eiusque foedera, die, quo ˈIbn-ˈAmmār Šilb*am* (Silves) proficiscebatur, ut ditiones, ad hanc urbem pertinentes, p. 39. studiose curaret 51, et ut rectam viam monstraret propositis huius praefectorum: quum accederet ad se Wezir*us* honoratissimus Abū-Becr ˈibn-Zaidūn, laeto vultu, nobilitate conspicuus, splendens laetitiâ vultu commonstratâ, et opinari faciens 52 se esse muscum odore. Hic dixit ei: Postquam ˈIbn-ˈAmmār Šilb*am* profectus est, efferbuit ˙al-Moˀtamido antiqua ipsius ex amore insania et amor, et iterum ei urbi locum concessit, ubi (eius recordatio, amuleti instar) suspendebatur 53, et ubi ut familiaris degebat; nam habitavit illam urbem, dum ipsius iuvenilis amor gratam umbram proiiciebat, et adscendit in illâ montes collesque gaudii, dum vestis striata suae vitae erat nova 54, dumque suam iuventutem non terrebat canities: iis scilicet diebus quum eum urbi praefecisset ˙al-Moˀtaçid bi'*l*-lāh, quumque adhuc Inexperientia ei vinum suum ministraret 55. Hodie igitur dixit ex tempore, dum ˈIbn-ˈAmmār properabat ad manum eius capiendam 56:

---

gos excerptis, benevole mecum communicatis, vidi, caput de hoc viro exstare in ˈIbn-Bassāmi volumine quod Oxonii servatur (Urii *Catal.* n°. 749).

48) Hanc signif. hic verb. أقام, c. ل constructum, habere, contextus docet; cf. ثبت et أثبت.

49) Lectio Cod. B., pro ˙al-Moˀtamido ˙al-Moˀtaçid*um* offerentis, admitti nequit; nam non ab ˙al-Moˀtaçido ˈIbn-ˈAmmār urbi Silves est praepositus (patre enim regnante, ipse filius ˙al-Moˀtamid*us* huius urbis erat praefectus), sed ab ˙al-Moˀtamido, ut patebit v. c. ex loco ˙al-Marrākišî, deinde edendo (MS. p. 106).

50) Vocabulo مُخاطبة, plur. مخاطبات, designatur epistola, prosâ ornatiore composita, in quâ quis alium *amico modo* alloquitur. Sabintell. est رسالة.

51) 8ª forma verbi ثقف deinde eodem sensu occurrit (v. supra textum p. 51 vs. 2 a f.).

52) Non dubito, quin vera sit lectio يُخَيِّل, recepta invitis B. et Ga., qui quintam formam offerunt. Verbum enim خَيَّلَ signif. *opinari*, *credere fecit* ut *Noct. Arab.*, ed. Macn., I. p. 99: صرخةٌ تُخَيِّلُ لنا ان *clamore, qui putantes effecit palatium* caet.; et hinc factum est ut phrasis خُيِّلَ لفلان significet *visum est alicui*, ut in ˈIbn-Batūtae *Itineribus* (MS. Cl. de Gayangos, fol. 113 r.): خُيِّلَ لنا انها قرية; et (MS. fol. 30 r.): ويُخَيَّلُ لرائيها انها صفحة واحدة. — Cod. G. tuetur lectionem, quam in textum admisi.

53) Aliter Schol. Goth.: اى علاقته اى حبه; simplicius, fateor; an vere, nescio.

54) Id est: *dum ipsius vitae tempus (aetas) novae vesti striatae erat similis.* Eadem metaphora est in ˙aṯ-Ṯaˀālibî verbis (*Jatîmato* 'd-*dahr* MS. Doct. Lee fol. 4 r.): وغصن الشباب رطيب، وبرد الحداثة قشيب"

55) Id est: *rerum usu adhuc carens, vino se oblectabat.*

56) Sic ex analogiâ verti 7am verbi حفن formam, quae in Lexico deëst.

Agedum! Saluta loca mea Šilbae, o Abū-Bocr! rogaque ea an foedus amicitiae sit, ut certo scire mihi videor;

Et salutem dic palatio 'aš-Šerāgib 57 a parte iuvenis, cui semper illius palatii est desiderium.

Sunt loca in quibus sunt leones 58 et feminae candidae teneraeque, ita ut in iis sit id quod tibi sufficit ex lustris leonum et ex cortinis 59.

Quot autem noctes ibi transegi, dum commode, per harum partem, fruebar puellā quae natium amplitudine regionem herbis abundantem similitudine referebat, et tenuitate medii corporis terram proventu carentem;

---

57) In capite de 'ar-Rāçio (infra §. 3. MS. A. p. 52) huius carminis duos priores versùs iterum habebis, ubi auctor noster huius palatii pulchritudinem magnificis verbis describit. Nomen palatii Abū-'l-feda (*Geograph.* p. ١٦٧) scribit قصر الشراحيب cum ح pro ج; videbis in loco in capite de 'ar-Rāçio in meis quoque Cdd. magnam esse discrepantiam in hoc nomine scribendo. In nostro loco etiam G. الشراجيب offert.

58) Id est: leonum magnifica illa simulacra, quae, licet lege vetitum esset simulacra conficere, in optimatium aderant palatiis. Cf, icones in Murphy *The Arabian Antiquities in Spain*, et vide Hammer-Purgstall *Gemäldesaal der Lebensbeschreib. gr. mosl. Herrscher* II. p. 185. Poëta Siculus palatia 'al-Mançūrijae describens (vide *Journal Asiat.* III. XI. p. 367) ait:

(الكامل) واسودُ شاذُروانِهِ تُنْهِى مياهًا كوثريةْ

(Admira in illo horto) *leones eius fontis, qui ad cursum incitant* (effundunt) *aquas, Paradisi aquis comparandas.*

(شاذُروان est vocab. Persicum, Lexico Arabico addendum).

Alius poëta hoc sic expressit:

(الكامل) وبوحشها ومياهها الـــــغُزْرِ العيونَ الكوثريةْ

(Quam pulchra est 'al-Mançūrija) *cum feris suis bestiis et aquis copiosis, fontibus Paradisi comparandis.*

Infra videbis, 'Ibn-Bassām*um* (apud 'al-Maqqari*um* MS. Goth. fol. 564 v.) narrare, in quodam 'al-Mo'tamid*i* palatio fuisse elephantis simulacrum argenteum, e quo aqua proiiciebatur. Hodie quoque istiusmodi simulacra in Africae regum palatiis vel hortis inveniuntur. Dicit enim auctor operis c. t. *Voyage dans les Etats Barbaresques* (Paris 1785 pag. 71) de Marochii palatio locutus: » Prés de » ce Palais est un superbe jardin; — — au centre est une colonne qui soutient un lion qui jette » un torrent d'eau par la gueule."

59) Designantur hic illa tapeta, quibus, parietum instar, mulierum conclave a virorum cubiculis separabatur. Cf. *'al-Qalāyid* MS. A. II. p. 51: هام بفتى سماط وفتاة خِدْر, » uniuscuiusque iuvenis, » qui in convivio pocula administrabat, et uniuscuiusque puellae quae cortinā occultabatur, amore » incendebatur."

Et quot albae et fuscae ibi erant puellae, agentes de animâ meâ eodem modo quo agunt latera latiora gladiorum alborum et hastae fuscae;

Et quot noctes in valle fluminis ludens transegi, cum puellâ ornatâ armillâ, simili lunae incurvae.

[60] [Noctu, limis oculis me adspiciens, mihi bibendum praebuit vinum, modo illud hauriens ex suo poculo, modo ex suo ore [61],]

[Dum me eius citharae chordae exhilarabant, quasi audirem in chordis collorum lenem vocem gladiorum acutorum [62].]

Exuit vestem suam ramo arboris Bān [63] tenero, laete virenti, veluti finduntur involucra a floribus.

Narravit mihi Ðocro 'd-daula filius al-Mo'taçidi bi 'l-lāh, se intrasse apud eum tali nocte cuius strata Gaudium complicuerat [64]; et cuius interscapulum et tuber sibi pro iumento sumserat Laetitia; cuius cor familiaris eruditorum consessus admiratione afficiebat; albitudine rerum optatarum ipsius nigritiem tegente [65]. Blandiebatur amatorio quasi

---

60) Textûs Arabici plagulâ 5ª et 6ª iam typis expressâ, accepi apographon loci *al-Caridae* de al-Mo'tamido ex Codice Parisiensi, Illustr. Amarii Siculi donum. In illo opere (fol. 146 r.) exstant huius carminis vs. 3 et 4; quartum autem hi versûs excipiunt, quos ego post vs. sextum inserendos arbitror et quos nunc video, etiam in *Acbāro 'l-molūk* (Cod. nostro 639 p. 130) exstare:

وباتت تسقينى المدام بلحظها ومن كاسها حينا وحينا من الثغر

وتطربنى أوتارها فكاننى سمعت باوتار الطلى نغم البتر

In 1°. versu pro وباتت in *al-Caridā* male est وبانت, et pro بلحظها ibi exstat بلحجها (sic); in ومن كاسها, violato metro, ibi و omittitur; in 2°. versu pro فكاننى ibi est وكاننى, et pro نغم ibi est نعم.

61) Poëtae Arabes saepe basia amasiarum cum vino inebriante comparant, quae imago hic spectatur.

62) Est hic lusus in ambiguâ vocis وتر potestate, nam, plane ut Latinorum *chorda*, haec vox tum citharae *chordam*, tum *chordam* vel *tendinem* in corpore denotat. — بتر est plur. ab adiect femin. بتراء (cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 360) et, plane ut بواتر apud Ibn-Çaqānem et poëtas (infra in capite de ar-Rāçio MS. A. p. 57; *al-Qalāyid* MS. A. I. p. 88; cf. *Orient.* I. p. 391), hic et infra in carmine ex *al-Caridā* edendo (MS. Paris. fol. 151 v.) *gladios acutos* exprimit.

63) Comparat al-Mo'tamidus, ex more Arabum poëtarum, puellam suam cum غصن البان, et sensus est: *ramo arboris Bān similis, teneritate et iuvenili decore, sibi vestem exuit mea puella.*

64) Ut appareat, me locum recte vertisse, conferantur verba: ثنيت وسادة ap. Koseg. *Chrest. Ar.* p. 133.

65) Animadvertendum est, auctorem primum illam noctem compare cum *muliere*, cuius lectum Gaudium paravit; tunc cum *equo*, cui insidet Laetitia; deinde ei, ut *personae* cor tribuit; denique addit nigri-

carmine aura viridariorum horum visitatores, eosque qui saepe ad ea venire solebant; disparere fecerat[66] lux lucernarum horum lacinias, et obliteraverat terrae argento horum rivulos[67]. Conclave viris nobilibus[68] quasi erat vestitum, et sonus secundarum et tertiarum testudinis chordarum[69] adscendebat (audiebatur); luna erat plena, cuius splendore palatium se operiebat et circumdabat, et cuius luce se ornabat et pulchrum reddebat. Tunc dixit:

Profecto bibi vinum, cuius sparsa est lux, dum tamen expanderet nox tenebras veluti pallium, p. 40.
Donec appareret plena luna in medio suo geminorum signo, veluti rex, qui ad summum pervenit terminum hilaritate er splendore,
Qui, quum se oblectare cuperet, procul ab hominibus, sibi pro umbraculo sumsit geminorum signum.
Deinde certatim assurrexerunt rutilantia astra, quorum fulgor eum circumdabat; tunc vero perfectus evasit fulgore.
Vides astra, ut equitum turmas, circa ipsum, dum ei attollunt horum Pleiades vexillum.
Ego ei similis sum in terrâ inter equitum turmas et inter puellas sororiantibus mammis praeditas[70], in quibus coniunctae sunt vini splendor et blanditiae[71].

---

tiem (obscuritatem) noctis vinci laetis gratisque quae aderant rebus. — Voc. سَوَاد saepius de *nigredine* sive *obscuritate* noctis usurpatur, ut in versu poëtae 'Ibno-'ç-Çamadi in solo B. (fol. 15 r.) exstante: في ظلمة وسواد, et alibi in 'al-Qalâyid (MS. A. II. p. 142): وهو في هيمأة كانها
كُسيت بالبهاء والنور وله سباة يروق العيون انماضُها ويفوق السواد بياضُها"

66) Haec significatio 2ae formae verbi قلص Lexico est addenda. Occurrit eodem sensu supra in textu p. 45 vs. 5 a f. et p. 57 vs. 7. Sententia igitur nostri loco est: vel remotissimae horti partes lucernis illis erant illuminatae.

67) Vocab. نيال (ut habent Ga., 'al-Maqq. et etiam G.) habeo pro plurali voc. نيل, quod proprie quidem *Nilum* designat, sed cuius plurali auctor, in homoeoteleuto, in universum *horti rivulos* indicare videtur. Arabes autem saepius de rivulis argenteis loquuntur, ut alii populi. Hoc vero loco auctor, ni fallor, hoc vult: rivulos illos qui alioquin essent argentei et niterent, nunc non cerni, quum lucernae tantam diffunderent lucem, ut totus hortus argenteus videretur.

68) Voc. معلاة, cuius plur. مَعَالِى hic legitur, proprie *nobilitatem*, hic vero *viros nobiles* exprimit. Infra (vide supra in textu p. 66 vs. 7) videbis, معالى *coeli incolas* denotare.

69) Cf. *Kitâbo 'l-agâni* ed. Koseg. *prooem.* pag. 39 et 45; de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. 277.

70) Vocab. كاعب, pl. كواعب saepe, non addito جارية, *puellam sororiantibus mammis praeditam* (βαθύκολπον) exprimit. In 'al-Mo'tamidi carmine (apud 'Ibno-'l-Catib MS. fol. 184 r.) exstat versus:

Si haec indusia 72 expandunt tenebras 73, plena sunt nobis haec 74 pocula luce;
Et illis cantantibus citharamque pulsantibus, ne relinquas haec (pocula, uvarum succo repleta) in usum racemi unde (uvae) decerptae sunt.

Narravit mihi Abū-Becr ibn-'Isā ex urbe Deniâ oriundus, qui vulgo nomine 'Ibno-'l-Labbānae notus est, al-Mo'tamidum se vocasse nocte quâdam ad conclave, quod vestiverat hortus veste suâ coloratâ 75 et cuius mandatum et interdictum pro lege habebat Fortuna 76.

(الكامل) وكواعب لم ادر قبل وجوهها ان البدور تدور فى الازرار

In 'Ibn-Ǵobairi *Itinerario* (MS. 320 (1) p. 199) legitur: انتظام (regis) قصوره (urbis) ينتظم بلبّتها العقود فى نحور الكواعب. Vide etiam al-Jatīma MS. Leid. 502 p. 10.

71) Vocabula سَنًا et سناء saepius apud 'Ibn-Ćāqānem et in poëtarum versibus quos citat, coniunguntur. Primum voc. exprimit vini *splendorem*; secundum est Infin. 3ae formae verbi سنا et exprimit *blandam* mulierum *agendi rationem*. In al-Qalāyid (MS. A. I. p. 86) sequens exstat versus:

(الطويل) وكم ليلة احظيتنى بحضورها فبتّ سميرا للسناء والسنا

Quot noctes mihi favisti, vinum afferri iubens, ita ut noctem transigerem inter (puellarum) *blanditias et* (vini) *splendorem.*

Cf. quoque supra textum p. 41 vs. 3, et mox nostram huius loci versionem.

Hoc autem loco poëta, de mulieribus ut de vino loquens, spectat basia quibus Arabes vim inebriantem adscribunt; cf. supra p. 84 ann. (61).

72) Id est: *hae puellae*. Cf. meum *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes* in voce دِرْع.

73) Cogitandum de *nigrâ puellarum comâ*, quae et ipsa ليل (*nox*) vocatur, uti docuit Cl. Weijers *Spec.* p. 123.

74) ضُذى pro ضُذَى est licentia poëtica; v. infra in capite de ar-Rāçio MS. A. p. 56; Koseg. *Chrest. Arab.* p. 67 vs. 5; al-Qalāyid MS. A. I. p. 80; al-Matmah MS. fol. 69 v.

75) I. e. *in quo permulti et varii aderant flores.* — Iam Cl. Weijers (*Spec.* p. 164 ann. 283) annotavit, voc. وَشْى significare *vestem coloratam et pictam*. Exempla habeas haec. Poëta in al-Qalāyid (MS. A. I. p. 86):

(الطويل) وأَلْبَسْتَنِى النعمى أَغَصَّ من الندى وأَجْمَلَ من وَشْيِ الربيع واحْسَنا

In eodem poëmate dicit auctor de suis carminibus (MS. A. I. p. 87):

تروق بجيد الملك عقدا مرصّعا وتزهى على عطفيه وشيا معيّنا

In carmine in al-Qalāyid (MS. A. I. p. 88) lego: وروض كساه الطلّ وشيا مجدّدا In carmine quod exstat in 'Ibn-Bassāmi ad-Dacīrâ (MS. Goth. 266 fol. 211 r.):

(Quum igitur venisset) bibendum ei praebuit pocillator salutavitque eum, et retexit ei familiaris doctorum Consessus (puellae instar) admirandam suam faciem. Tunc 'al-Mo'ta-midum laudavit, et magnam arborem (regem), huius gratae conditionis genitricem, canendo extulit; rex vero praestans reputavit quod recitaverat carmen, et effudit supra eum sua beneficia. Abiit igitur manibus plenis, dum ipsum omnino texerat 77 regis liberalitas et munificentia. Postquam autem domi substiterat, venit ad eum regis nuntius cum ampullâ 78 et poculo ex crystallo 79 confectis impletis vino mero, cumque iis sequentes versûs:

Venit 80 ad te nocte, indutum vestibus diei, quae proficiscuntur ab ipsius splendore et a veste flavâ 81, ex crystallo confectâ.

(Sunt) ut Iupiter qui undique circumdatus est Marte suo, dum ipsum circumdat in aquâ pruna ardens ignis;

(البسيط) قُمْ فاسقنى والرياض لابسة   وَشْيًا من النور حاكه القَطْر

In 'al-Jaʻîmâ (MS. 502 p. 57) sermo est de وَشْىُ الروض مختلف الرقوم Vide quoque 'aṯ-Ṯaʻâlibii *Facetiarum librum*, ed. Cool, p. ١٣ n°. ٦٨. De aliâ vocis وشى significatione egi in *Dict. dét. des noms des vêt. chez les Arabes.*

76) I. e. hoc magnificum conclave non Fortunae vicibus erat subiectum, sed ipsum Fortunae leges dabat.

77) Verbum غمر eodem sensu (*texit beneficiis*) occurrit in de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. ٣٠, et apud 'Ibn-Baṭûṭam (*Itinerar.* MS. Cl. de Gayangos fol. 275 r.): غمرنى من الاحسان مولانا — ما اعجزنى شكره ✿

78) Iam in Hoogvlieti *Spec.* (p. 54 vs. 2) legitur قَدليع خمر, at minime hoc intellexit editor, ut patet ex ineptâ annotatione quam ad hunc locum conscripsit (p. 88 ann. 129); sententiam seq. carminis minime quoque cepit. Voc. vero قدليع exprimit quod nos dicimus *une carafe* (Hisp. *garrafa*). Apud 'an-Nowairium (*Histor. Aegypt.* MS. 2 *k* (2) p. 154) lego: ومن الالات مثل — القدور والقداع, ubi de integritate lectionis dubium esse non potest, nam Cod. B. prorsus idem offert. Iam istud قُدُعٌ (sic enim pronuntiandum) est plur. nostri قدليع (cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 360 §. 843 n°. 1). Quum igitur ex hoc 'an-Nowairii loco pateat, قدليع ad *vasa* pertinere, ex loco deinde, ab Hoogvlieto edito et nostro, illum vinum continere, et insuper ex nostro, ex crystallo esse confectum, significatio vocis, exprimentis *une carafe*, nihil amplius potest esse dubia.

79) In Lex. quidem nomen relativum بَلّارى, non vero subst. بُلّار est annotatum. Vocalis ḍamma in tribus 'Ibn-Câqânis est Cdd., et sic quoque scribit Pedro de Alcala (*Vocabulario Español-Arabigo*): » cristal piedra preciosa بُلّار, بُلّارة."

80) Femininum in جاءتك et نورها spectat ad subintellectum substantivum خَمْر, quod plerumque feminini est generis. Saepissime Arabum poëtae hoc subst. non exprimunt, et feminina tantum verbi vel pronominis forma indicat de hoc esse cogitandum; cf. Cl. Juynboll in *Orient.* I. p. 275.

81) Cf. meum *Dictionn. détaillé des noms des vêtements chez les Arabes* in voce غلالة.

Sensim sensimque frigidi fiunt hic et ille, et societate iunguntur, hoste hosti non amplius obviam facto cum disputatione de gloriâ.

Obstupescunt qui utrumque describere conantur, (nesciuntque) utrum dicant esse claritatem aquae, an vero claritatem fulgentium stellarum [82].

Narravit mihi ʾIbn-ʾIqbālo ʾ*d*-daula ʾibn-Mogāhid [83], se fuisse apud ʾal-Moʿtamid*um* die

82) De hoc carmine Scholiasta Gothanus tantum haec annotavit: المشترى والمريخ نجمان من الخنس. Hoc scimus, Iovem nempe et Martem esse planetas, sed hoc non sufficit ad ʾal-Moʿtamidi carmen explicandum, ex quo ipso satis patet, non de quâdam re ad astronomiam pertinente sermonem esse, sed de re *chemicâ*. Antiqui autem Alchimistae Europaei unicuique metallo planetae nomen tribuebant, ita ut *stannum* vocarent *Iovem*, *ferrum* autem *Martem* et sic reliqua (vide Paracelsi librum *Archidoxis magicae* L. VII in Paracelsi *Operibus* Genevae 1658 Vol. II. p. 716 col. 1). Hoc, ut plura alia, Europaeos ab Arabibus accepisse, patet ex opere de Alchimiâ agente (MS. 118 Vol. I. p. 16) ubi haec: وبالله المستعان ان القوم قد قسموا الاجساد الذائبة المعدنيّة على الكواكب السبعة فجعلوا الاسرب لزحل والانك للمشترى والحديد الشمس والنحاس للزهرة والخارسينى للعطارد والفضة للقمر. Collato Paracelsi loco quem supra citavi, et alio in hoc Codice loco (MS. p. 6) ubi haec: ويطلق اسم المريخ على الحديد من جملة الاجساد الذائبة, nequaquam dubium esse potest, quin verba والحديد sqq. sic emendanda sint: والحديد للمريخ والذهب للشمس والنحاس الخ. Singula vero metalla singulorum *hostes* dicebantur; sic v. c. ait Paracelsus (*De Naturâ rerum* in *Operum* Vol. II. p. 89 col. 2; universus hic locus conferatur): » Post haec » sciendum est etiam quod metalla inter se inimicitias exerceant, et se invicem oderint ex ingenitâ » naturâ, ut videtis in ♄ [Saturno i. e. *plumbo*], qui Solis [i. e. *auri*] summus hostis est, ex con» genitâ naturâ" caet. Hinc explicandum est istud ضدّ *hostis* nostro in carmine. Istud ماء *aqua* acidum quoddam indicare debet quod metalla solvere possit; talia autem acida antiquis Alchimistis minime erant incognita. *Pruna ignis* intelligenda est, credo, de igne cui cacabus (تنور dicunt Arabes; *atanor* Raimundi Lullii, Arabum discipuli; *atanar* Paracelsi) imponitur, metalla miscenda continens. Singulis itaque explicatis, restat ut de universâ comparatione videamus. Tertium comparationis, ut dicitur, in splendore esse situm, iam ex primo et ultimo carminis versu effici potest. Totum itaque carmen sic interpretor: Venit ad te vinum (*flavum*; cf. supra p. 44 vs. 6) nocte, indutum tamen vestibus lucidis, quae nempe oriuntur ex ipsius splendore et ex crystallo lucente quod flavum videtur, quia vini assumsit colorem. Hic splendor cum eo comparari potest, quem videmus quum stannum et ferrum in acido ignis calore solvimus; ambo metalla tunc inter se coniuncta videntur: in acido evanuerunt, non amplius inter se dimicant, et victa est a coniunctione aversio, quae antea iis inerat. Obstupescunt qui utrumque metallum in hoc acido evanuisse cernunt; utrumque metallum solutum describere non possunt, et nesciunt quânam cum rè huius solutionis claritatem comparent. — Hanc meam interpretationem veram esse, arguit quoque *color* istius solutionis, qui flavus est, et qui itaque optime comparari potest cum *flavo* vino.

83) Hic erat ex ʿAmiri*darum* familiâ, regum Deniae et insularum orientalium, الجزائر الشرقية, ut dicun

quodam, quo expansum erat pallium humidum quod proficiscebatur ex eius nube [84], et effusa erat [85] ex eius pluviâ aqua rosacea; quum micabat ex eius fulmine lingua ignis, et conspicui erant ex eius arcu coelesti fructûs myrti, qui circumdabantur narcissis et p. 41.
floribus mali punicae [86]; hortus vero emittebat odorem suavem et divulgabat gratiarum actiones propter id quo rigabatur. Tunc scripsit ad medicum, virum elegantiori doctrinâ instructum, Abû-Moḥammed ʻal-Miçrî [87]:

O amice, quo absente oculus et animus gaudere nolunt (vini) splendore et (puellarum) blanditiis,

Nos sumus in conclavi, vinum et locum ex quo auditur (cantus), praebente: poculum [88] et cantum.

Vicissim sumimus illud quod [89] oblivisci facit cupidinis femineae et amoris ostentationis, ortum ducentium ex teneritate (cordis) [90] et voluptate.

Arabes, id est Maioricae, Minoricae et Ebusi. Avus eius Mogâhid ʻal-Âmirî (mortuus a. Ar. 436) ex historiâ satis est cognitus. Huic successit filius Ali, cognominatus Iqbâlo-'d-daula (cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 115), qui successorem habuit filium Abû Âmirum (vide *ibid.* p. 114), cui regnum est ereptum. *Huius* igitur *fratrem* hic ab Ibn-Câqâne spectari puto.

84) I. e. *liberalitate.* In toto hocce loco rex liberalis, ex more Arabum, comparatur cum coelo, tempestate perturbato, et gratam pluviam dimittente; aulici, beneficia accipientes, comparantur cum horto, qui pluviâ rigatur.

85) Forma 4ª verbi سكب ex hoc loco Lexico addatur.

86) Indicantur hic iridis varii, adverso sole, colores. — Ex Lexico efficeres, جلنار significare *unum florem mali punicae;* habet autem collectivam significationem, et nomen unitatis جلنارة deinde in capite ex *ʻal-Carîdâ* edendo (MS. Paris. fol. 148 r.) sese offeret.

87) Exstat etiam in *ʻal-Carîdâ* (MS. Paris. fol. 145 v.) carmen hic versum, sed valde corruptum. — De ابو محمد الحبيب المصرى brevissimum quidem caput exstat in *Aḥbâro 'l-molûk* (MS. 639 p. 258), ibique, praemisso: وهو القائل فى ابى بكر بن احمد duo eius versûs citantur, sed praeter hoc nihil de eo traditur.

88) In versu carminis Ibn-Ammâri (*ʻal-Qalâyid* MS. A. I. p. 86), qui statim excipit illum quem citavi supra p. 86 in ann. (71), lego:

أُعَلِّل نفسى بالمكارم والعلى ‎ ‎ ‎ وادنى وكفّى بالغناء والغنا

Auris igitur cantum audiebat, et manus tenebat . . . . an *poculum?* Hoc enim voc. غُنًى significare, ex hoc loco efficeres. Si igitur reverâ hunc sensum habet, parallelismus qui in hoc carmine conspicitur, suadet, ut راحة habeamus pro nom. unit. substantivi راح, *vinum*, quam opinionem etiam confirmare videtur ultimus huius carminis versus, ad quem vide annotationem nostram.

89) Auctore dicente نتعاطى التى تنسى, subintelligere potes, sive الخمر *vinum* (cf. supra p. 87 ann. 80), sive الكاس *poculum*, quod quoque femin. est generis.

Veni igitur ad illud (conclave), ut invenias vinum et faciem, quae tibi paraverunt pluviam [91] et blanditias.

Tunc venit ad illum, et invenit conclave, cuius miranda iumenta [92] protenderant colla sua, et in quo stiterant equi Laetitiae cursum suum; concesserant ei Res Optatae ut obsequentes obedientesque essent; eius diei dederat Mundus nundinas suas solennes diesque festos; donaverat ei Sol radios, tamquam vestem honoris causâ datam, et expanderant in eo Horti maturos suos flores [93]. Tunc in orbem acta sunt [94] (pocula) vini, et vicissim sumti sunt cyathi; turbavit animos hilaritas et laetitia, et tam humaniter egit al-Moʿtamidus, ut convivarum animi teneri redderentur. Deinde afferri iussit magnum

---

90) Simplex رقّة hic idem exprimit quod رقّة القلوب in Koseg. *Chrest. Arab.* p. 47. Cf. *Acbāro 'l-molūk* (MS. 639 p. 130): ومن مُلَحِهِ ورِقّة غَنٍّ (l. عَنّ) له قوله.

91) Vocab. حَيًا hic *pluviam* verti, quia *hoc sensu* deinde occurrit in al-Moʿtamidi (supra text. p. 63 vs. 5), et in 'Ibno-'l-Labbānae carmine (supra text. p. 70 vs. 7 a f.). Spectare debet ad راحة, nam حِياء (Infin. 3ae formae) spectat ad محيا. Iam si راحة hic *commodam quietem* vertimus, nescio quomodo haec *pluviam* praebere posset; sed si, ut ego feci, *vinum* intelligimus, sententia oritur *large vinum potabis, ita ut videaris copiosâ pluviâ irrigari.* — Dicens *faciem* poëta *pulchram puellam* intelligit, *convivis cantantem.*

92) Quum neque sub ابريق, neque sub ابرق, Lexica huic loco aptam significationem offerant, quumque praeterea verba اتلعت اجيادها et sq. خيل السرور iam suspicari faciant, hic quoque de iumentis sermonem esse debere, nullus dubito, quin أباريقُ (vel أبارِقُ ex Cod. B.) sit plur. vocis بُراق, quo indicatur iumentum illud, quo Propheta adscensionis nocte (ليلة المعراج) usus est. Huius iumenti nomen بُراق, 'Ibn-Ćāqān pro quadrilitero habuit, et sic ex normâ pluralem formavit. — Sententia vero loci est: in illo conclavi res mirandae aderant, iumento illi Prophetae similes, et laetitia, quae caeteroquin cito nos relinquere solet, equorum cursum celeritate aequans, ibi erat stabilis.

93) أَيْنَعْ videtur plur. a يانِعْ; cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 364 sq. §. 853. n°. 3. Observandum praeterea يانع, non tantum significare *maturum*, sed etiam *florem maturum* i. e. cuius calyx iam fissus est. In elegiâ 'Ibno-'l-Labbānae, (supra in textu p. 60 vs. 2) hoc sensu forma يانعة occurrit.

94) Haec signif. 4ae formae verbi دار Lex. add. Est frequentissima apud 'Ibn-Ćāqānem, et hinc الساقى المُدير *pincerna qui pocula in orbem agit* (al-Qalāyid, MS. A. I. p. 158 et alibi).

95) Vocab. كبير (*magnus*) exprimit *magnum poculum*. Cf. supra text. p. 46 vs. 1, et an-Nowairii *Hist. Hisp.* (MS. 2 *h.* p. 479): شُهِدَ عليه باشياء لا تصدر عن مسلم منها انه سمع المُؤذّن يقول

poculum 95, idque exhausit, ut sol occidit in (monte) Ṭabîr 96. Illo potante 97, surrexit ·al-Miçrî, recitans versûs, quos partim ab alio poëtâ desumserat 98:

حَيَّ على الصلاة فقال لو قيل حيّ على الكبير لكان خيرا له وكثير من هذا القول وما يناسبه. Cf. Walter Scott *The Antiquary* (chapter 2): »an immense double quart bottle, or »*magnum*, as it is called in Scotland." Cf. quoque infra annotationem.

96) I. e. *exhausit poculum celeriter.* At quomodo, rogabis, haec verba hoc exprimere possunt? Respondeo: Ṭabîr est nomen montis, ad septentrionem vallis, in peregrinatione celebratae et Minā dictae (v. Burckhardt *Travels in Arabia* II. p. 65, qui minus recte scribit *Thebeyr* et *Muna*). Per se igitur iam probabile est, hic ritum quendam qui ad peregrinationem sacram pertineat, spectari. Quum autem peregrinatores in monte 'Arafât, ad orientem vallis Minā sito (vide Berghausii tabulam geographicam), congregati sunt, nono mensis Dû-'l-ḥiggae die, »sole occidente in montibus ad »occidentem sitis" (verto verba Burckhardti l. l. p. 53), currere incipiunt quam citissime possint, ut preces in aliâ valle, nempe ·al-Mozdalifâ, inter 'Arafâtum et Minām sitâ, antequam sol plane occiderit, peragere possint. De celeritate huius cursûs longi sunt Burckhardtus (l. l. p. 53—55) et Ali Bey (*Travels* II. p. 70); de quo cursu non dubito, quin auctor noster h. l. cogitaverit, ita ut loci sententia sit haec: *tam cito illud poculum exhausit, ut maior celeritas, quam ille in bibendo ostendit, in peregrinatoribus non cernatur, qui omnes intendunt vires, sole in monte Ṭabîr occidente, ut cito ex monte 'Arafât ad vallem ·al-Mozdalifam perveniant.* — Meam deinde interpretationem esse veram, efficio quoque ex proverbio, sine dubio antiquo et ab ·al-Maidânio servato. Est hoc: أَشْرِقْ ثبير كيما نُغير (in ·al-Meidânii *Proverbiis*, ed. Freytag, I. p. 661). Ex adiectis scholiis, bene consideratis, patet, Arabibus ante Moḥammedem fuisse morem ut, peregrinationem sacram perficientes, non, uti nunc, montem 'Arafât relinquerent occidente, sed *oriente* sole, et sententia proverbii est: *solem orientem nobis monstra, o Ṭabîr! ut* (ex monte 'Arafât) *in depressum locum* (vallem ·al-Mozdalifa) *veniamus.* Hoc igitur proverbium Ibn-Çaqânî non erat ignotum, illudque hic ante oculos habuit, at, auctore Prophetâ, veteribus sacrae peregrinationis ritibus ex parte mutatis, scriptor noster etiam proverbium ante-islâm*iticum* mutavit, et non de sole in monte Ṭabîr *oriente* (ut est in vetere proverbio), sed *occidente* loquitur. — His iam diu scriptis, vidi mecum facere Scholiastam Gothanum, idem proverbium, in الجاهلية usitatum, citantem.

97) 6ª forma verbi نال Golii auctoritate in Lex. Freyt. est annotata; formam reverâ illam potestatem quam vertendo expressi, habere, probant loci in de Sacy *Chrest. Arab.* I. 462; II. ٩١.

98) Forma 5ª verbi مثل saepius exprimit vel *totum carmen desumsit ab alio poëtâ, et in re praesenti, paucis mutatis, adhibuit* (cf. Koseg. *Chrest. Arab.* p. 61, ubi, perpaucis mutatis, addito verbo تَمَثَّلَ, leguntur versûs qui, uti ab ipso poëtâ sunt profecti, exstant partim apud Quatremère ad ·al-Meidânii *Proverbium* 6um et alibi); vel, ut nostro in loco, *carmine quodam antiquioris poëtae tamquam themate*, ut dicimus, *usus est, eique sua adiecit.* Primum scil. hemistichium: اشرب هنيا عليك التاج مرتفقا est ex carmine poëtae antiquissimi, 'Omaija ·ibn-abî-ç-Çalt, qui illud compo-

Bibe quod tibi sit salutiferum, o tu, qui coronam geris! innixus palatio Šādo Mahriḡ 99; et relinque Gomdān*am* Jeman*ae*.

Tu enim dignior es qui geras regni coronam quam Hauḏa ·ibn-ʾAlī 100 et ʾIbn-ḏī-Jezen.

Tunc gaudio commotus est rex, ita ut proreperet a loco ubi sedebat 101, et modum excederet 102 in familiari suâ agendi ratione; ·al-Miçrī*um* vestiri iussit vestibus, honoris causâ datis, talibus, quae non nisi Califi*s* conveniunt, eumque sibi proximum reddidit, donec eum sedere iuberet in triclinio ipsius parium; iussit ei dari magnum dīnār*orum* numerum, et implevit ei donis manum.

(*Quae sequuntur edidit et vertit Cl. Weijers in* Spec. p. 48, 49; p. 172—176, *quapropter hīc ea omittenda censui*).

---

fuerat in honorem Saifi ·ibn-ḏī-Jezen, postquam hic Habessinos, ope Persarum, Jeman*â* expulerat; et poëta illud recitavit in convivio splendidissimo in arce Gomdān, ʾIbn-ḏī-Jezeni sede. Exstat apud Schultens *Histor. Joctanid.* p. 14.

99) Šādo Mahriḡ mihi videtur pagus, in quo erat ·al-Moʿtamidī palatium. Magnam videtur nactus celebritatem, nam in ·*al-Qalāyid* (MS. A. II. p. 162; MS. B. fol. 99 v.; MS. Ga. fol. 137 v.) haec lego: فحملنا الى احدى ضياعه بقرب من حضرة غرناطة فحللنا قرية على ضفة نهر، احسن من شاذ مهر" تشقها جداول كالصلال، ولا ترمقها الشمس من تكاثف الظلال" . Quod ad nomen ipsum attinet, B. in hoc loco scribit شاذ مَهْر, in nostro شاد مَهْر, et sic in editione excudi curavi; Ga. in l. cit. شاذ مُهْر, in nostro شاذ مَهْر; A. in l. cit. ساد مُهْر, in nostro ساد مهر. G. in nostro loco offert شاد مهر ut editum est. Scholiasta in margine dicit, esse قصر للمعتمد.

100) Hauḏa ·ibn-ʾAlī الحنفى fuit rex Jemāmae et aequalis Prophetae, ut patet ex loco, edito ab Hamakero in notis ad *Fotūḥo Miçr* p. 25. Scholiasta Goth.: هوذة بن على هو ذى التاج من بنى حنيفة مَلَّكَهُ عليهم كسرى ✿

101) مجلس hic non *conclave*, sed *ipsum triclinii locum*, *ubi ·al-Moʿtamidus accumbebat intelligo*. Verbum زحف verti *prorepsit*, et credo cogitandum esse de rege, vino gravato et titubante, ·al-Miçrium petente, ut eum amplecteretur. ʾAl-Marrakišī*us* (*Hist. Hisp.* MS. 546 p. 121) dicit de ʾIbn-ʿAmmāro in carcerem coniecto: فجعل يزحف وقيوده تثقله *incepit prorepere, vinculis ipsum gravantibus.*

102) Haec 4ae formae verbi سرف signif. Lex. est addenda. Cf. ·al-Qorān V. 36; ·al-Bocārī (·*as-Saḥīḥ* MS. 356 fol. 166 r.): قال النبى — كلوا واشربوا والبسوا وتصدقوا فى غير اسراف; de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ١٧٣; II. p. ٧٥. — Suspicor auctorem velle: talia fecit quae dedecebant: ·al-Miçrium amplexus et osculatus est.

[103] Panxit quoque carmen in iuvenem quem viderat die Veneris [104], adscendentem belli p. 42.
montes, horum acclivitate relictâ [105], colla heroum percutientem, sanguinem sorbentem, et illi qui pocula mortis amarum potum putabat, ea ipsa facile leniterque per gulam demittentem; fuerat hic ut dorcas, quae cubile suum reliquerat, et mutata erat [106] in leonem, commutaveratque arbores inter se perplexas cum hastis. Crassum pulverem laceraverat lux, quam a se diffundebat [107], et corda loricis indutorum transfixerant huius pupillae. Tunc dixit:

Vidi equum tuum, nobili stirpe oriundum [108], rixantibus inter se hastis, et tunc est visum oculo meo, illum esse orbem coelestem.

---

103) Descripsit hunc locum, cum duobus sqq. carminibus, 'Imâdo-'d-dîn in *al-Carîdâ*. In Codice Paris. huius operis (fol. 152 r. et v.) innumera hic sunt menda.

104) Auctor quum hic et infra (vide textum p. 49 vs. 3) *diem Veneris* (يوم العروبة) dicit, illam diem Veneris spectat, quâ pugna az-Zalâqae commissa est. Cf. infra locum ex *al-Carîdâ* desumtum, MS. Paris. fol. 144 r.

105) Id est: *omnes in bello vires intendentem.* Bellum cum monte comparatur, qui habet tum *acclivitatem* (ثنيّة) tum *verticem*; et dicit auctor, hunc iuvenem non in montis acclivitate remansisse, sed in ipso fuisse vertice. Cf. locum 'Ibn-Bassâmi (apud 'Ibno-'l-Câtibum, MS. fol. 43 r.), nostri auctoris aequalis: وتصرّف فى محاسن الكلام، تصرّف الرياح بالغمام " طلع من ثناياه ' واقتعد مطاياه, ubi طلع من ثناياه exprimit: *non in acclivitate montis elegantis orationis remanebat, sed in ipso vertice erat*, i. e. non erat mediocris, sed summus. Alibi (MS. Goth. 266 fol. 99 r.) de viro, qui summo studio arti suae incubuerat, dicit idem auctor: حتى تدرّج فى مدارجها ' وخرج على جميع مناهجها " واطّلع من ثناياها ' واشرف على خباياها ". Saepe 'Ibn-Caqân etiam alia cum monte comparat, acclivitatem habente. In Hoogvlieti *Spec.* (p. 47 vs. 2 a f.), dicit de duobus al-Mo'tawakkili filiis: " فتقدّما للحمام ' وطلعا من ثنيّته بدرَى تمام. *Ante patrem mortem subierunt, et huius* (mortis) *acclivitate relictâ, orti sunt ut duae lunae plenae* i. e. altius etiam adscenderunt, et mortui lunis plenis similes visi sunt. (Locum non intellexit editor (p. 62), pronomen ه in ثنيّته ad al-Mo'tawakkilum spectare putans, quum ad الحمام pertineat; non enim, quantum scio, ثنيّة *personis*, sed tantum *rebus* (ut quoque in *al-Qalâyid*, MS. A. II. p. 51: طلّاع ثنايا الصبوة) adscribitur).

106) De hac verbi عاد signif. cf. supra p. 78 ann. (32).

107) Densae hostium cohortes hic cum crasso pulvere comparantur, quem solis radii (i. e. hic iuvenis) tamen penetrant.

108) Pronuntians طِرْفك, non طَرْفك (quod est in B.) secutus sum Codicem Ga., et sic demum bonus

Nonne supra illum facies tua est luna, cuius clarâ luce clara redditur nigrities valde obscura [109]?

Dixit de eodem:

Et postquam irrueras in bellum, loricâ indutus, et galeâ ex annulis ferreis confectâ indueras faciem tuam,

Putabamus faciem tuam esse solem illustri iam die, quam tegunt nubes ambari [110].

Profectus est ad ·al-Moʿtamid*um* Wezîr*us* Abū-'l-Açbag ·ibn-Arqam [111], legatus ·al-Moʿtaçim*i* [112], comitantibus Wezîr*o* Abū-'Obaid ·al-Becrî [113] et Qâçi*o* Abū-Becr ·ibn-Çā-

---

oritur sensus. Vocabulo طِرْف eodem sensu ·al-Moʿtamid*us* infra (vide textum p. 67 vs. 1) utitur, et idem lusus verborum, qui hic exstat inter طِرْف (*equum*) et طَرْف (*oculum*) etiam reperitur in carmine, quod ex ·al-Maqqari*i* opere desumtum edidit Grangeret de la Grange (*Anthol. Arab.* p. 185): أَبَرْقٌ فاتَ طَرْفى ام شهاب البيت (الوافر).

109) In hoc carmine equus niger cum orbe coelesti, tempore noctis, ipse vero iuvenis cum lunâ comparatur.

110) Id est: *nigrae*; cf. Cl. Quatremère *Histoire des Mongols* p. 396; *Histoire des sultans mamlouks* I. part. 2. p. 133. — مِغْفَر autem, ni fallor, id exprimit quod nos vocamus *une visière de mailles.* Dicit igitur poëta: sicut nubes nigrae tegunt solem, sic galea nigra, ex annulis confecta, texit faciem tuam, soli similem.

111) De hoc viro peculiari capite quidem non egit 'Ibn-Câqān, at scripsit vitam huius filii (MS. A. I. p. 240—245; hoc caput desiderari in B. et Gothano, iam notavit Cl. Weijers in *Orient.* I. p. 418 n°. 12, ann. *a*; desideratur quoque in Ga.), in cuius initio haec, laudans filium, refert de patre: فريد وقته وابن فريده، وعميد الكلام وابن عميده" وكان ابوه الوزير الكاتب ابو الاصبغ قد أبرّ على اهل اوانه، واستقرّ كتابةَ زمانه. (De postremis verbis cf. supra p. 7 med.). Peculiare caput de Abū-'l-Açbag ·ibn-Arqam exstat in 'Ibn-Bassâmi ·ad-*Daçîra* (MS. Goth. fol. 198 v. — 210 v.), in quo epistolae descriptae sunt quas nomine Deniae regis 'Iqbâlo-'*d*-daula 'Alî ·ibn-Mogâhid ad varios scripsit.

112) Regis Almeriae.

113) De hoc viro egit 'Ibn-Câqān (·*al-Qalâyid* MS. A. II. p. 141—144; MS. B. fol. 96 v. — 97 r.; MS. Ga. fol. 120 r. — 121 r.). Ex more viri laudes magnificis effert verbis; minime tamen reticet his ebrietatis vitium continuum haud parum ademisse. Deinde nonnulla ex eius carminibus, et epistolis, prosâ ornatiori conscriptis, afferuntur specimina: in quibus postremis est una, in quâ 'Ibn-Zaidûno, propter Wezîr*atum*, in hunc collatum, gratulatur. In Codice A. est inter ea, quibus caeteri Codices carent, pars carminis, compositi quum ·al-Moʿtamid*us* mare traiiceret ad auxilium Jûsofi ·ibn-Tâšifîn implorandum.

hibi 'l-ahbâsi [114]. Quum prope urbem, regis sedem, esset, et in huius propinquitate noctem transigeret, proponens sibi [115] eam intrare diluculo crastini diei, aut haud multum post: in animo habens, ut magnificis illius diei festis spectator adesset [116], cito regem hac de re certiorem fecit, scripto ad eum, ut mos est viris excellentibus, carmine, ex quo sequentes sunt versûs:

O rex [117], quem Arabes et Barbari honorant, et qui solus es vir unicus in cuius vestibus omnes congregati sunt populi [118]!

Nos venimus ad te, tractibus terrae tenebris obductis; lunae [119] vero est spes in confusis [120] tenebris:

---

114) Huic viro dedicavit Abû-'l-Açbag ·ibn-Arqam libellum quem anticriticum diceremus, et ex quo sat longa fragmenta nobis servavit 'Ibn-Bassâm. Alibi, spero erit opportunitas, ut hoc philologiae et artis criticae Arabum Hispanorum specimen, quod accuratiori consideratione est dignissimum, publici faciam iuris. Quod ad huius viri patris nomen attinet, credo verba صاحب الاحباس in Hispaniâ idem significasse quod in Oriente dicebatur ناظر الاحباس (vide v. c. Quatremère *Hist. des sult. maml.* II. part. I. p. 67) nempe *curatorem* vel *inspectorem eorum quae dicata erant in pios usûs.*

115) Forma 8ª verbi عقد saepius *sibi proposuit* rem, c. acc. r., exprimit. Cf. supra textum p. 58 vs. 2, et locum 'Ibno-'l-Labbânae deinde edendo: قال — انّ طائفة من اصحاب المعتمد خامرت عليه فأُعلِم باعتقادها، وكُشِف له عن مرادها«

116) In textu hic nominantur duo maxima Moslimorum festa, scil. عيد الفطر (tribus prioribus mensis Šawwâl diebus), quod quoque العيد الصغير vocatur, et يوم الاضحا (decimo mensis Dû-'l-higgae die), quod quoque العيد الكبير dicitur. Haec festa a Mohammedanis maximo celebrantur splendore (vide v. c. Lane *Modern Egyptians* II. p. 266 sqq. et 279 sq.) His igitur festis splendidissimis auctor noster ea comparat, quae propter adventum legatorum Hispali celebratum iri, dubium non erat.

117) يا ملكًا in accus. quia rex non praesens erat; cf. de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 89 vs. 4 a f. Sic supra in textu p. 53 vs. 3 a f. est يا فارسًا quia فارس non praesens erat. Eadem observatio valet de ·al-Mo'tamidi carminibus, infra ex ·*al-Caridâ* (MS. Paris. fol. 147 r. et v.) edendis.

118) Antea verteram: *et vir unice in cuius praesidio sunt populi!* Sed Scholiasta Goth. haec annotavit: وواحدا وهو فى اثوابه امم من قول ابى نواس:

وليس لله بمستنكر ان يجمع الله فى واحد

Versus quod ad metrum attinet est corruptus, sed si hunc imitatus est poëta, patet sententiam esse: *tu solus es vir, et reliqui homines tantum tibi sunt vestes, tui causâ existunt; neque viri dici merentur.*

119) Ipsum ·al-Mo'tamidum hic designat poëta.

120) In textu ex coniecturâ edidi التخين; hanc lectionem offert etiam Scholiasta Gothanus; in textu

Tunc ad eos scripsit hos versûs:

Bene sit vobis! Utinam sociae vobis sint ad nos pluviae continuae et tranquillae [121]! Si veneritis, non (tantum) vestra in meo somnio imago [122] gaudium afferet.

Incitate iumenta, licet sit nox in deserto viae signis carente [123]; nequaquam enim errabitis, nam vobis oritur viae signum ex laeto quod affertis nuntio.

p. 43. Profecto vos estis ex hominibus, quorum calamus, si scribunt, praestantia profert, et quorum os, si loquuntur, attingit (ut scopum) rectum et verum in sermone.

Nihil est impediti quando scribunt libros; nulla haesitatio quando sedent in hominum concessu [124]; nulla iniustitia quando ius dicunt.

Advenias, Abû-'l-Açbag dilectissime! inveniasque iuvenem, facilem et humanum in amicitiâ, qui vituperari non potest propter fastidium.

Hocce meum cor in aërem rapit gaudium, si te transfert camelus, celeri gressu incedens [125].

---

vero Codicis G. legitur التحجن; Scholion autem est hocce: واتحجن القلم اختلطت يوجد بالحيم والخا المعجمة اخ. Etiam in *al-Qâmûso* (ed. Calc. p. 333) 8ª forma verbi لبخ explicatur اختلط, et 8ª forma verbi لبج in eodem libro (p. 254) similiter اختلط explicatur. Perinde itaque est, utrum legas التخخن an التحجن, modo ne vitiosa lectio Codd. B. et Ga. التحكن offerentium, admittatur.

121) Id est: omnes res laetae. Frequens imago.

122) Voc. حلم (quocum بكم coniungendum) hic idem exprimit quod alioquin dicitur خيال, nempe amatorum vel amicorum imaginem, »quam," ut magni Reiskii verbis utar (*Tharaphae Moallakah* p. 44) »faciunt" Arabum poëtae »nec somniantibus revera, nec vigilantibus, sed intermedio quo»dam torpore languentibus apparere, remotissima spatia emensam." — 5ª verbi بحج forma (quâcum لى coniungendum) hic significat *gaudium attulit*, quod Lex est addendum.

123) Voc. مَجْهَلَة hic sine dubio i. q. مَجْهَل significat, quod Lex. add. — Eodem sensu مجهلة accipit Schol. Goth.; in margine enim Cod. G., praeter vocales, sequentia leguntur: ومجهلة كمَرْحَلة اراد بها ارض (ارضا l.) لا اعلام بها ه

124) Ne quâ dubia sit lectio ينتدون, quam ex solo Ga. admisi, et quam nunc probat etiam Cod. G., cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 26, ubi منتدى significat *doctorum concilium*, infra, in §. 3, *al-Qalayid* MS. p. 53, et *al-Matmah* (MS. fol. 80 r.): فعكف فيها (Almeriâ) ينشر درره فى ذلك المنتدى، ويرتشف ابدا ثغور ذلك الندا". Cum hac annotatione cf. quae infra annotabo ad textûs p. 53 vs. 2 a f.

125) Forma وَخَادَة Lex. add. — Adiect. رَسُوم in Lexico desideratur; occurrit etiam in alio al-Motamidi carmine, infra ex *al-Caridâ* (MS. Paris. fol. 150 r.) edendo, ubi de camelo dicitur رسم

Celabo hac nocte id cui obviam fio (quod patior) propter eos, qui a me sunt remoti,
at interrogabo de vobis auroram, quando subridet.

Narravit mihi Doèro-'*d*-daula, ·al-Mo'tamid*um* ipsum arcessivisse nocte quâdam, quam vestiverat plena luna formâ suâ pulchrâ, et in quâ accenderat suas luces. Rex vero erat prope piscinam [126] magnam, in quâ astra repercutiebantur [127], ita ut ipsam viridarium [128] putares; e regione piscinae erat via lactea, quae in eâ repercussa fluminis instar fluebat. Fragrabant odores ambari, et lente se movebant [129] latera [130] myrti. Invidebat vero lenis

---

السرى; hoc adiectivum coniunxi cum خدد; poëtis enim licet. subst. feminina mascul'ine construere (vide de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 498 n°. 907), et hic inprimis mirum hoc non est, vocabulo رُسَّم homoeoteleuton efficiente. — Scholiasta Goth. haec offert: والرسم التى تمشى الرسيم وهو سير الابل فكانه جَمْع راسمه (راسم .l) رسم البعير برسم المسرى بضمّ الراء حسن المنظر. Dicens itaque رسم esse ut plur. vocis راسم, pronuntiare videtur scholiasta رُسُمٌ; quâ vero auctoritate dicat رُسم significare *pulchrum adspectu*, nescio.

126) Voc. بُحَيْرة *piscinam* verti (cf. Cl. de Gayangos *Hist. of the Moh. Dyn. in Spain* I. p. 374 ann. (11)), quo sensu بَحْر occurrit apud ·an-Nowairî in loco, quem in sq. ann. describam.

127) Haec 7ae formae verbi عكس significatio Lex. est addenda; cf. ·an-Nowairî*i Hist. Hisp.* (MS. 2 *h.* p. 468): وصنع امامَ المجلس بَحْرًا أَمْلأه بالزيبق فكان النور ينعكس منه الى المجلس, et exempla allata a Schroedero (*de vestitu mulierum Hebraearum* p. 6).

128) Lexico addendum est, vocabulum زَهْر *viridarium* exprimere; vide Kosegart. *Chrest. Arab.* p. 75 vs. 8 et cf. ·*al-Qalâyid* MS. A. I. p. 183: أَمَا ترى زَهْرَ الرياض مفوّفا; ·*al-Matmaḥ* MS. fol. 81 r.: "وكان له ادبٌ واسع المدا٬ يانع كالزَهْرِ بَلَّلَهُ الندا", et mox in textu p. 43 vs. 2 a f. Ut autem noster locus intelligatur, tenendum est, apud Arabes, ut apud alios populos, inprimis autem Hispanos Christianos, flores cum stellis comparari. Ex 'Ibn-Câqâne habeas sequens exemplum (·*al-Matmaḥ* MS. fol. 81 v.): والروض قد خصّ بمثل انجم سمائه. In nostro autem loco stellae cum floribus comparantur. Idem obtinet in alio 'Ibn-Câqân*is* loco (·*al-Matmaḥ* fol. 75 r.), ubi haec leguntur: "وتَنَزَّهَ يومًا بحديقة من حدائق الحضرة قد اطَّرَدَ نهرُها٬ وتوقّد زَهْرُها", ubi itaque *hortum* significari vides, *cuius flumen celeri cursu fluebat, et cuius viridarium* (veluti coelum stellatum) *ardebat.* Comparat igitur auctor piscinam illam, in quâ stellae et via lactea repercutiebantur, cum viridario quod flumine rigatur.

129) Verbum ماس saepius de plantis usurpatur; vide de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ٧٩ vs. 1; p. ٧٨ vs. 3.

130) Lexico addendum, مَعاطِف i. q. أَعْطاف significare, nempe *latera*. Cf. Koseg. *Chrest. Arab.* p. 159; ·*al-Matmaḥ* (MS. fol. 59 v., vel ·*al-Qalâyid* MS. A. I. p. 154): والربيع قد نشر رداءه٬

aura horto, et ideo divulgabat huius arcana, et spargebat rumores de huius myrtis et buphtalmis silvestribus, ambulabatque superba inter ingulos florum horumque globos vestiarios [131]. Al-Moʿtamidus vero oculos humi defigebat, lachrymas effundentes; eius suspiria explicabant illum malo continuo affici, et obscure indistincteque loquebantur, quia id quod desiderabat plane erat *ἀδύνατον* [132]. Postquam Docro-'d-daulam conspexerat, eum ad se vocavit, eumque sibi proximum esse iussit, et questus est (amatae puellae) absentiam [133] verbis mirificis [134], eique recitavit:

O mi anime! ne tristis sis, sed constans! Si non sic te geris, affectus tibi exitium parabit.

Res amata te iniuriâ affecit, et cor baculo quasi te percussit, et dedecore te affecit dedecore afficiens et non iuste agens.

Sollicitudines prohibuerunt palpebras a somno, et huius in locum substituerunt [135] lachrymas, quae profunduntur et exhauriuntur.

Tunc se avertit, neque eum certiorem reddidit de eo quod ipsi acciderat, neque detexit ei causam ipsius animi angustiae.

Narravit quoque mihi, se apud ipsum intrasse in palatio, cui nomen 'al-Mozainīja,

---

وله ادب — رَطْب : *'al-Qalāyid* (MS. A. I. p. 257): ونثر على معاطف الغصون انداءه" المعاطف ✿

131) Flores hic cum hominibus comparantur, quibus sunt *inguli*, (in floribus *thyrsi*), et in veste *globi vestiarii* (in floribus *calyces*). Calyces cum globis vestiariis comparari minime esse absurdum, docent linguae Romanenses, in quibus eaedem res eodem indicantur vocabulo.

132) Verbum تَعَذَّرَ hic *plane ἀδύνατος facta est* res vertendum est; cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 103 ann. 141; p. 44 vs. 8. Haec autem significatio saepius obtinet, e. g. in sq. 'an-Nowairii loco (*Histor. Aegypt.* MS. 2 o. fol. 114 r.): ولقد عزم على بيع ما يحصل من ذلك وقسمته فتعذّر ذلك واستمرّ البيع فى الاسرى وبعض الاسلاب والدوابّ ستة اشهر متوالية ولم يكمل قال وبعضها باقٍ الى الآن وضجر الناس (i. e. *taedium est* eos, ut saepius) وملّوا عن كثرة البيع. — Sententia vero nostri loci est: suspirans indistincta verba protulit, quia sciebat se voti compotem fieri non posse.

133) Ut sic الهجران vertamus, suadet tum solennis verbi هجر potestas, quâ exprimit *separatus* vel *absens fuit* ab amasiâ (cf. complura 'al-Moʿtamidi carmina), tum sequentes versûs.

134) Verba ما استغربه proprie exprimunt: *id quod mirifice loquebatur;* hac enim significatione, Lexico addendâ, 10ª verbi غرب forma saepe apud 'Ibn-Cāqānem occurrit.

135) Secundam verbi عاض formam cum duplici accus. construi, ex hoc loco Lex. add.

dum viridarium [136] invidebat luci eius conclavis, et uniones similes erant apto ordini, quo urbanitatem exercebat; iam repetitis vicibus expresserant [137] aves moerorem [138], et praestanti modo expresserant laetitiam et lusum; rami iam operti erant tenui suo serico; flores vitam dabant suavi quem emittebant odore [139], et in his lenis aura habitabat, ita p. 44. ut ipsi hanc ponerent inter palpebras suas, eique committerent secretum amorem, quo Martius et Aprilis ipsos prosequebantur. Ante ipsum (ʿal-Moʿtamid*um*) erat unus ex ipsius pedissequis [140], qui, rami instar, inflexo inclinatoque corpore incedebat, gerens poculum in volâ manûs, quae magis splendebat quam (stella, cui nomen) ʿal-caffo 'l-câçib; cinctus erat balteo, Pleiadum stellis simili [141], et ipse lucebat, ita ut ab eius facie aurora splendorem suum petere videretur. Postquam regi poculum dederat, huius animum turbavit vini vis, et putabat solem ipsi afferre [142] lucem suam. Dixit itaque ʿal-Moʿtamid*us* [143]:

Quam pulcher est pincerna, longo et tenui corpore praeditus, limo intuitu [144]! surrexit ad potum praebendum, sed attulit rem mirandam:

Nam obtulit nobis, quo subtili est ingenio, in aquâ glaciali liquidum aurum.

---

136) De voce زَهْر cf. supra p. 97 ann. (128); الزُّهْر hic offerunt A. et B. Observa, floribus hic iterum, tamquam stellis, splendorem vel fulgorem adscribi.

137) Lexico addendum, 2^am^ formam verbi رَدَّ significare *repetivit*; cf. alia exempla in Cl. Weijers *Spec.* p. 21; Hoogvliet *Spec.* p. 48 (cf. ann. 41 in p. 67); supra (in textu) p. 56 vs. 5; *ʿal-Qalâyid* MS. A. I. p. 196: لولا — اجتناب ترديد القول والقال *nisi evitaremus repetere sermonem*; Koseg. *Chrestom. Arab.* p. 36 vs. 5; eiusdem generis est quod legitur apud ʿal-Maqqari*um*, MS. Goth. fol. 97 r.: وهو خلال ذلك يردّد عساكره للجهاد, i. e. *duxit repetitis vicibus exercitum ad bellum sacrum.* In *Journ. Asiat.* 1841 Févr. (XI. p. 110) legitur بعد التَّرداد, quod ibi recte vertitur: *après le commencement des pourparlers*; sed ad literam est: *postquam (sermones) saepius erant repetiti*; *postquam saepius de conditionibus deditionis erat actum.*

138) Lectio شدوها, quam hic offerunt Ga. et ʿal-Maqq. etiam bonum praebet sensum, nam verbum شدا tum de *cantu fidicinarum* (cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 22), tum de *cantu avium* (cf. de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ٧٨ vs. 8) usurpatur. Sed alteram lectionem praetuli, quia in Hoogvlieti *Spec.* (p. 54) exstat Ibn-Câqân*is* locus, nostro similis, ubi haec leguntur: "فهاج شاجوه وبان طربه ولهوه.

139) De hac sign. 5^ae^ formae verbi نفس cf. supra p. 25.

140) *Un de ses pages.*

141) Quia hic balteus multis gemmis erat ornatus, Pleiadum stellis comparatur.

142) 4^am^ formam verbi هدى cum acc. p. et acc. r. construi, Lexico est add.

143) Sequentes vss. exstant etiam in *ʿal-Caridâ* MS. Paris. fol. 149 r. Ultimum voc. vs. 2^i^ ibi etiam est الذهب, non اللهب, ut in A. (cf. ann. *k* in p. 44) legitur.

144) Arabes de غُنْج loquentes, *limum* intelligunt *intuitum*, quo tum vir, tum femina, amorem ostendunt. De viro et feminâ dicitur in *Noct. Arab.* (ed. Macnaghten, I. p. ١٩): وهم فى كلام وغنج; in *Extraits du Roman d'Antar* (p. 4) sermo est de غنج عيونها.

Postquam Lorcam venerat, ad se vocavit virum, utroque Wezîr*atu* ornatum, Qâyid*um* Abû-'l-Hasan ·ibno-'l-Jasa' [145], illâ ipsâ nocte, tempore quo nullus occultus erat visitator e locis altis, et quo nemo apparebat nisi stella fulgens. Advenit itaque ('Ibno-'l-Jasa), dum securitas ad ipsius cor venire non poterat, dumque putabat aërem esse gladios secantes et cuspides ferreas; (advenit) postquam testamentum fecerat de iis quae relinquebat, et valedixerat iis qui relinquebantur. Postquam autem coram rege stabat, hic eum humaniter excepit, et cessare fecit eius metum [146], dixitque ei: » Hispalin

145) Al-Mo'tamid*i* tempore, Lorcae praefectus erat 'Ibn-Labbûn, et quidem Dû 'l-wizârataini Abû-Mohammed ·ibn-Labbûn, frater Abû-'Îsâi ·ibn-Labbûn, de quo agitur in *·al-Qalâyid* MS. A. I. p. 182 sqq., ut patet ex loco qui in hoc capite exstat (MS. A. I. p. 184), ubi haec: ولد يرثى ذا الوزارتين ابا محمد اخاه وقد توفى واورقة فى ملكه" منتظمة فى سلكه". Si Condeo (*Histor. de la Domin.* II. p. 60) fides, anno Ar. 471, ·al-Mo'tamid*us* Lorcae praefecturam in Abû-Mohammed*em* Abdo-'*l*-lâh ·ibn-Labbûn contulit, qui affinem suum Abû-'l-Hasan ·ibno-'l-Jasa sibi constituit Wezîr*um*. Hic vir mortuo 'Ibn-Labbûno in Lorcae praefecturâ successit, ut testantur tum Conde, tum 'Ibn-Câqân (*·al-Qalâyid* MS. A. II. p. 52). 'Ibn-Câqân autem narrat, 'Ibno-'l-Jasa*um* agnovisse summum ·al-Mo'tamid*i* imperium, quia nempe se a Christianis qui prope Lorcam in castello *Aledo* dicto se muniverant, defendere non poterat. Animadvertatur vero, etiam nostro in loco (vide textum p. 45 vs. 4) de Lorcae praefecturâ ab ·al-Mo'tamido in 'Ibno-'l-Jasa*um* collatâ esse sermonem. Si igitur annus nobis notus esset, in quo mortuus est 'Ibn-Labbûn et Lorcae praefectura 'Ibno-l-Jasa*o* est mandata, statim statuere possemus, quo tempore ·al-Mo'tamid*us* Lorcam venerit. Hoc antem temporis indicium desiderantes, coniecturâ quaestionem solvere conabimur. Nempe, post primum traiectum Jûsof*i* ·ibn-Tâšifîn in Hispaniam, et quum hic princeps iam Africam versus redierat, ·al-Mo'tamid*us* bellum gessit cum Christianis, nonnulla cepit castella, sed deinde cladem passus Lorcam fugit (cf. Conde *Hist. de la Domin.* II. p. 151). Tunc igitur rem hic narratam locum habuisse puto, et itaque anno Ar. 480 mortuum esse 'Ibn-Labbûn*um*, et huic successisse 'Ibno-'l-Jasa*um*. Narrat quidem Conde*us*, ·al-Mo'tamid*um* Lorcae exceptum fuisse ab 'Ibn-Labbûno, sed Conde*i* locus tam insignibus scatet erroribus, ut auctori hic, ut saepius, omnis fides abneganda videatur. Ait nempe: » Refugiose Aben Abed á Lorca, en donde le recibió bien su » gobernador Muhamad ben Lebûn, hijo de Isá que tenia por el aquella ciubad." Primum Mohammed ·ibn-Labbûn non erat nomen Lorcae praefecti, sed Abû-Mohammed ·ibn-Labbûn; deinde hic non erat filius 'Îsâ*i*, sed frater Abû-'Îsâ*i*, et denique iste 'Îsâ de quo somniat Conde*us* nunquam Lorcae fuerat praefectus. — Cum his cf. locum 'Ibn-Câqân*is* in §. 3 (MS. A. p. 54) et quae ad h. l. annotabo. — Caeterum 'Ibn-Câqân nobis 'Ibno-'l-Jasa*um* proponit tamquam virum flagitiosum, vino et libidini valde deditum. — Cur 'Ibno-'l-Jasa*o* ·al-Mo'tamid*us* esset iratus, non addit 'Ibn-Câqân; fortasse principi infelici in praelio versanti, de quo supra dixi, opem ferre potuisset, et hoc neglexerat.

146) Verbum وجس, ut eius formae derivatae, in genere quidem significat *concepit* animo rem; sed

» reliqui, animo meo affecto cupidine quam celavi inter costas, et quâ cruciatus retinui » tamen lachrymarum fluxum, cupidine puellae, quae est sol, aut quam ego soli simi- » lem puto, cuius armilla non rotunda est neque compes [147]. Dixi autem die quo ei » valedicebam, iecore meo fisso et lacerato [148]:

» Et postquam mane obviam veneramus ad valedicendum, (et iam leni motu ultro » citroque agitabantur in areâ palatii vexilla),

» Flevimus sanguinem, donec vulnera viderentur ex oculis nostris ad cursum incitare » lachrymas rubras [149].

---

peculiariter tamen exprimit *concepit* animo *timorem*. Plenam phrasin in 4ª formâ أرجس فى نفسه خيفة deinde in nostro capite invenies (supra text. p. 54 vs. 11). Participium decimae formae مستوجس (quae forma in Lexico prorsus non apparet) nonnulli legunt in ʿan-Nabigae carmine (vide de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. 435) illudque participium ibi *inquietum*, *metuentem* explicant. Lectio vero Codicis A. aeque bene admitti potest, si statuamus تَوَحَّش idem significare atque وحشة, cuius tamen significationis exempla non vidi, et etiam Cod. G. offert توجسه.

147) Ex Arabum pulchri notione, feminarum brachia et talos rotundos esse oportet (cf. Lane, *On the opinions of the Arabs respecting Female Beauty* in *The Thousand and one Nights* I. p. 29). Hoc vero loco poëta hanc pulchritudinis speciem, in puellâ amatâ obviam, sic exprimit ut dicat, ipsius armillam et compedem non rotundae esse formae, i. e. non dignas esse quae rotundae dicantur, comparatione institutâ cum ipsis talis et brachiis, qui tantopere rotunditate excellant. Arcte cum hac notione ut nempe puellarum tali sint rotundi, cohaeret illa ex quâ carnosi et crassi esse debent. In Ḡeriri *Diwano* (MS. 633 fol. 199 r.) exstat versus:

(الكامل) تُشْجِى خلاخلها خدالٌ فَعْمَةٌ وترى السوار تزينه والمعصدا

Ad quem locum Scholiasta haec: وقوله -- تشاجى الخلاخل تغصّه وتملوه الساق الخدلة الغليظة خدال فعمة اى اعظم خدال اى رواء من اللحم ممتلئة يعنى ساقيها والفعمة الممتلئة والمعصد الدملج. Ḡeriri itaque versus sic vertendus:

Angent crura crassa et pulposa eius compedes, et vides puellam ornantia armillam et brachiale.

In carmine erotico, quod exstat in ʿ*al-Matmaḫ* (MS. fol. 54 r.) dicitur de puellâ, eam esse مُفْعِمة الخلاخل مقعمة القُلْب i. e. *eam* (scil. eius talum) *implere compedem*, *et mordere* (scil. eius brachium) *armillam*.

148) Sequentes versûs exstant etiam ap. Ibn-Ḉallicānem (ed. Wüstenfeld, Fasc. VII. p. 132) et in ʿ*al-Carīdâ* MS. Par. fol. 149 r.

149) Tum ʿImādo-ʾ*d*-dîn in ʿ*al-Carīdâ* (l. l.), tum Ibn-Ḉallicān (l. l.), observant, ʿal-Moʿtamid*um* hic antiquioris poëtae versum imitari hunc:

(الطويل) بكيتُ دمًا حتى لقد قال قائلٌ أَهٰذا الفتى من جفن عينيه يرعف

Flevi sanguinem, donec diceret quidam: Profluitne ex huius iuvenis oculorum palpebris sanguis?

„Hac autem ipsâ nocte me visitavit in loco, ubi in latere decumbebam, liberavit me a „dolore, concessit mihi suam salivam [150], et tentavit me lascivo suo ioco digitisque suis „tinctis [151]. Tunc dixi:

„Permisit eius imago genam et mammam imagini meae: tunc haec dentibus prehendit „malum punicеum quod in hac [152] erat, et carpsit rosam.

„Si potuisset, vigilans visitasset vigilantem [153], at velum distantiae in intervallo, quod „inter nos est, est expansum.

p. 45. „Nonne invenire potuissent sollicitudines commorandi locum, a nobis remotum? nonne „invenire potuissent res ingratae [154] separationis a nobis absentiam?

„Irriget Deus effusâ pluviâ 'Ommo-'Obaidam [155], ut ipsa irrigavit cor meum, etiamsi „vehementer ureret, oris salivâ!

„Est illa dorcas collo; hinnula [156] adipe oculi; hortus collibus [157] instructus odore, „et ramus in colle crescens [158] staturâ."

---

150) I. e. *basia*. In toto vero loco non de ipsâ puellâ, sed, ut ex sequenti carmine patet, de eius imagine, somnianti sese offerente (cf. supra p. 96 ann. (122)) sermo est.

151) Plur. خضاب, a sing. خضيب, *digitos tinctos* exprimens, Lexico addend. Caeterum vix opus est ut moneam, Arabum feminas digitos lawsoniâ inermi tingere solere.

152) Scil. *mammâ*. Mos est Arabum poëtis ut *mammas* cum *malis puniceis*, *genas* cum *rosis* comparent. Vide Lanii annotationem, quam supra in ann. (147) citavi.

153) Et hoc loco forma يَقْظَة Lexico est addenda.

154) Hanc satis memorabilem significationem vocab. خُطوب hic habere, docent alii loci; eff. ex 'al-Mo'tamidi carminibus supra in textu p. 53 vs. 9; p. 65 vs. 2 a f.; p. 66 vs. 9; infra ex *'al-Carîdâ* MS. Paris. fol. 150 r., et praeterea supra in textu p. 50 vs. 8; p. 65 vs. 7; infra in capite de 'ar-Râçio MS. A. p. 51; *'al-Qalâyid* MS. A. I. p. 98: ارانى الخطوب نائبة عنى ومعتزلة; *'al-Matmah* MS. 55 r.; 56 v.; 58 r. (bis); 71 v.; 76 v. Lego in *'al-Jatîmâ* (MS. Doct. Lee fol. 8 r.): "والتهبت الحروب بتدبير الجيوش ومُلابسة الخطوب". Alibi (MS. fol. 9 v.): "وممارسة الحروب واشتدّ الخطب".
Deinde exstat in illo opere (MS. fol. 14 v.) versus:

(الطويل) وانْ ناب خطب او المّتْ ملمّة   جعلت لهم نفسي وما ملكت فدا

In Ibn-Gobairi *Itinerario* (MS. 320 (1) p. 203: قرمّتْ به الأقدار الى هذه الجزيرة بعد خطوب جرت عليه. In *'al-Holalo 'l-mausîja diebus* tribuuntur خطوب; sermo itaque ibi est de *ingratis rebus, quas dies afferunt.* Collatis inter se variis quos citavi locis, tuto statuere possumus, voc. خَطْب, in plur. خطوب, significare: *rem ingratam gravemque*, *infortunium*, *aerumnam*.

155) Est sine dubio nomen feminae amatae.

156) Forma غزالة, quae etiam in Koseg. *Chrest. Arab.* p. 95 vs. 3 occurrit, Lexico est addenda.

Tunc Ibno-'l-Jasar saepius repetivit admirationis declarationem, saepiusque petiit ut haec iterum recitare vellet; tunc rex ei dari iussit quingentos dinăros, et Lorcae praefectum eum statim constituit.

Narravit mihi Wezîrus Faqîhus Abû-'l-Hasan ibn-Sirâg [159], se praesentem adfuisse cum Wezîris et silentiariis in az-Zahrâ, die, quem negligebat fortuna adversa, ita ut ne leviter quidem eum oculo intueretur, neque eum invaderet calamitate [160]; quo lazaverat multiplex laetitia pluviam vernam; cui eduxerant (praebuerant) res optatae genam,

---

157) Illi ربى vel *colles* in Orientalium hortis plantis odoriferis erant instructi.

158) Arabes in puellis staturam amant flexilem, et ideo eam, ut in nostro loco et in similibus, quos mox citabo, cum *ramo in colle crescente*, comparant, quia nempe tales rami facile aurâ moventur et inflectuntur. Ut appareat me recte vertisse, habeas versum, qui exstat in al-Maqqarii opere (MS. Goth. fol. 400 r.):

(الكامل) وتمايلت كالغصن فى دعص النقى   والتف فى ورق الشباب الناضر

Iam alios habeos locos, in quibus simili modo statura, sive elegantis iuvenis, sive pulchrae puellae, cum غصن النقى comparatur. In Ibn-Ammâri carmine (in *al-Qalâyid* MS. A. I. p. 159) sequens exstat versus:

(الكامل) سَلِّمْ فَقَدْ قَصَفَ القنى غصن النقى   وسطا بِلَيْثِ الغابِ ظَبْىُ المَكْنَسِ

. *Dic: salus sit tibi! nam ramus in colle crescens* (ille pocillator) *fregit hastas: et dorcas latibuli* (idem ille) *subiugavit leonem saltuum.* (Edidi القنى ex B. et Ga., quum A. male الفتى offerat).

In carmine poëtae Salaho-'d-din Calil ibn-Aibec as-Safadi (apud Grangeret de Lagrange *Anthol. Arab.* p. ٩٦) legitur versus:

(البسيط) ويا قضيب النقا لو هز قامته   لكنت تنجد اجلالا وتقترب

159) Pro Abû-'l-Hasan G. hic offert Abû-'l-Hosain, et hoc fuisse Ibn-Sirâgi nomen, arbitratus est Cl. Weijers (*Spec.* p. 72 ann. 30). Attamen huius viri nomen saepius in variorum auctorum operibus inveni, nunc Abû-'l-Hasan ibn-Sirâg, nunc Abû-'l-Hosain ibn-Sirâg scriptum. Statuendum itaque arbitror, eum duos habuisse filios quorum alter al-Hasan, alter al-Hosain appellaretur, eumque tum Abû-'l-Hasan, tum Abû-'l-Hosain appellatum fuisse. Caeterum de eo iam egit Cl. Weijers (l. l.).

160) Cf. cum nostro loco plane similem in *al-Matmah* (MS. fol. 54 r.): وكانت امارة عبد الرحمن اسعد امارة — فلم يطرقها صرف ولم يرمقها بمحذور طرف, in quo loco محذور طرف, ut simplex طرف in nostro, *malignum*, ut dicitur, *oculum* designat. Cf. quoque *al-Qalâyid* MS. A. I. p. 182 (in margine), vel potius, quia ibi textus mendis non caret, MS. Ga. fol. 71 r.: ودهره مسعد لا ينغص راحته ولا تطرق له بالغير ساحته حتى تنبه نائم صرفه *tempus quod vivebat felix erat, ita ut nullum atrium turbidum esset, nullaque ipsi area temporis vicissitudinibus invaderetur, donec tandem huius dormiens calamitas expergefacta est.*

sorbendumque praebuerant [161] fuscum labiorum colorem, et quo permiserant visitatoribus res suas prohibitas. Identidem se conferebant ex altero palatio in alterum, et unum ramum post alterum capiebant, illos carpentes, et amicis, ut carpere possent, inflectentes arreptâ extremitate [162]; repetitis vicibus haec coenacula conscendebant, et sibi invicem porrigebant pocula inter has pinnas, donec tandem consisterent in horto, postquam perfecerant ex his factis praeclaris res quasdam necessario perficiendas, et copiosas reddiderant guttas observantiae [163]. Tunc ex illo (horto) res gratas assecuti sunt, dum erant in tapetibus villosis verni temporis, quae floribus erant striata, et quae rivulis fluminibusque acu quasi erant picta; ramis superbe se moventibus in patulis ipsorum arboribus, et inclinato corpore incedentibus, dum ventorum manibus agitabantur; ruinisque palatii iis imminentibus, ut mos est iis, quae prole sunt orbatae [164], et quae deflent loca sua vastata, herbasque odoriferas quibus antea gaudebant. Etenim ruptura huius palatii altae structurae illudebat, et in quoque pariete corvus crocitabat. Obliteraverant scilicet recentes infortunii vices palatii splendorem, et deleverant [165] umbram (quam antea proiicere solebat) caliginemque (quam antea diffundebat). Diu iam erat ex quo Câlifarum praesentiâ splendebat et exhilarabatur, horumque musco fragrabat et suaviter olebat: iis scilicet diebus quibus ad eius medium habitandum accedebant, eiusque umbram captabant [166], florentes reddebant eius hortos et viridaria, expergefaciebant multiplicem spem ex ipsius somno, terrebant leones in ipsorum arundinetis [167], et (liberalitate) pudore afficiebant nubes [168], copiosam aquam effundentes. At subito ruinâ tamquam pallio et capitis

---

161) Haec 4ae formae verbi رشف significatio Lex. addatur.

162) Sic هصر vertendum esse, docet versus ʿIbn-ʿAmmâri (*al-Qalâyid* MS. A. I. p. 86), ʿIbn-Rezinum allocuti:

هَصَرْتَ لى الامال طيبة الجنا   البيت

163) Id est, ni fallor: observantia, quâ inter se invicem utebantur, similis erat pluviae copiosae: erat maxima.

164) Plur. ثَكالِى Lexico add.; est a sing. ثَكْلى; cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 369. Sermo autem est de animalibus, v. c. de columbis.

165) De hac transitivâ vi formae secundae verbi قلص (*disparere fecit*, *delevit*, *obliteravit*) cf. supra p. 85 ann. (66).

166) Proprie: *et sibi umbram* (فَيْئًا) *sumebant umbram* palatii. Haec significatio 5ae formae verbi فاء Lexico est addenda.

167) Id est: quum fortitudine et virtute bellicâ quam maxime erant conspicui. Fortasse autem etiam hic de leonum simulacris cogitandum est, quae in palatiis aderant (v. supra p. 83 ann. (58)).

168) Pluralis forma غيوث a singul. غَيْث Lexico est addenda. Occurrit etiam apud de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ١ vs. 9 et alibi.

operimento fuerat tectum [169], et nihil iam remanebat de eius praeclarâ structurâ praeterquam circumdans fovea [170] et (dispersi) lapides. Rupti erant eius fornices, et senio confecta erat eius iuventus; vel ferrum enim emollitur, teriturque vestis nova etiamsi sit complicata [171]. Dum illi autem vinum [172] in cyathis [173] et poculis sibi invicem porrigebant eaque in orbem agebant cum urbanitate et observantiâ, advenit legatus ·al-Moʿtamidi et iis chartam tradidit in quâ sequentia erant scripta [174]: p. 46.

Propter vos invidet ·al-Qaçr ·az-Zahrāae, et per vitam meam vitamque vestram! haud sine iure.

Apparuistis in eâ mane tamquam soles: apparete igitur apud nos vesperi tamquam lunae.

Tunc profecti sunt ad Qaçro'l-Bostān [175], situm prope portam quae ab aromata ven-

---

169) Feminae orientales quando foras exeunt, prorsus tectae sunt magno pallio, ut saepius observavi in meo *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes*. (Vide ibi in vocibus ازار ,بركان caet.). Hoc pallium hic لفاع vocatur, معجر autem est mulierum capitis operimentum. Vult igitur auctor, totum palatium ruinâ prorsus fuisse tectum, uti mulier foras exiens plane tegitur pallio et capitis operimento.

170) De voce نُوْيٌ cf. de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. 429.

171) Sententia est: *etiamsi novâ veste non utaris, tamen teritur.* Causa cur sic interpreter, est in versu ·al-Motenabbii (MS. 542 p. 134):

وقال فيه ايضا لما خلع عليه

(الوافر) ارى حُلَلًا مُطَوَّاةً حسانا عداني ان اراك بها اعتلالى

(Obiter annoto, secundam formam verbi طوى, quae idem quod prima exprimit, Lexico esse addendam). Ad quem locum ·al-Wāhidius sequentia annotat: انما قال هذا لانه راى الخلع مطويّة الى جانبه ولم يره فيها لانه كان ذلك اليوم الذى لبس فيه الخلعة عليلاً ✿

172) Pronomen ها in يتعاطونها spectat ad subintellectum خمر. Vide supra p. 87 ann. (80).

173) Uti supra (p. 90 sq. ann. (95)) iam observavi, simplex كبير *poculum maioris ambitûs* exprimere, sic صغير *poculum minoris ambitûs*, *cyathum* designat. In ·*al-Matmah* (MS. fol. 85 r.) legitur: وسقيناه صغارًا وكبارا، واريناه اعظامًا واعتبارا" ✿

174) Sequentes duo ·al-Moʿtamidi versûs exstant etiam in ·*al-Caridá* (MS. Paris. fol. 145 v.); variantes quas offert lectiones, mera sunt menda. Annotare autem neglexi, eosdem vss. legi apud ʿIbn-Callicânem (ed. Wüstenfeld, Fasc. VII. p. 133).

175) In enumeratione locorum amoenorum, prope Cordobam sitorum, ubi principes degere solebant, ab

14

dentibus nomen habet [176], ibique ordinaverunt concessum in quo (describendo) obstupescit descriptio. Convenerant enim ad illud palatium lusus et clamoris plena saltatio; ardebant in eo stellae regis perpetuam pluviam [177] portendentes, dum semper staturae ipsius famulorum erant incurvatae [178]. Superabat tunc temporis ·al-Cawarnaq*um* et ·as-Sadîr*um* [179], et ostendebat lunae faciem apparentem e globis vestiariis pocillatoria [180]. Per totam noctem ibi manebant, somno eos non invadente [181], nulloque fastidio [182] eos avertente a suavitate voluptatum.

Erat autem Cordoba summum eius desiderium, et huius imperium quaerere erat id quod agere maxime cupiebat; non cessabat eam (sponsae instar) expetere, interiori amicitiâ cum homine plebeio urbis contractâ, et consuetudine cum huius praefecto institutâ; nam, tempore quo urbs obsidebatur [183], exercitûs dux non aderat, et nihil ei erat relictum nisi doli et machinae, ideo nempe, quia adhuc populus summum imperium Calîfa*rum*, qui antea in urbe regnaverant, agnoscebat, et quia pudebat eos ut vestigia Calîfa*tûs* obliterarentur et delerentur. Quando autem urbe erat potitus, et huius orbis coelestis ipsum apparere fecerat ut solem [184], et devenerat rex in stellam polarem circuli

---

·al-Maqqario conscriptâ (MS. Goth. fol. 103 r. — 106 r.), de hoc قصر البستان (*palatio horti*) mentio non fit.

176) باب العطّارين وهو باب اشبيلية (i. e. ad Hispalin ducens) ait 'Ibn-Baŝcowâl ap. ·al-Maqqari*um* MS. Goth. fol. 103 r.

177) Id est: *perpetuam liberalitatem.*

178) Id est: regis famuli continuo erant occupati ut convivis afferrent quod postularent quodve iis esset gratum.

179) Al-Cawarnaq et ·as-Sadir celeberrima erant palatia ·an-Nomâni ·al-·acbari, sita in tractu H̱îrensi, copiosus est de his palatiis ·an-Nowairî (*Encyclop.* MS. 273 p. 99 sq.), et sexcenties a poëtis aliisque Arabum scriptoribus commemorantur.

180) De voce مُدير cf. supra p. 90 ann. (94). Sententia est: facies pincernae, supra globos vestiarios, in collo vestem adstringentes, apparens, similis erat lunae.

181) Verbum طرق saepius apud 'Ibn-Câqânem de somno usurpatur, ut MS. A. I. p. 81: بَلَغتَهُ عن ابن عمّار فَنات، لم تطرق جفونه بها سنات" ✿

182) سَوم positum existimo, homoeoteleuti causâ, pro سَأَم a verbo سَئِمَ, antiquitus idem quod سَئِمَ exprimente.

183) Valde miror, *obsidendi* significationem, quam 3ª forma verbi نزل habet, in Lexico non esse annotatam; est enim frequentissima, et apud historicos quàque fere paginâ exempla occurrunt.

184) In textu pro واشْلَعَهُ, lege وأَطْلَعَهُ. Urbs hic cum orbe coelesti, rex cum sole comparatur; cf. supra p. 8 ann. (25).

urbis [185], et venerat ad moderandum et in orbem agendum [186] huius imperium, tunc dixit:

Quicunque regum cursu (cameli) maxime ad venandum apti et generosi excellunt, procul estote! veniunt ad vos dromedarii [187] quales in principum sunt aulis.

Expetivi (ut sponsam) Cordobam pulchram, dum recusare solebat unumquemque qui ad eam expetendam veniebat, gladiis et hastis usa.

Quoties mane monilibus carebat, donec ego ipsi apparebam: tunc mane ornata erat pulchro [188] mundo muliebri et vestibus splendidis [189].

---

185) Id est: in urbis arcem.

186) Ut أَدَارَ dicitur de eo qui vinum alteri post alterum convivarum praebet, sic إدارةُ الرياسة mihi significare videtur: *munera inter regni proceres dividere.*

187) Vocabulum مَهْرِى, cuius collect. est مَهْرِيَّة, *dromedarium* exprimit, testante Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabigo*, in voce *dromedario*). Marmol (*Descripcion de Affrica* I. fol. 23 col. 2) scribit *el Mahari*; Shaw (*Reizen door Barbarijen* I. p. 252) *Mahary*; Jackson (*Account of Marocco* p. 39—42) *heirie* et sic quoque Riley (*Loss of the brig Commerce* p. 418); Lyon (*Travels in Northern Africa* p. 23, 114) melius *maherrie*. Dombay (*Gramm. ling. Mauro-Arab.* p. 64) etiam vulgi pronuntiationem sequitur, scribens الجَمَل الهيرى quod *dromedarium* interpretatur. De hoc animale varii quos citavi peregrinatorum loci conferri merentur: quod autem dicit regius poëta مهرية الدول lucem accipit ab Höstii testimonio (*Nachrichten von Marokos* p. 289), dicentis, dromedarios مَحْرِى (ut scribit) vocatos fere apud neminem nisi regem inveniri.

Quamquam de meâ loci interpretatione non dubito, silentio tamen praetereundum non est, scholiastam Codicis Gothani plane aliter locum explicare. In textu huius Codicis pro مهرية legitur مهدية, ut quoque in Ga. et 'al-Maqq. offerri in ann. (*q*) observavi. Observat itaque Scholiasta: قوله الاصيد الملك الشجاع بدليل قوله عيهات والاصيد ايضا الرافع راسه كبرًا وذلك لازم للملك مهدية الدول نسبة للامام المهدى الذى يخرج فى اخر الزمان فيملأ الارض عدلًا كما ملأتْ جورا وهو محمد المهدى بن الحسن العسكرى الخ. Sequentia de 'al-Mahdio non descripsi quia neque magni sunt momenti, neque incognita; neglexit autem Scholiasta nos docere quomodo مهدية الدول interpretatus fuerit. Quod ad initium scholii attinet, ubi أَصْيَد dicitur شجاع significare, valde dubito an hoc voc. reverà illud significet; in *'al-Qâmûso* (ed. Calc. p. 383) certe non traditur. Quomodo iam scholiasta totum versum acceperit, videant alii, dummodo ipse suae sibi interpretationis probe conscius fuerit.

188) Adiectivum سَرِى *pulchrum*, *splendidum* denotare debet. Etiamsi ex etymologiâ hanc significationem

Nunc est uxor regum, in cuius palatio nobis est convivium nuptiale, propter quod omnes reges sunt in conventu ubi timorem (quo perculsi sunt) ostendunt.

Agedum! observate e propinquo, o vos quibus pater non est[190] impetum leonis, loricâ fortitudinis ab omni parte circumdati.

Postquam autem haec urbs ordinata erat in filo[191] regis, et hic se huius regni notâ

---

minime, quantum video, erueres, sunt tamen loci ex quibus ea patet. Primum habeas nostrum in quo *omnes* Codices, tum mei, tum Parisienses, Oxonienses, Londinensis, tum Gothanus سَرِىّ (nonnulli Codd. vocales addunt) offerunt. Deinde ait 'Ibn-Câqân (*'al-Qalâyid* MS. A. I. p. 78): وكلاهما سَرِىُّ المنظر. Denique 'Ibn-Bassâm (apud 'Ibno-'l-Câtib MS. fol. 43 r.) auctor Hispanus qui, uti infra probabo, primis annis saeculi Arabum sexti scripsit, haec inquit: وله انشأت سريه' فى الدولة المحمديه" ✿

189) Veteres Arabes duabus vestibus utebantur nempe pallio (رداء) et ازار. Hae coniunctae حُلَّة vocabantur, ut testatur 'al-Wâhidî (*Comment. ad 'al-Motenabbi* MS. 542 p. 29) qui addit Persarum قميص et سراويل eodem nomine designari. (Cf. quoque 'Ibn-Ǵinnî *Comment. ad 'al-Moten.* MS. 126 p. 92). Eadem testantur 'al-Ǵauharî (MS. 85 II. fol. 195 v.) et *'al-Qamûsi* auctor (ed. Calc. p. 1428). Ait hic: ازارٌ ورداءٌ بُرْدٌ او غيره ولا يكون حلّةً الا من ثوبين. Et 'al-Ǵauharî: والحلة ازار ورداء لا يسمّى حلة حتى ككون ثوبين. Recentiori vero tempore vox حلّة vel pl. حُلَلٌ *vestem splendidam* denotat, et saepe cum حلى (*mundo muliebri*) coniungitur. In 'Ibn-Ǵobairi *Itinerario* (MS. 320 p. 88) dicitur de 'Emiro Mekkano: وهو رافل فى حلة ذهب كانّها الجمر المتّقد يسحب اذيالها. In *Noct. Arab.* (ed. Macn. I. p. 166) de sponsâ: والبسوها وعليها من والمزركش الحلى الحلى والحلل من لباس الملوك الاكاسرة. Alibi (I. 229): عليهنّ من انواع الحلى والحلل ما والحلل اعظم مما كان عليها اولاً. Deinde (I. 359): وعليها حلة من الاطلس الاخضر مزركشة يدهش الابصار بالذهب الاحمر ✿

Caeterum observandum, in hoc ut in praecedenti versu, Cordobam proponi tamquam virginem, quae antea omnes procos superbe dedignata fuisset, sed conspecto 'al-Mo'tamido, huius amore capta, eum tamquam maritum lubens accepisset.

190) Haec formula, ut vides, hic vituperando inservit.

191) سُلْك tamquam sing. in Freytagii Lexico desideratur. Ut sing. occurrit in *'al-Hamâsa* p. 42 vs. 11; de Sacy *Chrest. Arab.* I. 366 vs. 9; Ib. I. ١٤١ vs. 1; Ib. ١٥٦ vs. 8 a f. Apud Persas quoque frequens est; vide Mirchwândi *Hist. Selgûq.* p. 5 vs. 2: در سلک اهل اسلام انتظام يابيم, et

signaverat [192], urbis habenam tradidit al-Mo'tamidus filio suo al-Tāfiro [193] eique solvendi et firmandi potestatem concessit [194]. Hic igitur effundebat in eam suam liberalitatem, extendebat metam terminumque suum, ornabat urbem donorum suorum multitudine, et in se suscipiebat eam recte disponere [195], etiamsi iuvenili esset aetate. Et non cessabat in eâ iubendi et vetandi potestatem exercere, negligens dolum eumque non curans [196], sed (contra) propositi probitate ipsum cum urbis populo coniungente; de iis decipiendis non cogitabat [197], et hoc sibi non seligebat, (quot autem reges voluissent eum ferali amiculo involvere, sanguine suo inquinatum, et sepelire ultimum spiritum emittentem! quot throni voluissent eum exitio dare, et quot nobiles eum opprobrio afficere!) donec nocte quâdam 'Ibn-'Occāša [198] urbem aggrederetur, et ad eam traheret bellum et gemitum. Tunc ad certamen exiit al-Tāfir, separatus a strenuis suis, carens suis p. 47.

---

cff. p. 27 vs. 6; p. 43 vs. 6 a f.; p. 56 vs. 7 a f.; p. 58 vs. 8 a f.; p. 68 vs. 4; p. 80 vs. 1, et eiusdem *Hist. prior. Reg. Pers.* p. 1.

192) Id est: summum eius imperium agnoverat et cum eius regno erat coniuncta.

193) Est hic Sirāgo-'d-daula Abū-'Amr ibn-'Abbād, cognominatus at-Tāfir. Eo tempore quo a patre Cordobae praefectus erat constitutus, vocabatur ملك قرطبة, ut patet ex al-Maqqarii loco (MS. Goth. fol. 575 v.) ubi haec: وقال حسان بن المصّيصى كاتب الظافر بن عباد ملك قرطبة.

194) Id est *plenam absolutamque regni administrandi potestatem ei concessit.* In al-*Matmah* (MS. fol. 53 r.) legitur: منقض الامورِ ومبرما. Idem saepissime ab historicis dicitur الحلّ والعقد. Infin. ابرام absolute nonnunquam apud nostrum auctorem *summum imperium* exprimit, ut in capite de 'Ibn-'Ammāro (MS. A. I. 155): وكان مع نقض ابرامه ' ورفض امامه " شاعرا مطبوعا *licet eius summum imperium dissolveretur, et ipse viam apertam relinqueret, erat tamen naturâ poëta.* (Cf. quoque Weijersii *Spec.* p. 20 vs. 5 a f. et ann. (21) in p. 70).

195) Forma 4a verbi عَبَأَ Lexico est addenda. Occurrit quoque apud 'Ibno-'l-Catib (MS. fol. 16 v.): له — النهضةُ بالاعباء وسموُّ الهمة. In carmine ab 'Ibn-Habibo (MS. 425 p. 522) citato, legitur:

(المتقارب) تولّى بها الكاتبُ المستقلّ   باعْباء ما حَمّلتْه الرتَبْ

196) Id est; perfidam agendi rationem prorsus non adhibebat.

197) In Lexico legitur, 2am formam verbi روى hoc sensu cum في rei construi; sed etiam cum acc. rei construi, docet tum noster locus, tum alius 'Ibn-Câqânis (MS. A. I. p. 86) ubi haec: بعانى القول ويعلّلهُ ' ويروّيه (voc. addit A.) ولا يرتجله" *in animo habet diligenter responsum suum ad me perscribere, causas* (cur non venerit) *addens, et illud datâ operâ considerare, non vero de improviso dare.*

198) Vitam huius viri ex 'Ibno-'l-Abbāro, dedit Cl. de Gayangos *Hist. of the Moh. Dyn.* I. p. 415.

defensoribus; in dextrâ eius manu erat gladius, et in obscuritate noctis dux ei tantum erat frontis suae splendor; nam, profecto, talis erat iuvenis, ut dixisses iuventutem eum suo madore irrigasse, et pulchritudinem eum operuisse pallio suo [199]. Repulit eos per maiorem noctis partem, dum ipsius pedites et equites impediebantur quominus sensim sensimque se cum ipso coniungerent, donec hostibus ipsius copiam faceret lapsus ex quo resurgere non potuit [200], ex quo se non extulit, neque iterum cucurrit. Tunc relictus est tenebris opertus, pulvere inquinatus in medio loco inaccesso [201], custodientibus eum stellis, quum antea eum custodiverant equitum agmina, et tegente eum nocte caliginosâ, quum antea eius cortina fuerat pannus sericus. Primo vero diluculo [202] praeteriit illum locum in quo ceciderat, unus ex templi 'Imāmis qui sub finem noctis iter faciebant [203]. Hic eum vidit quum abiissent disparuissentque eius vestes, et magis nudus esset quam gladius strictus [204]. Quo viso, humeris exuit pallium idque detraxit, eumque velo texit, contentum reddens decorum eique satisfaciens [205]. Tempore matutino (expergefactus) nesciebat quis huius beneficii auctor esset, eumque non noverat, ita ut gratias ei agere non posset pro insigni eius beneficio. Solebat autem 'al-Mo'tamidus quum filium prostratum recordaretur, et quum accenderet (paternus) amor ardorem (in suo corde), vocem suam cum lamentatione efferre et recitare:

» Nescio autem quis deiecerit in eum pallium suum [206]!"

---

199) Ex h. l. Lexico addendum est, 4am formam verbi لحف non tantum c. acc. rei, sed etiam c. ب rei construi. Cf. forma 8a.

200) Pronuntiavi يُقَلْ ex Ga., quum in A. يُقِلْ scriptum est. Caeterum liberius verti; ad literam est: *lapsus, cui non dicebatur: resurgas!*

201) Voc. حِمًى *locum inaccessum* denotat. Cf. versum quem supra citavi in p. 25 ann. (70) et 'al-*Ḥamāsam* p. 422 vs. 7 a f.

202) Vox سحرا, quam A. et B. omittunt, offertur quoque in Codice Gothano.

203) Eo nempe consilio ut preces matutinas in templo recitarent. Cf. Lane *Modern Egyptians* I. p. 115.

204) Cf. infra annot. nostram ad textûs p. 53 vs. 1 sq.

205) Id est: decorum (tamquam persona) *postulabat* ut regis filius, nudus iacens, pallio tegeretur, cui decori rogatui hic vir satisfecit.

206) Hoc hemistichium desumtum est ex carmine Abû-Kirâši 'al-Hodalti, quod exstat in 'al-*Ḥamâsâ* (p. 366), in quo opere (p. 365) etiam occasio quâ illud poëta ille composuit, narratur. Capti nempe erant poëtae frater et filius a duabus tribubus Arabicis, inter quas deinde dissidium ortum est, utrum captivos interficerent necne, quod quidem dissidium adeo grave factum est ut ad pugnam ventum sit. Altera igitur tribus poëtae fratrem interfecit, altera poëtae filium secum duxit; ex hac tribu vir quidam cum illo in locum secretum abiit, occasione arreptâ quâ fugere poterat. Huic roganti

Postero autem die abscissum est [207] eius caput et sublatum in hastae cuspidem; illud vero splendebat tamquam ignis in monte accensus, et iaculabatur animum omnium qui p. 48.
illud adspiciebant, dolore. Postquam autem oculi eum adspexerant, eiusque defensores et auxiliatores ipsum certo agnoverant, abiecerunt arma, et (avium instar) alas aequaverunt ad fugiendum. Fuerunt nonnulli ex iis quibus prospere cessit [208] fuga et exilium; alii vero quorum pedes ipsos in exitium tulerunt [209]. Impeditus autem est ʾal-Moʿtami-

---

quomodo viam inveniret, respondit, se eam nosse ex volatu avis cui nomen *qaṭā*. Poëtae filio itaque pallium suum iniecit (ne scilicet agnosceretur) eique dixit: fuge! Filius quum ad patrem venisset, eique id quod sibi acciderat, narravisset, hic carmen, ex quo nostrum hemistichium est desumtum, recitavit. Ex aliâ traditione, quae multo magis cum nostro loco congruit, quidam praeteriens *fratri* poëtae, nudis pudendis humi prostrato, pallium suum iniecit, quo audito, ʾAbû-Kirâš carmen suum recitavit.

207) Solus, ut vidisti, ʾal-Maqq. حز offert, cui nunc video Gothanum Codicem ʾIbn-Câqânis accedere, حزّ offerentem. Et revera حزّ hac in re solenne est verbum, ut ʾIbn-Baṭûṭa (*Itinerar.* MS. fol. 204 v.): حزّ راسه. Frequentior etiam est forma 8ª, ut ʾan-Nowairî *Hist. Hisp.* (MS. 2 *h.* p. 476): احتزّ راسه. Deinde (p. 486) phrasis احتزّوا راسه bis occurrit. *Al-Qarṭâs* (MS. 17 fol. 118 r.): احتزّوا راسه; Id. (fol. 123 v.) احتزّ قاتله راسه فى الحين; ʾIbn-Baṭûṭa (*Itinerarium* MS. fol. 185 v.): احتزّوا راسه. Etiam verbum جزّ in 1ª et in 8ª formâ hac in re adhibetur, ut ʾIbno-ʾl-Caṭîb (MS. fol. 52 v.): امر بادس باجتزّ راسه. Et (ibid.): قال لى بادس جزّ راسه. Id. (fol. 158 v.): جزّ راسه. Et (fol. 70 v.): طوّقه الحمام واجتزّ راسه. At quum maior pars Codicum hic حيز offerat, eaque lectio deinde (p. 55 vs. 3, ubi typothetae errore male وجيز legitur) recurrat, etiam inter se consentientibus Codicibus, statuendum est, hanc formam ʾIbn-Câqânî esse propriam.

208) Ex coniecturâ sic verti octavam formam verbi خار, in quâ lectione omnes mei Codd. consentiunt.

209) Ad hunc locum sequens scholion in Codice Gothano legitur: قوله الى حينه اى هلاكه ومحنته وهو لفظ مثل (مثل لفظ :lege) عبيد الله بن الابرص لما لقى المنذر بن ماء السماء فى يوم بوسه ما يبغيه ۞

Noti sunt duo isti dies ʾan-Noʿmânî ʾibno-ʾl-Mondir, alter يوم بوس, alter يوم نعيم dictus. Erant nempe ei » bini amici, seu compotatores" (utor verbis Pocockii *Spec. Hist. Arab.* ed. 2ªe p. 73) » quos aliquando ebrius vivos (vino tantum somnoque sepultos) sepeliri iusserat. Facti autem, cum a vino expergisceretur, poenitentia ductus, in veteris amicitiae memoriam tumulum » illis condidit, ac duos sibi dies statuit, quorum alterum يوم بوس i. e. *diem tristitiae*, alterum » يوم نعيم *diem laetitiae* appellavit, hac lege in perpetuum observandos, ut si die qui tristitiae dicatus

dus quominus eum carmine defleret eo quod eum ulciscere volebat: tetendit enim laqueos ut caderet 'Ibn-'Occāša et laberetur, et deflexit a filii laude solenni modo celebrandâ, ad investigandum occisi medium caput frontemque. Nullum itaque carmen ab ipso in filii mortem compositum memoriâ servatur, nullusque sermo animi dolori medelam afferens, nisi quod eum spectat in carmine quo deflet eius fratres, 'al-Ma'mūn*um* et 'ar-Rāḍi*um*, qui interfecti sunt initio inimicitiae et belli civilis quod exstitit, ad quod iusto ordine narrandum nos oratio defert, ut etiam ad exhibenda monita quae inde derivari poterunt. Dixit igitur [210]:

Occidit utraque stella 'al-Fatḥ*us* [211], et deinde huius frater Jezīd*us*; num igitur post stellarum occasum aliquid patientiae relictum est?

O Fatḥe! profecto aperueras mihi (Dei) portam misericordiae, ut Jezīdo auxerat Deus praemium meum in vitâ futurâ [212].

» fuerat, cuipiam profectus occurreret, fuso ipsius sanguine tumulum istum tingeret; si eo qui laeti» tiae, muneribus onustum dimitteret." Quum igitur *die tristitiae* (يوم بوس) principi forte fortunâ obviam factus esset 'Obaid (sic enim vocatur in Rasmussen *Hist. Arab. regn. ante Islam.* p. 38 vs. 1; in eiusdem *Addit. ad Hist. Arab.* p. 19; in 'al-Ḥamāsā p. 637 vs. 6, et in 'al-Maidānii opere, non 'Obaido-'l-lāh, ut est in scholio Gothano) 'ibno-'l-'abraç, dixit: أتتك بحائن رجلاه » Infelicem pedes ad te adduxerunt," quod dictum deinde in proverbium abiit. (Cf. Freytagii *Proverb. Arab.* I. p. 25). Nonnulli alium virum haec alii dixisse narrant.

210) Huius carminis vss. 2, 3, 5 et 9 exstant etiam in *'al-Carīdā* (MS. Paris. fol. 150 r. et v.), apud 'Ibno-'l-Aṯīr*um* (MS. Paris. fol. 133 v.) et apud 'an-Nowairī*um* (MS. 2 *h.* p. 506); additur praeterea in his operibus primus carminis versus, qui etiam in *margine* Codicis A. exstat, et in *textu* Codicis Go. (v. p. 48 ann. (*i*)). Horum Codicum scribas illum sive ex *'al-Carīdā*, sive ex 'Ibn-Bassāmo (in cuius 'ad-*Daḫīrā* (MS. Oxon. p. 34) exstare illum versum a Doct. Greenhill accepi) desumsisse, probabile puto. Est autem hic:

يقولون صبرًا لا سبيل الى الصبر   سأبكى وأبكى ما تطاول من عمرى

Dicunt mihi: patientiam adhibe! — Patientiam adhibere non possum: flebo et alios ad fletum excitabo quamdiu se protrahet mea nimis longa vita.

211) Hic idem est quem paullo supra 'Ibn-Ḫāqān 'al-Ma'mūn*um* appellavit. Abū-Ḫālid Jezīd est *'ar-Rāḍi*. Carmen hocce compositum esse eo tempore quo 'al-Mo'tamid*us* Agmāti iam erat captivus docent versûs 5[tus] et 6[tus]. Caeterum annotationi (*i*) adhuc addendum habeo, etiam in Codice Gothano carmen incipere هوى الكوكبان البيت.

212) Vocab. أَجْر saepius *praemium in vitâ futurâ* exprimit; cf. Koseg. *Chrest. Arab.* p. 86 vs. 8. In 'al-Mo'tamidi carmine (apud 'Ibno-'l-Ḫaṭīb MS. fol. 184 v.) deinde edendo, est versus:

(البسيط) يا ربّ ان لم تَدَعْ حالاً اسرّ به   فهبْ لعبدك أَجْرَ غيرَ ممنونِ

Quia vos amisi decidit a me corpus mathematicum [213], et tamen non mortuus sum; nunc dicor promissis stans: attamen (prae mortis timore) retrocessi ad promissa violanda.

Abiistis, et utinam vitae spatium postea breve sit, neve cunctentur dies brevem reddere vitae meae mensuram [214].

Mi Domine! si mihi non concedis conditionem quâ laetus esse possum, da tunc servo tuo praemium in vitâ futurâ quod non diminuitur.

Legimus apud 'Ibno-'l-Ĉatîb-*um* (MS. fol. 17 r.), Wezîrum cum rege Granadae venisse ad Jûsofum 'ibn-Tâŝifîn, ut bellum contra Infideles coniunctim eum eo gereret لرغبته فى الاجر *quia valde cupiebat*, pro hoc Deo grato facto, *praemium in vitâ futurâ accipere.* Eodem modo partic. مَأْجُور in de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ١٣١ vs. 6 exprimit *praemium a Deo exspectans in vitâ futurâ.* Quinta forma verbi اجر (quae plane deëst in Lexico), exprimit etiam *mercedem meritus est in vitâ futurâ.* In 'Ibn-Gobairi *Itinerario* (MS. 320 p. 207) est: فتاجّرَ هذا الرجل المرغوب اليه بقبول ذلك. Et alibi (MS. p. 195): ما مِنْهم الّا مَنْ يصوم الاشهر تَطَوُّعًا وتَأَجُّرًا.

Caeterum vides, in textu esse lusum in nominibus propriis poëtae filiorum, ut quoque in huius carminis vs. 9°.

213) In voce مقدار, Freytagius in Lexico citat locum ex libro *Ta'rîfât*, sed valde ibi est corruptus; in editione Constantin. (p. 175) sic offertur: المقدار هو الاتّصال العرضى وهو غير الصور الجسمية والنوعية فان المقدار اما امتداد واحد وهو الخطّ او اثنان (اثنين .l) وهو السطح او ثالثة وهو الجسم التعليمى فالمقدار لغة هو الكمية واصطلاحًا هو الكمية المتّصلة التى تتناول الجسم والخطّ والسطح والثخن بالاشتراك فالمقدار والهوية والشكل والجسم التعليمى كلها اعراض بمعنى واحد فى اصطلاح الحكماء. Patet igitur مقدار esse vocabulum mathematicum, inter alia *perfectum corpus mathematicum*, longitudine, largitudine et profunditate praeditum, denotans. Eodem sensu 'Ibn-Ĉâqân (*'al-Qalâyid* MS. A. II., p. 145) vocabulo مقدار utitur, de viro dicens: مقدارٌ له النافلة فى الجلالة والفرض, *erat perfectum corpus mathematicum, cui honor et lege praescriptus et non praescriptus tribuebatur.* Iam a tali corpore unâ harum dimensionum detractâ, ipsum corpus non amplius exsistit. Tali corpori mathematico poëta se ipsum, cum filiis coniunctum, hic comparat. Filii mortui erant, consequens igitur erat ut ipse mortem oppeteret. Hoc autem non fecit, addit itaque: *nunc dicor promissis stans*, *attamen* (prae mortis timore) *retrocessi ad promissa violanda.* Vocabulum enim وَفِى significare debere *promissis stans*, tum iam probabile est ex seq. الغدر, quod ut ait 'at-Tibrîzî (ad *'al-Ḥamâsam* p. 31) significat ترك الوفاء, tum reverâ hoc sensu occurrit in Koseg. *Chrest.* p. 100.

214) Sic قَدْر hic vertendum existimo.

Etiamsi reverteremini (ad nos) profecto malletis in terram madidam [215] reverti, videntes me in carcere versari.

Repetit meis auribus carmen suum ferrum dum grave est [216], et ad fletum impellit oculum sono et voce.

Mecum sunt vestrae sorores quae pereunt vobis amissis, materque vestra [217] prole orba, cui ardet cor.

Valde flet, tales effundens lachrymas qualium similes pluvia non habet; deinde prohibet eam pietas, cuius admonitioni [218] aurem praebet.

O Abū-Čālid haeredem me fecisti doloris qui aeternus erit! O Abū-'n-Naçr, ab eo inde tempore quo mihi valedixisti, reliquit me auxilium meum!

Exitium autem vestrum cordi non unum tantum suspirium [219] servandum dedit; imo exnouet, quamdiu existo, dolorem qui ortus est postquam Abū-Āmro orbatus eram.

Contraxerat autem ·al-Moꞌtaçim bi-'l-láh ·ibn-Çomādiḥ intimam amicitiam cum Impera-
p. 49. tore Fidelium, tempore quo hic ex Africâ venerat ad defendendam Hispaniae insulam, quum in hanc hostis os aperiret [220], et causa esset incolis lachrymas fundendi [221] sanguini similes, animos metu implens, et unamquamque navem vi capiens. At tunc per hunc

---

215) Vocab. ثرى, *terrae partem madidam quae sub solo et aëri non exposita est* denotans, saepius de *sepulchro* usurpatur. Cf. supra in textu sqq. locos: p. 56 vs. 4; p. 71 vs. 3 a f. In ·*al-Matmaḥ* (MS. fol. 69 v.) sequens exstat versus:

(البسيط) سقاهم الموتُ كاسًا غير صافية فصيّرتهمْ لاطباق الثرى رهنا

Vide etiam Ibn-Čallicān, ed. Wüstenfeld, Fasc. VII. p. 141. Infra (p. 49 vs. 3) eodem sensu ندا occurrit.

216) ثقيلًا exprimit *conditionem* (حال) ferri. — Infra (vide supra textum p. 65 vs. 9) catenam suam vocat ·al-Moꞌtamidus *cantatricem Āgmātensem*.

217) Nempe ·ar-Romaikīja de quâ deinde sat multa in hoc opere occurrent. Erat mater ·al-Fatḥi et Jezīdi, non vero Abū-Āmri.

218) Infin. زَجْر (occurrit etiam apud de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. ١.٣ vs. 7; *Noct. Arab.*, ed. Macn.. p. 79) Lexico est addendus.

219) In textu typothetae errore est حَسْوَة; substituatur حَسْرَة.

220) Cf. supra p. 24 vs. 4 et ann. (86) in p. 28.

221) Lectio Codicis Ga., pro ارسل exhibentis أسال bonum sensum praebet, sed ارسل (in quâ lectione reliqui consentiunt) apud Ibn-Čāqānem nonnunquam *demisit* significat, et adhibetur de rebus madidis quae *effunduntur*, ut in ·*al-Qalāyid* MS. A. II. p. 141: ارسل بها (scriptis suis) غمام الاحسان هاتلا, ut legitur in A. et B., Ga. اسبل offerente.

virum gladiorum hostilium aciem Deus crenis implevit, eique in hostem ius et potestatem concessit, ita ut hunc confoderet et percuteret. Tunc vero hostis astra fausta non erant, nec cessabat Imperator Fidelium hostis Satanos lapidibus iacere [222], illo nempe die Veneris [223] quo nulla hominum solennis erat congregatio praeterquam in terrâ madidâ [224], quo nulli inclinato corpore preces peragebant praeter hostium capita, quo nullus has preces prolongabat [225] praeter hastam et ensem, et quo nullus preces cum genuum flexione peragebat nisi heros audacissimus. Hic autem erat dies qui 'Islâ*mismo* medicaretur, quum moribundus esset [226], vindictamque integram caperet de celebratissimis Christianorum proeliis. Al-Mo'tamid*us* autem in illo erat conspicuus, summaeque erat utilitatis; manifestus erat densus pulvis quem (generoso impetu correptus) se efferre fecit, et migrare fecit Christianos ex vallibus et viis montanis quas occupaverant, postquam eorum (in certamine) ardorem esset expertus, amarissimum potum quem praebebant, bibisset, hostis ei manum vulnerasset et eius frequentem exercitum fregisset. Reliqui autem Hispaniae principes illo die ex proelio fugerant, ita ut, illo durante, nulla horum cuspis officium suum praestaret, nullaque pulveris nubes horum palpebras quasi collyrio illineret, dum interea 'al-Mo'tamid*us* hostium hastis pectus offerebat, hastaeque superbe incedebant, non inflecti se sinentes [227] ab eius habenâ. De hoc autem die cecinit 'Ibn-'Obbâda [228]:

Dixerunt: vulnerata est eius manus! Nos vero respondimus: num matutinam nubem [229] adoriuntur vulnera?

---

222) Pronomen in شياطينه ad hostem, alterum pron. in رجومه, ad Jûsofum spectat. Innuit autem auctor morem qui in sacrâ peregrinatione obtinet; quum enim in Wâdî Minâ veniunt peregrinatores Satanam, ut aiunt, lapidibus iaciunt. Cf. Burckhardt *Travels in Arabia* II. p. 57 sq.

223) Cf. supra p. 93 ann. (104).

224) Id est *in sepulchris;* cf. supra p. 114 ann. (215).

225) Cod. A. vocales habet adscriptas يُطَلِّ; male. Nostrum locum plane illustrat alius in Koseg. *Chrest. Arab.* p. 119: وركع فاطال وساجد فاطال.

226) Lexico est addendum, simplex أشْفَى significare *imminentem sibi habuit mortem.*

227) Quid Codicum lectiones hic sibi velint, fateor me non assequi.

228) Duo poëtae Hispani mihi noti sunt, qui 'Ibn-'Obbâda vocabantur. De utroque brevissimum caput exstat in *Achbâro 'l-molûk* (MS. 639 p. 260 et p. 263). Primus vocabatur 'Abû-'Abdo-'l-lâh Mohammed 'ibn-'Obbâda 'al-qazzâz, alter 'Obbâda 'ibn-Mohammed 'ibn-'Obbâda 'al-qazzaz. De *primo* credo in nostro textu sermonem esse; nam *hunc* carmen composuisse in 'al-Mo'taçimum (Almeriae regem) in opere laudato lego; unde patet, eum 'al-Mo'tamidi fuisse aequalem. Alterum *huius* 'Ibn-'Obbâdae fuisse filium ex ipsis nominibus iam satis constare arbitror.

229) Poëta hic regis manum, ex Arabum more, cum nube matutinâ comparat, copiosam pluviam (beneficia, cf. vs. 4) emittente.

p. 50. Non autem vulneris indicium est id quod vidistis, ita ut illam [230] debilitent enses et hastae;

Sed copiosus ex illâ fluit torrens fortitudinis, quapropter est in illâ ex huius cursu fissura [231].

Illa iam sanata est profuditque res optatas, et copiosae ex illâ fluxerunt beneficentia et liberalitas.

Vidit ab eius ('al-Mo'tamidi) parte in illâ Abû-Ja'qûb [232] aquilam, cui ala non erat fracta [233]:

Tunc dixit ei: tibi sit septima sagitta [234], quoniam tuâ egregiâ fortitudine sagittae scopum attigerunt [235].

Et de hoc die cecinit Abdo-'l-Galîl, innuens Imperatorem Fidelium huiusque eximiam fortitudinem, qui scilicet cum 'al-Mo'tamido sincere egerat eumque adiuverat. Primus carminis versus est:

Videntur mihi res ingratae [236] belli [237] dicere: Salus sit tibi! tum a tuâ parte iis non austerus est risus [238].

Ex eo sequentes quoque versûs desumti sunt:

Deinde irruit ille [239] in pugnam, ut socius sincerus, eum excitantibus ardore tuendae familiae et officio suos tuendi.

Ille crevit in Ḥimjaris tribu, te autem genuit Lachmidica tribus; hae certo sunt cingula invicem coniuncta [240].

---

230) Pronomen in تورّثنها et (in sq. vs.) in ففيها, ut (in vs. 5°) in فيها, ad *manum* (كفّ in vs. 1°) spectat. *Manus* illa spectatur etiam in vs. 4.

231) Qualis nempe est in monte ex quo torrens prorumpit.

232) Id est Jûsof 'ibn-Tâšifîn.

233) Missâ praecedenti imagine, ex quâ poëta manum regis cum *nube matutinâ* propter liberalitatem comparavit, nunc eandem comparat, propter fortitudinem, cum *aquilâ* validâ, maximo impetu praedam arripiente.

234) Id est *optima portio*; cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 77 ann. (47).

235) Haec signif. verbi ضرب *scopum attigit* (de sagittâ) Lexico est addenda.

236) Vid. supra p. 102 ann. (194).

237) Ut saepissime simplex pron. ها ad subintellectum subst. fem. gen. خمر *vinum* spectat, sic hic sine dubio spectat ad subintell. subst. حرب *bellum*, quod etiam fem. est generis.

238) Sensus est: Salutat te (nempe 'al-Mo'tamidum) bellum, et tu salutationem accipis.

239) Nempe Jûsof 'ibn-Tâšifîn.

240) Ad 8am formam verbi لحم (cuius haec signif. Lex. est add.) cf. *Noct. Arab.*, ed. Macnaghten, I. p. 41: التحم الحائط كما كان (fissus) *murus se coniunxit ut antea fuerat.* Sententia est:

Ipsius torrenti tu viam apertam aperuisti, tunc ille advenit dum in ipsius undâ intumescente erat vehementia,

Et illo omnino diffusus est [241] collis arenaceus Infidelitatis, et, illo auctore, omnis terra mollis [242] facta est arenae acervus.

Mane vero creavit [243] in terrae superficie aliam terram, cuius loca depressa iis [244] erant colles.

Eorum vero tantus erat numerus ut computando definiri non posset [245], et ut eos omnes catalogus [246] continere non posset.

Coniunctae erant contra illum ferae bestiae pluribus agminibus, neque iis deërat potus et cibus [247].

Sin autem evasit iste maledictus [248], non evasit tamquam ingenuus sed ut evadunt homines viles.

Alphonse! vanâ cupiditate decepte! cur non remotum te tenuisti a senibus, o puer!

Interrogabunt te mulieres, non viri [249]; narra tunc quod pone te est, o 'Içâme! [250].

---

inter tribum Himjaris et tribum Laćmi est cognatio. Himjar nempe erat filius Sabâï (a quo originem ducunt quotquòt sunt Arabum *Jemanensium* tribùs), et alius filius Sabâï, nempe Âmr, erat pater Laćmi. Vide Pocock. *Spec. Hist. Arab.*, ed. 2ae, p. 41 et 45.

241) Codex Gothanus hic seq. offert glossam: قوله فهيل به كثيب الكفر اى سال وصبّ استعارةً لاستيصالهم عَدَدُهم الكثيرُ الشبيهُ بالكثيب المسيل اهـ. Comparat poëta Jûsofum cum torrente qui omnia funditus evertat, colles arenaceos rapiat et alio loco reponat.

242) Ad adiectivum رَقِيقَة, subst. fem. gen. أرض cogitatione est supplendum.

243) Lexico addendum est, quartam formam verbi صبح significare: *fecit ut mane existeret* aliquid cum acc. Cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 176 ann. (307).

244) *Hostibus* scilicet, id est, *horum cadaveribus.*

245) In Codice Gothano hic sequens exstat scholion: قوله عديد لا يشارفه حساب اى لا يحيطا به لكثرته مبالغة وكان كما قيل ثمانين الف فارس ومائتى الف راجل لم ينج منهم الا الفنش فى اربعة مائة مات اكثرهم بالطريق فامر امير المسلمين يوسف بقطع روس القتلى وذمهم (fort. leg. وقسمهم) على مدن الاندلس وبلاد العدوة واستشهد فيها من المسلمين نحو الثلاثة الاف نصر الله وجوههم ۞

246) De vocab. زمام cf. supra p. 74 sqq. ann. (15).

247) Id est: hostium exercitus commeatu bene erat instructus.

248) Nempe Alphonsus.

249) Hi enim in proelio erant interfecti, mulieribus solis superstitibus.

250) Verba ما وراءك يا عصام sunt proverbium (cf. Freytag *Proverb. Arab.* II. p. 589 sqq.), de cuius origine dissidium est inter Arabum philologos. In Codice Gothano seq. hunc ad locum reperitur

p. 51. 'Ibn-Çomādiḥ ²⁵¹ autem non cessabat operam dare ut ei (Jūsofo) placeret, omnibus iis quae gratiam alicuius conciliare possunt, et corrumpere amicitiam quae inter hunc et ·al-Mo'tamidum intercesserat, eamque destruere, et simultatem excitare inter hos dissensionemque. Al-Mo'tamidus autem, certior factus de turpi eius studio et cognitam habens veram conditionem eius protervìae, scripsit ad eum ²⁵²:

O tu qui obliquis verbis me indicas, cupiens malo me afficere! cave ne obviam (mihi) venias, nam consilium dedisti cuius te poenitere poterit.

Quis tandem istum decepit? An nostra facilis lenisque indoles? At venenum reconditum est sub leni tactu serpentis!

Paragraphus, quae hic in Ibn-Cāqānis opere sequitur, iam edita est a Cl. Weijers in Spec. p. 49 vs. 2 a f. — 59, *et ibidem versa* p. 176 usque ad finem. *Quapropter eā praetermissā ad sequentia pergimus.*

Postquam autem destructum erat solium Califatūs huiusque astrum fefellerat neque

---

glossa: ما وراءك يا عصام لفظ مَثَلٍ وأَصْلُهُ أن عصاما وهو حاجب النعمان بن المنذر وكان (و dele) يدخل عليه ويخرج للناس فيقال له ما وراءك يا عصام قال النابغة

(الوافر) أَلَمْ أُقسِمْ عليك تُخْبِرني   أَمَحْمولٌ على النعش الهُمامُ

فانّى لا الام على دخولى   ولكن ما وراءك يا عصام

(In primo prioris versûs hemistichio satis rarus pes مَفَاعِتُنْ occurrit. Secundus versus exstat quoque in Freytagii opere (*Prov. Arab.* I. p. 746) sed hoc modo:

فانّى لا أَلُومك فى دخولٍ   ولكن البيت:

quod longe melius, nam lectio Cod. Goth. sensu carere mihi videtur).

Et reverâ credo, traditionem quam refert Schol. Goth. spectasse 'Abdo-'l-Galīlum, non aliam. Quum nempe ·an-Nomān ·ibno-'l-Mondir aegrotaret, regis cubicularius 'Içām ·ibno-'s-Šahbar (cf. de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. 419) solebat solus apud eum intrare, interrogabantque palatio exeuntem homines quaenam regis esset conditio. Inter hos ·an-Nābiga, poëta celebratissimus (cf. de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. 412 sqq.) sequentibus versibus eum allocutus est:

Nonne tibi adiuravi ut me dicas, utrum princeps in feretro feratur necne?

Nam ego te ob introitum non vitupero, sed quid pone te est o 'Içāme?

Cf. Freyt. l. l. II. p. 594 med.; 745 in f. sq. — Sententia nostri loci est: *narra quae tibi acciderunt!*

251) Resumit hic auctor quae supra dixit (text. p. 48 vs. 1 a f., versionis p. 114 vs. 4 a f.); quae enim hunc inter et illum locum leguntur, quasi in transitu dicta sunt.

pluviam demiserat, diruta erat columna 'Imāmatûs huiusque vestigium erat obliteratum, regnum unusquisque sibi arrogaverat, et incolumitas in calamitatem erat mutata [252], tunc milvi vultures facti sunt [253], laetâ conditione usi sunt manipuli herbarum [254] et dorcas in suo latibulo facta est leo [255]; unusquisque cum suis seditionem movit; vacui erant (in templis) suggestûs illis qui eos conscendere solebant [256], nec habebant dies sacri qui tempora ipsorum indicarent.

Granadae Bādîs 'ibn-Habûs ludebat puerorum suorum agmine [257] circumdatus, deflectens a viâ aequitatis huiusque tramite, audax adversus Deum eumque non timens, per noctem iens ad id quod volebat, rerum exitum non curans [258]; eius hastae cuspis excluserat eius linguam [259], et praecesserat noxa quâ homines afficiebat eius beneficium. Verbo, erat vir qui propter crimen noctu se poenitentiae non tradebat, et qui aquam non bibebat nisi ex puteo sanguinis; virum providum declarabat [260] talem qui dolo deciperet et fraude uteretur, et peccatorem declarabat [261] talem qui vespertino tempore

---

252) De hac signif. verbi حال cf. supra p. 78 ann. (32).

253) Proverbium est in 'al-Maidânio ed. Freytag I. p. 6. Cf. inprimis docta ad hoc prov. annotatio Ill. Quatremère in *Journ. Asiat.* III. V. 16 sq. Deinde videbis, 'al-Marrākišium eàdem in re eodem uti proverbio, et est omnino frequentissimi usûs.

254) Id est: homines viles nulliusque pretii optimâ nunc gaudebant conditione. Hoc proverbium, idem quod praecedens et sequens exprimens, frustra quaeres et apud 'al-Maidânium, et inter proverbia a Freytagio ex aliis auctoribus petita, et in priore parte tomi tertii operis c. t. *Arabum Proverbia* invenienda.

255) Id est: homines ignavi fortitudinis speciem prae se ferebant. Etiam hoc proverbium in Freytagii opere desideratur.

256) رُقاة (cf. infra in §. 3. MS. A. p. 51) est plur. a part. راقٍ, a verbo رقى, *adscendit*. Teneatur autem Ćalifas ex gente 'Omaijadarum summam potestatem tum in rebus civilibus tum ecclesiasticis tenuisse.

257) De voc. فريق cf. supra p. 27 ann. (76).

258) Lexico addendum, 8am formam verbi لقى non tantum cum الى, sed etiam cum ل construi. Sensus est: non curabat num suis sceleribus a Deo in vitâ futurâ poena constituta esset necne.

259) Recte, ut solet, observavit Ill. Quatremère (*Histoire des sultans mamlouks* I. part. I. p. 11), verbum حجب significare *exclure quelqu'un, lui refuser l'entrée auprès du prince*, et proprie de cubiculario principis adhiberi. Sententia igitur nostri loci mihi haec esse videtur: *omnia ense diremerat, postpositis de rebus consultationibus.*

260) Haec signif. 4ae formae verbi حزم, nempe حازمًا (*virum providum*) *declaravit*, Lexico est addenda.

261) Haec sign. 4ae formae verbi جرم, aliquem جريمًا *peccatorem declaravit*, etiam Lexico est addenda.

precibus [262] et itidem tempore matutino solenni sacrae orationi adesset. Non autem desierat ardere (alacritate) in locis a se habitatis, et studiose curare tractûs suos [263], dum nullâ morâ nullâque properatione expetebatur [264], nullusque finitimus eum timebat [265], antequam committeret regnum suum Iudaeo cuidam et hunc (regno administrando) sufficere putaret [266]; tunc ipse currebat in negligentiae hippodromo, donec ad
p. 52. huius metam perveniret [267]. Tunc perditum est eius imperium propter poculum maius matutinum; cura eius in potu vespertino et matutino erat posita; eius regiones talis erant locus, ubi unusquisque vir audax facere posset quidquid vellet [268], et velum eius erat in manu illius qui illud lacerabat [269]. Venit autem ad 'al-Mo'taçid*um* bi-'*l*-lâh de hisce nuntius foecundans bellum, et in partu iuvans hastas confodientes gladiosque percutientes. Hic enim talis erat vir ut vel sub alis aquilarum aves venaretur, et ex faucibus draconis praedam subriperet. Direxit itaque Malagam versus sagittam et cuspidem, et reduxit ad hoc oppidum oculum suum digitosque [270], et firmiter sibi proposuit ut illud

---

Lectionem Codicis 'Ibno-'l-Catibi, أفجر exhibentis, (aliquem *improbum*, *scortatorem declaravit*) pro glossâ habeo.

262) Ex peculiari vi verbi ابتكر, ut quoque ex usu verbi أجرم, satis patet, verbum راح hic significare: *tempore vespertino precibus adfuit.*

263) De signif. vocis مناحى disputavit Cl. Weijers in *Orient.* I. p. 403 sq., ubi nostrum quoque locum citavit.

264) Id est: *omnia tunc peragebat suo tempore.*

265) Erat nempe tunc pacis amans.

266) Cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 20 et ann. (21) in p. 70. Ibi 10ª forma verbi كفى c. ب pers. et acc. rei significat *putavit aliquem sufficere alicui rei.* In nostro vero loco haec forma cum acc. pers. construitur et res non nominatur, sed subintelligenda est.

267) Haec significatio 10ae formae verbi وفى Lexico est addenda.

268) Tam A. quam Ga. exhibent مَراد (B. et G. vocalem non addunt): quum igitur مَراد significet *locum quo in pascuis cameli modo prodeunt modo retrocedunt*, et مَراد الريح (locus) *quo flat modo ab uno, modo ab altero latere ventus:* generaliore itaque sensu: *locum ubi facere potes quidquid velis*, non dubito, quin verba بلاده مراد للفاتك hic id quod in versione expressi, significent.

269) Id est: unusquisque qui vellet eum dedecore afficere poterat. Vocab. enim ستر tale designat velum, vel cortinam, quo vel mulieres vel principes hominum oculis subtrahuntur, et quo retecto, tum mulieres, tum principes, dedecore afficiuntur.

270) Ni fallor, sensus est: studiose observabat quid in urbe ageretur, et saepius ad huius incolas militesve epistolas misit. Lectio Codicis A. طرقه وعنانه i. e. طِرْفَه وعِنانَه *et reduxit ad hoc oppidum equum et frenum suum*, admitti nequit, nam tunc 'al-Mo'taçim*us* ipse Malagam se contulisset, quod, ut e sqq. patet, haud ita erat.

penetraret [271] ut penetravit Sapor ad 'al-Haçr*um* [272], et certum propositum cepit illo potiundi, ut Prophetae (cui Deus benedicat!) certum erat propositum potiundi arce Naçîr*idarum* [273]. Misit itaque ad illud suum exercitum, cuius agmina se comprimebant, cuiusque undae inter se collidebantur. Huic praepositus erat gladius eius strictus, et mors quae a suâ parte apud alios diversari solebat, filius nempe 'al-Mo'tamid*us*, venenum hostium, occisor leonis irruentis [274]. Quum autem hic urbi immineret, haec matrimonium cum eo iniit [275], et effecit ut suum dorsum conscenderet [276], exceptâ arce: haec enim se defendebat agmine Nigritarum Mauritanicorum, quibus non placebat urbis scortatio, et qui non sanciebant eius matrimonium. Dum illi vero se defendebant dumque asperos se praebebant hostesque repellebant, columbae ope ad Bâdîs*um* hac de re

---

271) Lexico addendum, 2am formam verbi صمّ, cum الى constructam, significare *firmiter sibi proposuit ut penetraret ad*. Cf. supra in textu p. 54 vs. 2 a f. In 'al-Qartas*o* (ed. Tornberg, p. 104) legitur: وصَمَّمَ قوّاد لمتونة الى لقاء العدوّ ومناجزته فالتقوا فكانت بينهم حروب عظيمة لم يسمع بمثلها ۞

272) Al-Haçr est Mesopotamiae oppidum, in bellis Arsacidarum contra Romanos celebritatem nactum; cff. auctores, citati a Doct. Mohl in *Journ. Asiat.* III. XII. p 500. Quae hic autem spectatur Persiae principis adversus hoc oppidum expeditio, a nonnullis Sapori, filio Ardeschiri, a Firdausio autem Sapori Dû-'l-actâf tribuitur. Cf. ibid. p. 505.

273) النّضِرِ hic in homoeoteleuto est pro النّضرى, nomine relativo, ab auctore libri *Lobbo 'l-lobâb* omisso, ubi scilicet tantum النضيرى exstat, sed a Freytagio ex *'al-Qâmûso* recepto. Designat autem *hominem ex* بنو النضير (tribu Iudaicâ) *oriundum*. Spectat auctor hoc loco bellum quod Propheta, quarto fugae anno, mense Rebi'i primi, contra hanc gessit tribum, cuius arcem per sex noctes, vel, secundum alios, per quatuordecim dies, gravissimâ obsidione pressit. Vide Abû-'l-fedâi *Annal. Moslim.* I. 103; Hammeri *Gemuldesaal* 1. 136 sq.; Weil *Mohammed der Prophet* p. 134—139.

274) Ad literam: *mors leonis irruentis.*

275) Vocabulum صفقة proprie designat *plausum manuum*, qui obtinet in emtione venditione, et etiam in matrimonio incundo, quia tunc scilicet puella a patre emitur. In alio nostri auctoris loco (MS. A. II. p. 53) eadem occurrit phrasis, nempe in capite de 'Ibno-'l-Jasa'. Quum mortuus esset 'Ibn-Labbûn, Lorcae praefectus, et huius urbis imperium ad 'Ibno-'l-Jasa*um* pervenisset: طلب مَلكًا "يعطيه صفقتها ' ويمطيه صهوتها", *hic quaesivit regem cui urbem in matrimonium daret, et quem huius dorsum conscendere faceret;* quia scilicet ei ab hostibus erat metus, noluit solus esse urbis princeps, sed cupiebat ut alius maior princeps ipsi hanc urbem tamquam in feudum assignaret.

276) Urbs hic sub imagine equae, deinde autem iterum sub imagina puellae proponitur.

nuntium miserunt [277], qui principem ad se reduxit [278] ex ebrietate suâ, et dedecore affecit propter puerilem suam insipientiam. Statim itaque cohortem suam exire iussit, quae iaculari solebat ense [279], dum non abscindebantur ab hastis fragmenta [280]. Huic praepositus erat 'Ibno-'n-Nāja, excercitûs dux, et talis qui ignem eliceret ex principis igniariis. Et iam consilium dederant 'al-Moʿtamido milites Berberici qui cum eo erant, ut se recreandi spatium concederet obsessis, qui se defendebant; deverterant eum ab iis adoriendis, ab eundo ad eos vespertino matutinove tempore; prohibuerant eum quominus contra eos pugnaret [281], eumque cupidum reddiderant, ut eos in hospitium exciperet: hoc autem ideo tantum fecerant, ut cognatos suos in vitâ servarent, et ut sibi servarent [282]

---

277) Secunda forma verbi طار significat *fecit ut volaret*, ut in loco 'Ibn-Baṭūṭae *Itinerarii* (MS. Cl. de Gayangos fol. 7 r.): وطَيَّرَ الحمام بالخبر الى الملك الناصر *volare fecit columbam cum nuntio ad 'al-Melic 'an-Nāçirum.* Alibi (MS. fol. 28 v.): طَيَّرَ الحمام الى طرابلس, *volare fecit columbam Tarābolosum.* Deinde significat, ut in nostro loco, *columbae ope misit* epistolam (c. acc. epistolae) ad (الى) aliquem. Manifesto hoc ostendit sequens 'Ibn-Ĉāqānis ('*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 84) locus: فكتب اليه رقعةً وطَيَّرَها

(الطويل) وحَمَّلْتُ ذات الطوق منى تحيّةً   تكون على افق المرية مجْمِرا

Tunc scripsit ad illum poëmation, et hoc ei misit ope columbae:

Portare feci (columbam) *torque ornatam a meâ parte salutationem, quae in finitore Almeriae erit suffimentum.*

Denique simplex طَيَّرَ significat *ope columbae misit epistolam* ad (الى) aliquem, ut apud 'Ibno-'l-Ĉatib (MS. 174 r.): وقد طَيَّرَ الى اخيه فاقبل فى شرذمة من خواصّه. Quae Lexico sunt addenda.

278) Haec transitiva significatio 4ae formae verbi صحا Lexico est addenda.

279) Glossa Cod. C. haud ab omni parte est probanda; ex 'al-Qāmūso (ed. Calc. p. 364) enim patet, أَرْبَدُ significare حية خبيثة والاسد, et رُبَدٌ ibi explicatur الفرند; hoc postremum vocab. (cf. ibid. p. 400) significat السيف. Causa vero cur ediderim بالرُّبَدْ ex *solo* C. inprimis in homoeoteleuto cum القَصَدْ (nescio enim quo alio modo hoc pronuntiandum esset) sita est. Lectio بالزّند (*igniario*) quem solus I. offert, bonum quidem praebet sensum, sed statim deinde sequitur مورى زنده, quae igitur ingrata foret repetitio, et deinde cum القَصَدْ probandum homoeoteleuton non efficit. Quid reliquorum بالزبد sibi velit, non intelligo.

280) Ad ولا تنثنى (legit autem ولا تثنى) Cod. C. addit glossam اى لا تنعطف ولا ترجع. Sententia est: *dum hastae non frangebantur.*

281) De hac signif. 3ae formae verbi نزل cf. supra p. 106 ann. (183).

282) Lexico addendum, 8am formam verbi وقى significare *sibi servavit* aliq. c. على.

istos Africanos. Hanc ob causam deflexit a captandâ occasione eos capiendi [283], et a liberandis iis animorum angustiâ [284], ad recreationem [285] a suâ fatigatione, totum se ludo et ioco tradens [286]. Eius socii in varios tractûs abierant ad quaerendas fidicinas, et ad impetum faciendum in voluptates. Vix autem vespera advenerat, quum iam texerat eum hostium nox, et se effuderat supra eum horum torrens; eius socii autem degebant inter vinum merum, et is qui eos convocaret erat in [287] loco remoto. Tunc, iacturam p. 53.
passo eius proposito, et debilitato eius consilio, incolumis evasit cum veloci iumento et freno [288], seque recepit in arcem quandam, magis nudus quum esset quam gladius [289]. Tunc odit eum 'al-Mo'ta̧çidus propterea quod [290] se recreandi spatium concesserat arcis militibus, et quod aurem praebuerat [291] isti agmini. Percussit eum bacu-

283) Voc. فرصة vel *aggrediendi*, vel *vincendi* vel *capiendi occasionem* denotat. *Aggrediendi occasio* est in sq. 'an-Nowairii loco (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 459): خرج جمع كثير لعلّهم يجدون فرصة وغفلة. *Vincendi occasio* est in Bidp. *Fabul.* p. 6 ubi ter hoc sensu occurrit. *Capiendi occasio* est in his 'Ibn-Ḥaijânis, in loco infra edendo (apud 'Ibn-Bassâm MS. Goth. fol. 38 v.): فرجع الى اشبيلية واصاب فرصته بما قُدِرَ بمغيب والده عن حضرته الى مكان متنزّهه. In *Extraits du Roman d'Antar* p. 7 الفُرَص sunt *occasiones ferarum capiendarum*.

284) Sententia est: ab iis capiendis et interficiendis.

285) De 10ᵃ formâ verbi راح, cf. infra.

286) Proprie: *et ad castra ponenda ante ludum et iocum*, qui hic cum arcibus comparantur. Cf. supra in textu p. 57 vs. 5: لا ينيخ الا على لهو. Vides autem in toto loco innui, 'al-Mo'tamidum eiusque socios nunc aliud, quam antea, belli genus gessisse.

287) Quum praep. من quam Codices offerunt, hic sensu carere mihi videretur, illam in فى mutavi.

288) Verba نجا براس طمرة ولجام, adhibito Scholio Gothano, explicavit Cl. Weijers *Spec.* p. 66 sq. Solenne apud Hispaniae scriptores Arabes erat proverbium; occurrit etiam in 'al-Mo'tamidi epistolâ infra edendâ; in loco 'Ibn-Bassâmi (MS. Goth. fol. 67 r.) legitur: وفارَق عن ذلك المقام ، ونجى „براس طمرة ولجام“; in *Itinerario* Câlidi 'ibn-'Isâ 'al-Balawii (MS. Goth. fol. 14 r.): ونجوتُ „براس طمرة ولجام منهزمًا مكلما ، يثعب جرمى دما“ ☆

289) Plenam phrasin وهو اعرى من الحسام المنتضى *erat magis nudus quam gladius strictus* habuimus supra p. 47 vs. 7. Videtur proverbialis locutio quam tamen in Freytagii de proverbiis opere frustra quaeres.

290) Cod. Ga. hic praepositionem ب addit, sed non necesse est ut addatur, nam verbum حقد cum على pers. et acc. rei *propter* quam aliquem odisti, construi, docet locus 'an-Nowairii *Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 484: كان قد حقد عليه ما آتاه الى بنى ابى عامر.

291) De constr. 4ᵃᵉ formae verbi صاخ cf. supra p. 28 ann. (85).

lis [292], et exemplum edidit in eum [293] veluti exemplum edidit 'al-Coçaij*us* in 'al-Açî*um* [294]. Tunc 'al-Mo'tamid*us* ad patrem scripsit:

Domine! queror apud te de morbo quo cor meum saucium est;

Ira scilicet tua mihi morbum intulit: mitte itaque mihi benevolentiam tuam ut Messiam [295].

Tunc pater ei ignovit et condonavit, et adhaesit ei [296] gratus odor patris benevolentiae et fragravit. Et iam antea ad eum scripserat, quum eum iussisset, incarcerati instar, in loco manere in quem evaserat, curis eum liberare eumque sibi conciliare studens, oblique ei Berber*ibus* indicatis, eumque sibi propitium reddere volens:

Quietum redde cor tuum, ne illud curae [297] auferant; cur tibi sine remissione iteratur tristitia et anxia animi cura?

[Prohibe palpebras tuas (ne lachrymas effundant); ne sinas eas flere, sed constans sis; olim enim, quum res ingrata [298] accideret, solebas te constantem patientemque praestare.]

Si enim fuit fatum, quod me detinuit a re necessariâ perficiendâ: averti non potest quod fatum affert.

---

292) Id est: *modo non decenti et nimis gravi eum punivit;* spectat enim auctor, ni fallor, proverbium in 'al-Maidânî*i* opere (ed. Freytag, II. p. 99) annotatum: العبد يُقْرَعُ بالعصا والحرّ تكفيه الملامة, *servus baculo percutitur, at in libero vituperium sufficit.*

293) Secunda forma verbi نكل non tantum c. ب p. sed etiam cum accus. pers. construi, docet locus in *Commentario ad Ibn-abi-Zaid 'al-Qairawânî opus iuridicum* (MS. 1193 p. 644) نَكّلَ نكالا شديدا ✿

294) Fateri debeo, me nescire quinam viri et quale factum hic spectetur. Notus quidem est 'al-Coçaij (hoc enim huius viri esse nomen, الْقُصَيّ, non القصى cum ص ut est in *'al-Hamasâ* p. 231, patet ex *'al-Qâmûso* p. 1935) filius Kilâb*i*, qui nempe ab Abû-Gobšâno ebrio, templi Mekkan*i* claves, adhibitis testibus, dato vini utre, emit (cf. Freytagii *Proverb. Arab.* I. p. 390 sq ibique citati auctores), et عَصِيّ (sic enim ex membrorum resonantiâ pronuntiandum esse efficerem) verosimiliter etiam est viri nomen; sed hic prorsus mihi est incognitus.

295) Cf. cum hoc versu supra in textu p. 54 vs. 3. Poëta patrem rogat ut ipsi ignoscat et benevolentiae mittat testimonium, quod comparat cum Messiâ, qui, dum in terris erat, aegrotos sanitati restituebat.

296) Ex trium Codicum lectione, Lexico addendum est, verbum عبق non tantum cum ب sed etiam cum ل construi.

297) Hoc saepius فِكَر pl. a فِكْرة exprimit. Cf. Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabigo*) in v. *anxia.*

298) De voce خطب cf. supra p. 102 ann. (154).

Sin autem una tantummodo in meâ fortunâ est frustratio, (cogita) quoties tu quoque bellum gesseris [299] dum victoria a tuis agminibus aberat [300].

O eques [301], cuius impetum evitant heroës! cum curâ asserva ferri aciem servi tui, nam illa est secans, ex duro ferro confecta [302].

[Es tu vir liberalis, in elegantioris doctrinae hominum conventu [303] ingentia dans beneficia [304], sed illa pauca esse credens, et se de horum paucitate excusans [305]!]

[Cuius manum omnes viri strenui osculantur, et quam nos lapidem [306] putaremus, nisi obstaret eius mador [307].]

Triverunt me [308] calamitates, quas tu nosti, et quibus auctoribus subito occupavit p. 54.
impuritas locum ubi spes mea multiplex ad aquam hauriendam ire solebat [309];

Timore itaque perculsus est animus, oculus lachrymis perfusus, vox fere exstincta, oculus fractus,

---

299) Observandum est, tam A. quam B. غزوتَ offerre; reliqui vocalem non addunt.

300) Ad ومن اشياعك الظفر voc. بعيد vel simile quid supplendum videtur. Similiter voc. بعيد cogitatione supplendum est in loco, qui supra in textu exstat p. 62 vs. 1 a f.

301) De accus. in يا فارسًا cf. supra p. 95 ann. (117). Vides autem, poetam patrem alloqui.

302) Sententia est: ne me spernas sed honores, nam fortitudine emineo, etiamsi nunc sinistrâ usus sim fortunâ.

303) Ex lectione quam Codd. hic offerunt, مبتديا vertendum esset: *Es tu vir liberalis, ingentia dans beneficia incipiens* vel *initio;* quod sive satis frigidum est, sive ineptum. Non dubitavi itaque illud مبتديا in منتديا mutare, quod optimum hic praebet sensum, et quod librariis non fuisse familiare probant corruptae lectiones, quae supra exstant p. 43 vs. 2, ubi ينتدون recte exhibet G., quum *ibi quoque* in B. male يبتدون legatur. Caeterum cf. supra p 96 ann. (124).

304) Ad literam: *dans mille* scil. dinâros.

305) Ex lectione al-Maqqarii Codicis est: *sed qui deinde invenitur se excusans.*

306) Innuit poëta lapidem nigrum in templo Mekkano, quem maxime honorant Moslimi et in sacrâ peregrinatione osculo tangere solent.

307) Est hic lusus verborum in ambiguâ vocis ندى potestate, tum *madorem*, tum *liberalitatem* exprimentis.

308) Ex fortasse praeferendâ lectione aliorum Codicum أخْلَقَتْنِى exhibentium, foret, *promissis mihi datis non steterunt fortunae vices* caet.

309) *Spes multiplex* hic cum tribu comparatur, (ut *vota* in Hoogvlieti *Spec.* p. 47, cf. editoris ann. (16) in p. 61) quae ad certum locum ire solet, aquae hauriendae ergo. Hunc locum inimici v. c. impurum reddiderunt, ut *calamitates multiplicem spem.* Plane simile est illud quod infra, in loco 'Imâdo-'d-dini occurrit (MS. Paris. fol. 143 r.): ولم تزل ايامه صافية المشارع من الكدر. Sententia nostri loci est: *spe omnino sum deiectus.*

Colore mutatus sum, licet nullus in corpore morbus adsit, et capite canus factus sum, licet nondum me attigerit senectus.

Non commisit servus tuus crimen quo obiurgatione dignus factus est, et tamen, en! ille te alloquitur se excusans.

Culpa tantum incumbit populo, qui odium reconditum [310] fovet; eodem tempore quo tu erga eos promissis stas, isti fraude utuntur.

Est populus, in cuius monitu sinceritatis speciem prae se ferente est deceptio, cuius amor est odium; sunt viri quorum utilitas, si nummos ex alterâ specie in alteram permutant, est damnum [311].

Cernitur odium in verbis, quando vocem edunt, et cognoscitur malevolentia in oculis quando spectant.

Postquam autem apparuerat bellum civile, se effuderat huius torrens, et texerat huius vestis syrma quietis pulchritudinem, obsesserunt Morābit*ae* Cordobam, in quâ erat eius filius 'al-Ma'mūn*us*, celebratissimus principum sui temporis virtutibus, eorumque felicissimus, qui nunquam occupatus erat in porrigendo vino, neque calcabat [312] rebellionis viam, ad poenitentiam ducentem. Tunc illam urbem per aliquot menses obsidebant, et adeo eam obsidione cingebant et arcte includebant, ut dixisses ideo circum eam demissas fuisse cortinas; invadentes eam serpentium instar, et mane ad eam adducentes gravem obsidionis morbum. Conceperat vero 'al-Ma'mūn*us* animo timorem et exspectabat ab iis malum grave quod ipsum obiret. Transportare itaque iussit familiam et opes 'al-Modauwar*um* (*Almodovar del Rio*), postquam illam arcem muniverat, et impleverat instruxeratque apparatu bellico. Ipse autem in palatio Cordobensi mansit metu perculsus, primae voci occultae [313] aurem praebens, observansque unde haec veniret, donec Morābit*ae* die quodam ad urbem accederent, ex pacto quod cum incolis inierant, ex quo conscenderent muros et irruerent in urbis loca eminentia et depressa. (Urbem quum intrassent) substiterunt tamen reverentiâ perculsi, et ex alto [314] prospexerunt timentes. Urbis autem populus tesserâ [315] iis signum dabat, et sequebatur cupidines ipsius rebellium

---

310) Lexico addendum, vocab. دَغَل, haud minus quam دَاغِلَة, significare *odium reconditum*.

311) Berber*i* hic cum mercatoris servis comparantur fraudulentis, quibus dominus nummos ex alterâ specie in alteram permutandos committit, et qui dominum decipiunt. Eodem modo rex Berber*is* res suas peragendas et curandas commiserat, sed hi eum deceperant.

312) Constructio quintae formae verbi وغل c. acc., quae paullo infra recurrit, Lexico est addenda.

313) Id est: *unicuique vel levissimo belli rumori.* Cf. supra in textu p. 57 vs. 5.

314) Id est: ex altis muris in urbem prospexerunt.

315) Ut pateat vocab. شعار reverà *tesseram militarem* (*le mot d'ordre*) significare, habeas locum Ibn-

et hominum nequam, at unusquisque tamen cunctabatur et pusillanimem se gerebat, et putabat illud conamen [316] terribile esse, in quod quomodo irrueret, nesciebat. Tandem tamen huius difficultatem levem putaverunt, et penetrarunt in eius vias. Perrexerunt itaque ad palatium; noverant enim exercitum destitisse a defensione et a (principe) adiuvando. Quum eos animadvertisset ʼal-Maʼmūn*us* exiit cum parvo militum numero et gladii acie crenis refertâ. Sed structae erant in eius viâ insidiae [318], et in eâ retia erant tensa, p. 55.
in quibus suspensa mansit eius habena, et ex quibus exitium ad eum iactum est. Tunc se demiserunt in eum ut se demittit is qui vulnera infligit, seque effuderunt in eum, ut aves se effundunt in prata. Tunc nullus ei relictus est locus ubi subsistere posset, nullamque ad evasionem portam inveniebat apertam [319]. Deinde abscissum est [320] eius caput et a corpore divulsum, immissumque est in fluvium, qui illud celeri cursu abripuit [321]. Postquam autem (hoc caput) advenerat in castra (Morābit*arum*) ibique constiterat, elatum est in hastam, cum eo circumiverunt in castrorum lateribus, et eo metu perculsum est cor illorum qui prope castra erant [322]. Eius autem corpus manebat in terrâ proiectum, perinde ac si anima regni non fuisset, nec superbo modo incessisset in huius atriis; similis igitur erat ramo vento agitato [323]. Haec autem summi Dei decreto facta!

Deinde abierunt Rondam, unam ex munitis Hispaniae arcibus et huius metropolibus

---

Batūtae (*Itinerar.* MS. Cl. de Gayangos fol. 208 v.): وامر السلطان ان يكون شعار جيشه دهلى وغزنة فاذا لقى احدهم فارسًا قال له دهلى فانْ اجابه بغزنة علم انه من اصحابه والّا قاتله ✿

316) Pronomen ه in ويعتقده, ut in seqq. infinitivis et in subst. شعايه, ad non ennunciatum, sed cogitatione supplendum substantivum, الشىء v. c., spectare puto.

317) De hac signif. secundae formae verbi صمّ cf. supra p. 121 ann. (271).

318) Vocab. رَصِيدَةٌ cum plur. رَصَائِدُ (cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. 366), *insidias* denotans, Lexico est addendum.

319) Sententia est: in palatio manere non poterat, et omnes tamen huius portas clausas esse animadvertebat. — De 7ª formâ verbi فرج cf. supra p. 15 sq. ann. (64).

320) Cf. supra p. 111 ann. (207): In textu hic pro وجبز lege وحيز.

321) Proprie: *et factum est ut transiret.*

322) Cogita de hominibus campestribus ibi habitantibus.

323) Sententia est: ut ventus ramum huc illuc agitat, sic fortunae vices ʼal-Maʼmūn*um* felicem et infelicem reddiderunt.

altis et excelsis, ex quâ profluunt, etiamsi longa adscensûs sit via et astra [324] castelli pinnis sint propinqua, fontes ex quorum effusione exsistit sonus ut tonitru vehementer sonans, aut ut venti validi; deinde hi fiunt flumen, se circum latera arcis flectens, ut serpens, et huius asperitatem et robur augens. Pro torque autem sibi ceperat [325] arx regiones et tractûs circumiacentes, et curaverat ut sibi in his adessent [326] res necessariae et tales quibus indigebat [327], dum nihil itaque quod petebat arx, cunctabatur, nullusque hostis in illis tractibus concidebat quin ei adhaereret dens et aduncus unguis [328]. Castra igitur (Morābit*ae*) longe ab eâ posuerunt, dum spes nullum de eâ capiendâ iis dederat promissum [329]. Erat in eâ 'al-Mo'tamid*i* filius 'ar-Rāḍ*ius*, qui non curabat quod e regione ipsius obsidionem inceperant, quique hanc obsidionem calamitatibus [330] suis non annumerabat, quia optime se contra eam defendere poterat, et quia nimis alto erat loco quam ut ipsum attingere [331] possent: donec Hispali *res* ad infelicem exitum venissent [332],
p. 56. et pervenisset ad infaustum finem patris imperium. Tunc huic (patri) persuasum est,

---

324) Quum نَجْمٌ etiam collective usurpetur, minime necesse est cum aliis Codd. legere النجوم.

325) Licet verbum تَجَوَّنَ in Lexico desideretur, exsistit sine dubio et est denominativum a substantivo جانٌ (nom. unit. جانَةٌ), quod sive *pericarpium*, sive *torquem margaritarum* designat. Posterior significatio nostro loco alterâ fortasse est aptior. Ex parte conferenda est proverbialis locutio de Rondâ, quae legitur apud Abū-'l-fed*aum* (*Geogr.*, ed. Paris., p. ١٦٦): ‛معقل يعمّم بالسحاب، وبوشّح بالانهار العذاب‘ ✿

326) Quum فيها, quod in textum recepi, trium Codicum 'Ibn-Ĉāqān*is* et 'al-Maqqar*î* Codicis auctoritate nitatur, et quum praeterea homoeoteleuton inter اقطارَها et اوطارها doceat, hoc postremum voc. in accus. esse pronuntiandum: necessario sequitur ut hic 5ᵃᵉ verbi كان formae notionem adscribamus: *fecit ut sibi exsisteret* (cf. forma 2ᵃ); in Lexico tantum significatio passiva *factus fuit*, *exstitit* est commemorata.

327) Solennis est apud 'Ibn-Ĉāqān*em* vocabulorum لبانات et اوطار coniunctio, ut *'al-Matmaḥ* (MS. fol. 56 r.): واقتضى اللبانات والاوطار; *'al-Qalāyid* (MS. A. I. p. 154): طاعت له اللبانات والاوطار.

328) Loca ista circumiacentia cum ferarum lustro, in quod inopinate incidit viator, comparantur.

329) Id est: *non sperantes se eam capturos.*

330) Forma 9ª أزرّ plur. a 9ª رزّ Lexico est addenda.

331) Tertia forma verbi طال hic *attigit* aliquem c. acc., significat, quod Lexico est addendum. Aliud exemplum est in vitâ 'al-Mo'taçim*i* (*'al-Qalāyid* MS. A. I. p. 78): ‛ولم يزل كذلك الى ان نازلته المَحَلّات، وطاولته المَذِلّات‘ ✿

332) Ad literam: *donec Hispali finivit id quod finivit.*

ut ad filium scriberet eo consilio ut hunc permoveret ut a suis arcibus descenderet, et iis (Morābit*is*) traderet suos nobiles milites. Descendit igitur pietati erga patrem obsecutus, et servare volens cognatorum 333 vitam, postquam cum Morābit*is* firmum pepigerat foedus, et inierat cum iis, invocato Dei nomine, pactum, atque solenne securitatis promissum acceperat. Sed quum ad hos venisset et in horum esset potestate, deflexerunt cum eo ad castelli latus 334, sorbendam ei praebuerunt noxam, et interfecto terram madidam 335 in feudum assignaverunt. Ideo sic canit ʿal-Moʿtamid*us*, utriusque filii mortem carmine elegiaco celebrans; (viderat autem columbam, moerorem suum manifestantem, deflentem suo modo habitaculum; ante eam erat nidus in quo duae erant aves repetentes lenem cantum, modulantes sonos, et animi angorem prodentes iucundeque cantantes 336):

---

333) Voc. ذُوُونَ *cognatos* exprimit ut in de Sacy *Chrest. Arabe* II. p. 299. Dubium autem est, utrum hoc vocabulo reverà *cognati* ʿar-Rāḉ*ii*, an ʿar-Rāḉ*ii milites* designentur. Prius si sumseris, statuendum est, Morābit*as* eà conditione ʿal-Moʿtamido eiusque familiae vitam concessisse, ut permoveret ʿar-Rāḉ*ium* Rondam hostibus tradere.

334) Ex lectione Cod. Ga. et Codicis ʿal-Maqqar*ii se a castello semoverunt* Morābitae.

335) Id est *sepulchrum*. Cf. supra p. 114 ann. (215).

236) In Codicis Gothani margine hic sequentia leguntur: قوله ترحة وترنما فعل من الترح بالتحريك من الهمّ انّ قوله ترحة وترنما مقتطع من بيت جميل ابن دويه (جميل بثينة l.) وهو قوله

(الطويل) وما هاج هذا الشوق الا حمامة   دَعَتْ ساقَ حُرٍّ تَرْحَةً وتَرَنُّما

وبعده

عجِبْتُ لها أنّى يكون غناؤها   فصيحا ولم تفغر بمنطقها فما

ولم ارى (أَرَ l.) مثلى شاقَهُ صوتُ مِثْلِها   ولا عَرَبِيًّا شاقَهُ صوتُ اعْجَمِا

البيت الثانى وهو عجبت الى اخره استشهد به ابو (الفرج adde) علىّ على ان الغناء من الصوت ممدود ففغر فاه (فاغِرٌ l.) اذا فتحه قال شارح الابيات اى علىّ وروى ابو حاتم رقيقا مكانَ فصيحا والفصاحة البيان. De celebratissimo poëtà Ǵamīlo cff. ʿIbn-Ćallicān, ed. de Slane, I. p. 169—173; Kosegarten *Chrest. Ar.* p. 141—150; Hamaker ad Weijers *Spec.* p. 85, et ʿ*al-Ḥamāsa*m plur. locis. In nullo tamen horum operum exstant versûs quos Scholiasta citat, et ex quibus ʿIbn-Ćāqān verba ترحة وترنما desumsit. Eos cum commentario desumtos esse ex *Kitābo ʿl-ʿagānī* nullus dubito, et tunc demum quum huius libri utilissimi et elegantissimi editio, a Cl. Kosegartenio maximà cum curà incepta, sed pro impatientià nostrà nimis lente procedens, ad caput pervenerit ubi de Ǵamīlo agitur, patebit utrum versûs hosce recte legerim et interpretatus sim necne, nam in Codicis margine perquam indistincte scripti sunt. Verto:

Flebat illa quia [337] viderat duos familiares quos vesperâ unus coniungebat nidus, sed ipsius socium fortuna exitio dederat [338].

Planxit et manifestavit arcanam suam cogitationem, deinde vero hanc occultavit [339], nullamque protulit vocem quâ haec manifesta redditur.

Quid igitur? an ego non flebo? Num cor durum est saxum? Quot autem talia in terrâ sunt, e quibus fluit flumen!

Deflet unum, nullâ re illam dolore afficiente praeterquam quod illo careat; ego autem defleo ingentem sociorum numerum;

Filium parvum, vel amicum unanimem; hunc lacerat desertum, illum submergit aqua [340];

Et duas stellas, huius aevi ornamenta, quas asservavit Cordobae calamitas vel Rondae sepulchrum.

Nihil hoc desiderium excitavit praeter columbam, marem vocantem, animi angorem prodentem et iucunde cantantem.

Miratus sum, nam ei meus erat sonus; eius cantus est eloquens, et tamen loquens os non aperit.

Nullum vidi quem ut me desiderio affecit vox (avis)*huic similis, et nullum Arabem quem desiderio affecit vox* (columbae) *amplis rubicundisque oculis praeditae.*

Vocab. رَنّ in versu 2°., dummodo recte sese habeat, Lexico est addendum. Quod ad استشهد به in reliquâ Scholii parte attinet, significat: *illum locum ut* شاهد *testimonium vel auctoritatem* (cf. Cl. Weijers in *Orient.* I. p. 411 et supra p. 18 vs. 8) *attulit.*

Forma igitur تَرْحَةٌ ex Ǧamîlî carmine et nostro 'Ibn-Câqânis loco, Lexico est addenda.

337) Simplex أَنْ hic positum est pro لِأَنْ; cf. de Sacy *Gramm. Ar.* II. p. 470.

338) Iam statim patet, 'Ibn-Câqânem occasionem quâ regius poëta hoc carmen composuit, non recte indicare. Non enim viderat 'al-Mo'tamidus turturem cum duobus pullis, sed turturem, mortuum marem deplorantem, ideoque tristem.

339) Ex versione satis apparet, tum باحت tum استراحت cum بسرها coniungendum esse. Quod ad ultimum verbum attinet, est *quievit cum arcanâ suâ cogitatione* i. e. *quieta mansit, arcanam suam cogitationem occultans..* Vox سِرّ saepius *arcanam cogitationem* exprimit; cf. *Noct. Arab.*, ed. Macn., I. p. 59, 72; *'al-Qartâs*, ed. Tornberg, p. 2; infra *'al-Carîda* MS. Paris. fol. 147 r. caet.

340) Bene animadvertendum est, in hoc versu *praesenti* tempore verborum uti poëtam, in sequenti *praeterito.* Qui igitur in *hoc* versu designantur, *adhuc vivebant*, et tantum in periculo versabantur. Iam quis sit filiolus ille quem timet pater in mari periturum, nondum compertum habeo. Amicus ille quem innuit, est fortasse 'Ibno-'l-Labbâna, celebratissimus ille poëta, quem quam maxime amabat, et qui, regno 'Abbâdidarum exstincto, nunc huc nunc illuc vagabatur.

Ego perfide egi; si ita est, tunc (reprehensione dignus fio) si palpebra mea guttae avare parcit; sin vero vilis habetur anima mea, huius socia est patientia [341].

Dic astris splendidis: deflebitis illos duos mecum, nam propter tales ut illi erant tristia erunt astra.

Postquam vero ad imperii metam pervenerat, volueratque Deus ut caderent eius columnae [342], ad finem pervenirent eius dies [343] et dissolverentur ex atriis regni eius tento- p. 57.
ria, obsidione eum cinxerunt exercitûs Imperatoris Fidelium huiusque castra, et apparuerunt ei [344] huius tentoria et tabernacula magna, dispersis ʿal-Moʿtamidi castellis et arcibus [345], ipsius costis lateribusque noxâ quam passus erat, combustis, et ereptis ei locis metuendis et angustis; illo, inquam, tempore, quo se flexerant [346] ad eum fortunae vices quae hominem impediunt quominus agat quod velit [347], inopinate eum invadentes [348] noxâque eum afficientes; illo tempore quo noxae imber copiosus eum rigabat. Ille vero incurius erat horto et Zephyro occupatus, tempus fallens vino et facie formosâ, superbiens puellâ, quae ei socia erat in vino potando, vetans destruere familiares virorum elegantioris doctrinae consessûs [349], quos tamen ipse destruebat [350], nulli leni

---

341) Nescio an hunc versum recte intellexerim; sic autem explico: dicens غَدَرْتُ, *perfide egi*, vult poëta: perfide egi quod ego solus in terrâ remanserim, vobis mortuis, nam ita vobiscum coniunctus eram ut vobis carens existere non posse viderer; haec certe idea est in ʿal-Moʿtamidi carmine supra p. 48 vs. 9, ubi quoque verbo غدر utitur (cf. in nostrâ vers. p. 113 et ann. (213) ad hunc locum). In primo versûs hemistichio est ellipsis, sed quale verbum cogitatione supplendum sit, haud ita certum; ego لُومِتُ, collato secundo hemistichio, supplevi.

342) Nempe regis filii, regni columnae.

343) Ii nempe dies quos *regnum possidens* vixerat. Teneatur انقرض solenne esse verbum quando de *imperio labente* sermo est.

344) Vel ex analogiâ haec signif. 2ae formae verbi ظهر tribui posset, sed probant nostram versionem verba ʿan-Nowairii *Hist. Aegypt.* MS. 2 o. fol. 114 v.: ظاهره غيرتهم *eorum diligentia ipsi apparuerat.*

345) *Dispersis* scil. *horum lapidibus*, *ipsis funditus deletis.*

346) Ni fallor, Lexico addendum est, verbum ثَنَى c. الى pers. significare *se flexit ad.*

347) In Lexico legitur, plur. formae عائق, significare *accidentia* fortunae, *quae impediunt hominem;* eandem significationem formae موانع adscribendam esse, nullus dubito.

348) Verbum طرق saepius exprimit *inopinate* ad aliquem (cum acc.) *venit.* Cff. Bidp. *Fabul.* p. 14; ʿ*al-Qalayid* (MS. A. I. p. 182 in marg.): ايامٌ لَمْ تطرقه النوائب (sic enim ibi ex B. et Ga. legendum); ʿ*al-Matwah* (MS. fol. 54 r.): فلم يطرقه صرف.

349) Cf. supra p. 78 ann. (29).

350) Vult auctor, ʿal-Moʿtamidum ipsum laetam quâ gaudebat vitam destruxisse, nam tunc quum adhue

sono aurem praebens [351], castra non ponens nisi ad ludum, dispergente eius agmina facultate eius rhetoricâ et poëticâ [352]; ad vinum tantum appropinquaverat, ita ut perveniret ad locum ubi reprehensione dignus [353] fiebat, et ad vini lapidem nigrum converterat suam circumitionem, et hunc manu osculove tetigerat [354]. Istae autem copiae (praedonum instar) scrutabantur eius domûs plateas [355], et disparere faciebant [356] umbram quâ autem gaudebat [357]. Tempore, quo gravi obsidione premebatur, quo hostes repellere non poterant 'al-Mo'tamidi auxiliatores [358], quo dolos struebant [359] contra regem eius praefecti, et quo multi erant eius morbi et languores, aperta est porta cui nomen 'al-Farg [360], et iam flagraverat flamma tumultûs caedisque. Tunc per hanc portam irruit

---

hostes repellere posset, hsui se tradidit; quod si non fecisset, fortiter pugnasset et hostes vicisset, carcere non fuisset inclusus, et laeto illo vivendi modo non privatus.

351) Id est: longinquum belli rumorem non audiens. Plane contrarium de 'al-Ma'mūno, Cordobae obsesso, dixit 'Ibn-Câqân supra in textu p. 54 vs. 6 a f., in vers. p. 126 vs. 5 a f.

352) Vel ex Lexico notum, vocab. جَمع vocabulum technicum esse arti rhetoricae proprium, *quando nempe de duabus vel pluribus rebus eadem sententia fertur*, ut in 'al-*Qorano*: المال والبنون زينة الحياة الدنيا. Huic جمع oppositum est تفريق, quapropter haud sine causâ 'Ibn-Câqân utitur verbo تفرّق. Spectat autem auctor 'al-Mo'tamidi rhetoricam et poëticam facultatem, quam minime opportuno tempore ostendebat.

353) Ni fallor, Lexico addendum est, voc. مَلامَة signif. *locum ubi reprehensione dignus fis.*

354) Metaphora, ut vides, ab 'al-Ca'bâ, templo *Meccano*, desumta est.

355) جاس خلال الديار, vel جاس الديار (vel quod eodem redit, et A. hic offert, حاس) est proverbialis locutio de *praedam quaerentibus* desumta. Saepius occurrit, ut in 'al-*Holalo 'l-mauśija* (MS. 24 fol. 2 v.): مما حدث فى خلالها ببلاد العدوة من الكوائن، وحوس الديار واستفتاح المدائن"; in 'an-Nowairii *Histor. Hisp.* (MS. 2 *h*. p. 447) est: حاس البلاد شهورا, ad quem locum seq. (ex 'al-Gauhario?) glossa: وجاسوا خلال الديار اى جلسوا; in 'Ibn-Bassâmi 'ad-*Dacîrâ* (MS. Goth. fol. 99 v.): "فطمسوا الاثار، وجاسوا خلال الديار".

356) De hac signif. 2ae formae verbi قلص cf. supra p. 85 ann. (66) et p. 104 ann. (165).

357) Cf. supra p. 28 ann. (83).

358) Spectatur hic, ni fallor, exercitus quem Alphonsus in 'al-Mo'tamidi auxilium miserat.

359) Lectio دلس (in A. perspicue دَلَّسَ) quatuor Codicum auctoritate nititur, et داس quod B. offert, nullum sensum praebet. Non dubito itaque, quin verb. دَلَّسَ sit denominativum a دَلَس (*dolus*), et, cum على constructum, significet *dolos struxit contra* aliq.

360) Hispalis porta, باب الفرج dicta, nominatur etiam ab 'al-Marrâkiśi (MS. p. 134) et 'Ibno-'l-Catib (MS. fol. 182 v.) in locis infra edendis. Ab 'Ibn-Calduno (MS. 1350 IV. fol. 24 r.) in loco infra edendo, nominatur حصن الفرج. In narratione obsidionis Hispalis per Ferdinandum IIIum vel

magna Morābit*arum* copia, et, quia vi urbem capere volebant, accensa est pruna, cuius flamma ardebat, et quâ facile erat accendere et acuere desiderium [361]. Nuntio hac de re ad 'al-Mo'tamid*um* allato, exiit carens amplâ suâ loricâ [362], velox ut equuleus antequam domitus sit. Tunc primis hostium obviam factus est apud portam memoratam (in cuius viciniâ se iam diffuderant, urbi apparentes a pluribus lateribus), manu tenens ensem, qui linguam exserebat collis et capitibus, et minabatur se decisurum [363] istam rem dubiam.

Sanctum, ab anno 1247 usque ad 1248, in *Chronico Sancti Ferdinandi* (in *Actis Sanctorum Maii collectis ab* Henschenio et Papebrochio Tom. VII) saepius memoratur castellum cui nomen *Aznalfarache* (vid. l. l. p. 342 col. 1 (bis); p. 343 col. 2; paullo infra male scribitur *Arnalfarache*), ut quoque in *Cronica de España, que mando componer don Alonso el Sabio* (Zamora 1541; vid. ibi fol. 417 col. 2; 418 col. 3 (ter); ibid. col. 4 (bis); 424 col. 4; 426 col. 1). Commemoratur quoque a Conde (*Hist. de la Dom.* III. p. 33) qui scribit *Hasnalfarag.* Facile vides, hoc castellum ab Arabibus dictum fuisse Ḥisno 'l-Farag vel Ḥisno 'l-Farg. Hic locus deinde appellabatur *San Juan de Alfarache*, et etiam post captam Hispalin per Ferdinandum III^{um}, Arabes ibi habitabant, loco regni titulo gaudente, teste Roderico Caro (*Antiguedades de Sevilla*, fol. 113 col. 3: » Vense en » san Juan de Alfarache todavia las torres, y murallas del antiguo pueblo, que alli arriba estuvo, » si bien ya en aquella parte despoblado, porque la vezindad, que oy tiene, está en lo llano: mas » aquel edificio cierto es, que no es de Romanos, sino de Moros, que aun despues de ganada Se- » villa por el santo Rey don Fernando, quedaron, y vivieron alli por algun tiempo, con titulo de » Reyno"). Situs erat hic locus ex adverso Hispalis, ab alterâ et quidem dextrâ vel occidentali fluminis parte. Ait Morgado, citatus et versus in *Actis Sanctorum* (l. l. p. 339 col. 2; ego frustra huc usque huius auctoris librum c. t. *Historia de Sevilla* mihi comparare studui): » Hinc [castel- » lum Trianae] porro vix dimidia leucae horariae parte distabat perquam munita civitas Haznalpha- » rache, — — posita supra iugum montis, ad dextram Baetis infra Trianam, turrita etiam ipsa: » quaeque una cum castro Trianae clavis erat regionis istius;" et Rodericus Caro (fol. 102 col. 2): » Castilleja de la Cuesta, o san Juan de Alfarache, que estos dos lugares hazen fronteria, y oposi- » cion a Sevilla, respeto del rio." Non dubito itaque, quin باب الفرج illam Hispalis portam indicet, quae ad حصن الفرج, vel brevius الفرج, ducebat, et quae igitur erat in *occidentali* urbis parte.

361) Scilicet: *urbem populandi et diripiendi.*

362) Vides, simplex مُفاضة hic *amplam loricam* exprimere.

363) Iam supra p. 15 sq. ann. (64) dixi, 8^{am} formam verbi فرج significare *fissus est.* Hic activam potestatem ei tribuendam esse puto, nempe *fidit, diffidit.* Iam, *findere rem dubiam* est, plane ut dicunt Latini, *eam decidere.* Alius locus 'Ibn-Čāqān*is* (*'al-Qalāyid* MS. A. II. p. 154) hoc extra dubium ponit; ibi enim legitur: "وعادت المعارف قد طفى سراجها ، واستبهم انفراجها, ubi Infin. انفراج *decisionem* rei dubiae exprimit.

Tunc coniecit eum unus ex iis qui urbem intraverant, hastâ, quae eum praeteriit 364, praeteriens (non tangens) eius dorsum. Celeriter isti militi rex ictum inflixit, qui ei animam abstulit, et eius solem ad occasum vergere fecit. Alteri obviam factus, etiam huic ictum inflixit istumque divisit; et commovit gladium in visceribus istius morbi, ita ut hunc resecaret 365. Tunc migrarunt ab eo, et terga verterunt eum (ab eo) fugientes. Iussit itaque portam claudi, et restitui quod ex eâ erat dirutum. His peractis, abiit, animo ad quietem redacto et sanitati restituto; Deus enim amoverat ab eo et repulerat reprehensionem 366. Hac de re dixit, quum imperio spoliaretur, eique tamquam depositum res ingratae asservandae darentur:

Si mihi eripit populus caet. 367.

p. 58 Perpetuo autem scorpiones istius adspectui non expositae terrae serpebant 368, ventus qui ex istâ veniebat semper flabat, ignis quem emittebat perpetuo ardebat, semper male volebant huius costae et odium fovebant, occultantes fraudem sed hanc tamen sibi proponentes, donec intrata est urbs a parte fluminis, et initia rerum ingratarum apparuerunt, et rediit Fortuna cum suis noxis contra 'al-Moʿtamid*um*, prehensos tenentem laqueolos globorum vestiariorum suarum voluptatum, in quibus totus fuerat immersus, iacens inter suas puellas, deceptus regno quod ei asservandum et mutuo erat datum, quod tamen ab eo repetitum est statuto die, quodque elapsum cum expergefecit ex somno. Postquam intrantes se in urbe diffuderant, et ruptae erant vires roburque: exiit, dum mors in

---

364) Ad defendendam meam versionem, cf. de Sacy *Chrest. Arab.* II. ٩. vs. 1 a f., ubi Virum illustrissimum rectissime vertisse: *enjamber sur*, probat versus in *'al-Qalâyid* (MS. A. II. p. 52), ubi de duobus amicis est sermo, qui, quum uterque iter faceret, sibi invicem non obviam erant facti:

(الطويل) سرنْتُ ابا بكر اليكه وانّما   انا الكوكب السارى تتخطاه كوكبُ

Cf. quoque 'Ibno-'l-Câtib (MS. fol. 27 r.): فكان ابو العباس ممّن تتخطّتْه المنيّة.

365) Comparatur hic 'al-Moʿtamid*us* cum chirurgo, membrum morbo affectum amputante.

366) Auctor hic voce مَلامة usus, spectat, ni fallor, ea quae supra de 'al-Moʿtamido dixerat (in textu p. 57 vs. 6) قد ولى المدامة ملامهْ, in quo tamen loco vocabulo مَلامة aliam significationem adscribendam putavi.

367) Hoc carmen infra vertetur, ubi ad 'al-Marrâkišî locum pervenerimus.

368) Frequens est metaphora; cf. *'al-Qalâyid* (MS. A. I. p. 94), ubi narrat 'Ibn-Câqân, 'Ibn-Rezînum in imperio suo permansisse, quum Morâbit*ae* Hispaniam invaderent: وبقى ابنه على رسمه، متخلويا له فى منابرها باسمه" الى ان دبت اليه تلك الافاعى، واشتملت عليه تلك المساعى" فخر من عرشه، واقيم من فرشه" ✿

ipsius nutibus erat accensa, et ex eius verbis ob animum versabatur; gladius se penetraturum minabatur, et ardebat quando e vaginâ educebatur. Obviam iis factus est in areâ palatii, cuius amplus locus iam eorum numero angustus erat factus, cuiusque membra se humilia fecerant eorum motu et agitatione [369]. Ille autem ita eos aggressus est, ut eos in dorcadum agmen [370] mutaret, impleretque eos timore; nec cessavit reditum [371] in eos continuare, donec ad fluvium eos descendere fecisset, etiamsi nulla iis esset sitis [372], et servandos eos dedisset fluvii visceribus proinde ac si ii (hostes) huic essent cor [373]. Deinde abiit, certo sciens conditionem quâ gaudebat quasi praedando sibi esse ablatam, et abiisse et discessisse (viatoris instar) regnum. Rediit vero ad palatium, et in eo se defendit [374] per unam diem et noctem, regni sui medium defendens, repellens vilitatem a maiestate suâ; rem vero turpissimam sibi proposuerat, et dixerat: Manu meâ, non manu 'Amri [375]! Deinde avertit eum pietas a suo proposito, et invitus e palatio p. 53.

---

369) Trium Codicum auctoritate hic رجتهم in textum recepi, quibus accedunt duo alii رحبتهم offerentes, quod nil nisi corruptionem vocab. رجتهم existimo. Deëst quidem forma رَجّة in Lexico, sed occurrit etiam in alio loco 'Ibn-Ĉāqānis ('al-Qalāyid MS. A. I. p. 78), ubi haec: حتى كان لا يحيح الا الى رَجّة تقاقل حشاه. Sic enim recte in B. et Ga., A. male زجة offerente. Significat رَجّة *motum*, *agitationem*. Librariis aliorum Codd. رجّهم offerentium, haec forma erat incognita, eique magis cognitam رجّ substituerunt. Ex reliquorum Codd. lectione, locus vertendus foret: *cuiusque membra eorum clamore se humilia fecerant*, quod nostro loco multo minus est aptum. — Sententia autem loci est: eorum motu et agitatione variae palatii partes ita erant obrutae, ut eas se iis humilia facere diceres.

370) Primum فرقا in A. فرقا scribitur; in Ga. فِرَقا; ego فِرْقا scribendum esse putavi. Secundum فرق tam in A. quam in Ga. scriptum est فَرَقا, ut edidi. Dorcades vero hic nominantur, propter timiditatem.

371) In addito المعاد et in mutatâ membrorum resonantiâ (v. in textu Ga. et 'al-Maqq. p. 58 ann. *u*), alteram redactionem ab ipso auctore profectam, agnoscere mihi videor.

372) In Cod. A. voci جواد superinscriptum est غرة.

373) Id est: fluvii undis undique erant circumdati ut viscera circumdant cor.

374) Ut infra (vide supra textum p. 65 vs. 1) 8ª forma verbi مسك (quae in Lexico deëst) significat *se maintenir*, sic hoc loco eadem vis 10ᵐᵃᵉ formae tribuenda videtur. Lectio certe Codd. B. et G.: واستمسك به *et illud* (palatium) *prehensum tenebat*, huic loco minus apta videtur, et فيه *trium* Codd. nititur auctoritate.

375) *Rem turpissimam* dicens auctor, intelligit *suicidium*, ut probat proverbium quod sequitur: *Manu meâ, non manu 'Amri.* Proverbii verba propria sunt: يَدَىَّ لا يدى ابن عُدَى, sed huius

descendit, (ita ut deveniret) in potestatem servitutis. Statim in vincula est coniectus, et aderat ei dies infortunii [376], dum illum non adfuturum putaverat. Postquam autem eius pedes in vincula erant coniecti, et longe ab eo aberat misericordia et clementia compedis, dixit hanc allocutus:

[Serpit illa circum meum pedem, ut serpit serpens, insiliens in illum, morsu dentium (animalis) mordacis [377]!]

Diligentiam tu adhibe! — etiamsi vincula tua essent accensa, ita ut iis arderet quaeque vola manûs et quisque carpus:

Metu talis viri cuius beneficiis viri subsistebant, cuiusque ense sive in Paradisum sive in Infernum deveniebant.

Et quum eius morsus ipsum dolore afficeret, adhaereret ipsi eius diruptio et contusio, laceraret ipsum eius pondus, et lassum ipsum redderet quod illam de loco in locum transferre debebat, dixit:

Migravi ex vexillorum umbrae maiestate, ei substituens vilitatem ferri et onus catenarum [378].

Antea meum ferrum erat cuspis acuta [379] et ensis secans e polito ferro confectus;

Utraque nunc facta est compes, mordens meum pedem morsu serpentis magni!

Deinde coniunctus est cum suâ familiâ, et portarunt omnes elatis velis naves, harum costis eos invicem coniungentibus, quasi essent mortui [380], quum antea nimis angustum

---

ابن عُدَيّ proprium nomen erat عمرو. Historia quae proverbio ansam dedit, legi potest in Freytagii opere, *Proverbia Arabum* I. p. 428.

376) Pronuntiavi يومُ شرٍّ, et non يومَ شرٍّ; Ga. enim offert يومُ, et ʿal-Maqq. شرٍّ. Voc. autem شرّ hic et infra (vide supra textum p. 66 vs. 8 a f.) *infortunium* denotat, quod Lexico est addendum; fortasse الاشرار in loco Koseg. *Chrest. Arab.* p. 72 vs. 4 a f. similiter exprimit *infortunia*, etiamsi hoc loco etiam ut adiect. ad الغُرْبان spectare potest.

377) Hunc versum primum esse carminis, demonstrat homoeoteleuton in fine prioris hemistichii. Eandem hic exprimit ideam ʿal-Moʿtamidus atque eam, quam aliis verbis exprimit infra: v. supra in textu p. 59 vs. 5 a f. et p. 65 vs. 8 a f. sq.; in postremo loco eodem modo utitur 5ª formâ verbi عطف de serpente *se flexit*, *serpsit*, quae significatio Lexico est addenda.

378) Similis constructio 5ªᵉ formae verbi بدل est in versu poëtae in *Noct. Arab.*, ed. Macn., I. p. 41:

النوم من عيني تَبَدَّلَ بالسَّهَر *somnus migravit ex oculo meo, sibi substituens vigiliam.*

379) Lexico addendum, vocab. ذَليق i. q. ذَلق exprimere.

380) His verbis parvum spatium quod captivis in navibus erat concessum, indicatur. Moslimorum enim sepulchra quatuor vel plura cadavera continere solent; vide Lane *Modern Egyptians* II. p. 335

fuisset palatium quam ut eos continere posset, et, iis auctoribus, (vini instar) purum fuisset aevum (quod vivebant). Convenerant homines in utrâque fluminis ripâ, lachrymas (multitudine) pluviis matutinis similes effundentes. Tunc regia familia patriam reliquit, planctu eos secuto [381], et tristitiae manifestatione eos non relinquente. De his ait 'Ibno-'*l*-Labbâna [382]:

Deflent coeli, pluviam vespertinam et matutinam effundentes, principes, omni bono praeditos, ex 'Abbâdi*darum* gente,

Montes quorum fundamenta diruta sunt; — per hos enim tantum terra montes habebat [383], — p. 60.

---

vs. 4 a f. Imitatur autem 'Ibn-Câqân 'Ibno-'*l*-Labbânam, cuius vide sequentis elegiae vs. 20 (supra in textu p. 61 vs. 4).

381) Cf. sequentis 'Ibno-'*l*-Labbanae elegiae versum 24 (supra in textu p. 61 vs. 8).

382) Sequentis carminis vs. 1, 2, 4 et 5 citat etiam 'Ibno-'l-Atîr (MS. Paris. fol. 134 r.). — Haud inutile erit huius carminis oeconomiam paucis declarare. Deflent coeli, pluviâ effusâ, 'Abbâdi*das* (vs. 1), quia hi propter fortitudinem *montibus* erant comparandi (vs. 2), propter humanitatem *collibus* illis amoenis quibus in hortis gaudemus (vs. 3); repetit hanc comparationem poëta, dicens illam gentem propter fortitudinem *leonibus* fuisse similem (vs. 4), *templo Mecc*ano propter nobilitatem (vs. 5). — A vs. 6—10 conspicitur imitatio antiquae Qaçi*dae*; in hoc enim carminis genere poëta, post longum iter, locum, ubi praecedenti anno tribus, ad quam amata puella pertinebat, habitabat, vastatum invenit (vs. 6—8); hic praeterea equitem allocutus, dicit eum non tantum pristinum locum non inventurum, sed ibi hostes habitare; Morâbit*ae* enim nunc Hispalin tenebant. — A. vs. 11—16 poëta de fortunae vicibus loquitur, quae arma 'Abbâdi*darum* antea felicia nunc infelicia reddiderunt (vs. 11, 12); stellae occidunt, flores pereunt (vs. 14, 15); si 'Abbâdi*dae* imperio sunt privati, etiam Califa*rum* 'Abbâsi*darum* potestas nunc vana umbra est (vs. 16). — A. vs. 17 usque ad finem carminis, fortitudinem 'Abbâdi*darum* in suis defendendis, quum imperium iam labaret (vs. 16), mulieres Hispali a victoribus indigne tractatas (vs. 19, qui melius versum 17um statim exciperet), principum in naves deportationem (vs. 18), et populi dolorem (vs. 21—25) describit; suam quoque tristitiam, ut in toto carmine sic inprimis vs. 20 expressam, ultimo versu testatur. — Carmen in meâ editione perfectum non est; 'al-Marrâkišî satis magnum versuum numerum ex eo descripsit, sed tamen addit: *carmen esse longum et se tantum ex illo nonnullos versûs selegisse*; in marg. Cod. A. *alii* exstant versûs, qui neque ab 'Ibn-Câqâne neque ab 'al-Marrâkišîo descripti sunt; sed hi vetustate adeo sunt obliterati ut sine aliis auxiliis eos edere, in difficillimo huius temporis poëtâ, satis audax foret conamen. — Quid de 'Ibno-'*l*-Labbanâ poëtâ ego censeam, videbit lector in ultimo huius operis capite.

383) اوتاد hic idem exprimit quod in praeced. hemistichio جبال. Caeterum »*montis* nomine Arabes »quidquid in suo genere magnum elatumque est significant," ut ait Cl. Weijers *Spec.* p. 124. Cf. ibid. p. 36; infra in §. 3. 'al-*Qalayid* MS. A. p. 55; 'Ibn-Callicân, ed. Wüstenfeld, VII. p. 136. Hic autem 'Abbâdi*darum* fortitudo spectatur.

[Et colles amoenos, in quibus crescebant maturi flores 384, colles quorum flores 385 marcidi evaserunt, quasi in aridis terris depressis 386 crescerent,]

Lustrum leonis, quod intraverunt infortunia, ope serpentium et ferarum quas ibi reconditas habebant 387,

Et Caʿbam, cui multiplex spes famulabatur, at in quâ hodie nullus est assiduus Dei cultor, preces faciens 388, nullusque vir campestris 389.

O hospes! deserta est domus in quâ liberaliter agebatur; incipe itaque colligere 390 quae tecum in itinere duxisti, et collige id quod restat ex viatico!

Et tu qui speras horum vallem habitare! — celeriter migravit familia, et desiccata est sementis in valle!

[Solita via ad liberalitatem ducens a viâ aberrare fecit viatorem 391: alio itaque te confer, nam hic nemo tibi viam monstrabit.]

Et tu, o eques talium equorum qui superbo modo incedere inceperunt, ornati apparatu ab iis (ʿAbbâdîdis) accepto, magno dum erant numero,

Abiice arma, et missos fac gladios! nam es in faucibus leonis hostis tui!

[Illae hastae 392 erant hastae felicitatis quas rectas reddiderunt infortunia modo insolito;]

---

384) De voc. يانعة cf. supra p. 90 ann. (93) et ʾal-Qalâyid (MS. A. II. p. 180): روضة نباهة يانعةُ الأزهار٭

385) De plur. انوار a نور (*flos*) ducto cf. Hoogvliet *Spec.* p. 89 ann. (140).

386) Plur. أَوْهادٌ a sing. وَهْد Lex. est add.

387) Plur. masc. هم in لهم hic ad fem. plur. النائبات spectat; cf. de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 498 n°. 907.

388) Partic. 1ae formae hic idem exprimit quod caeteroquin participio 8ae formae معتكف exprimitur.

389) Qui nempe antea, campo relicto, ad Caʿbam (templum Meccanum) se conferre solebat.

390) Verbum ضم saepius *collegit* exprimit. Exempla habeas haec: ʾIbno-ʾl-Ĉatîb (MS. fol. 184 v.): ضُمَّ ما اشتمل عليه *collecta sunt quae possidebat;* ʾIbn-Batûta (*Itiner.* MS. Cl. de Gayangos fol. 214 v): وهو الذى يضمّ مجابيها *hic est ille qui huius terrae tributa colligit;* Id. (MS. fol. 274 r.): ضمّ الله به نشر الدولة, *Deus per hunc virum imperium dispersum collegit.*

391) Verbum ضلّ, c. ب constructum, significat: *aberrare fecit* aliq., ut apud ʾan-Nowairium (*Hist. Hisp.* MS. 2 A. p. 447): ضلّ الدليل بهم, *dux viae eos a viâ aberrare fecit.* Sententia est: *solita ad liberalitatem ducens via nunc aberrare fecit viatorem, nam liberalitas illa, quam petit, non amplius illo in loco habitat.*

392) Suspicor: *quibus ʿAbbâdîdae utebantur.*

[Et illi gladii erant splendentes gladii 393, quorum aciem crenis impleverunt manûs infortunii et vaginis carentes effecerunt.]

Quum propinquum factum est tempus, nullum relinquitur contra illud praesidium; quaeque enim res obnoxia est tempori definito!

[Quot scintillantes stellae occiderunt, quae illic erant ex unionibus unicis Gloriae!]

Lux et flos! hic post iucundam vitam marcescit; illa, quum arserit, exstinguitur!

Si vos (o Ȧbbâdi*dae*!) imperio estis privati, hoc etiam privati sunt Ȧbbâsi*dae* 394, et ante Emessam 395 vacua reddita est terra Bagdâdi. —

Strenue defenderunt (Ȧbbâdi*dae*) suam familiam, donec victi (camelorum instar) ordinatâ serie impellerentur, ductore funem tenente, p. 61.

Et descendere coacti sunt, dorsis (equarum) colore albo nigro mixto praeditarum relictis, in dorsa (navium) fusco colore albo mixto praeditarum, quae illis equabus erant contrariae;

Grassati sunt isti in omnibus torquibus illorum feminarum 396, ex quibus facta sunt vincula collis.

Oblitus essem 397, nisi fluvius adfuisset, eos esse in navigiis, (nam erant) ut mortui in sepulchris.

---

393) Quum horum versuum textum ederem, Codex ·al-Marrâkiŝi adhuc Parisiis erat; edidi itaque المتا ex coniecturà quia quid in meo apographo scriptum erat non bene distinguere poteram. Nunc video in Codice exstare الظُّبَا quod itaque in textu reponatur. Phrasis بيض الظُّبَا etiam in Ibn-Ḫamdîsi carmine occurrit, infra ex Ibno-'l-Aṫiro (MS. Paris fol. 133 v.) edendo. Caeterum non certus sum, me hos versûs recte vertisse.

394) Commentario ad hunc versum sint verba Ibn-Bedrûni, qui ad simile Ibn-Ȧbdûni dictum hoc annotat (MS. Paris. p. 233): اشارةً الى تغلُّب عبيدهم الاتراك عليهم حتى كانوا يقتلونهم كيف شاوا ويولّونهم ويعزلونهم من شاوا ۞

395) *Emessa* hic, ut saepissime, *Hispalin* denotat, quia primi huius urbis incolae Arabes maximà ex parte Emessà erant oriundi.

396) De voce درع h. s. cf. meum *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes.* — Sententia docet, pron. هنّ in منهنّ spectare ad كلّ طوق, quod idem exprimit atque الاطواق كُلُّها; Grammaticae igitur capiti, ubi de licentiis poëticis agitur, addendum est, poëtas pluralia fracta cum pron. *plur.* fem. construere.

397) Omnes mei Codd., ut quoque ·al-Marr. et ·al-Maqq. Codices, in lectione نَسيتُ (nonnulli enim vocales addunt) conspirant. Longe melius sententia procederet, si pro نسيت legeres حَسِبْتُ vel simile quid, hoc sensu: *putassem, nisi fluvius adfuisset, eos esse in navigiis, ut mortui sunt*

Homines vero impleverant utramque fluvii ripam, et admirati erant margaritas apparentes supra (aquae) spumam;

Mulieres deposuerant velum 398, ita ut nulla amplius velata esset, sibique lacerabant faciem, quasi esset haec vestis striata;

Tempus valedicendi aderat: tunc clamabat unaquaeque femina dilectissima, et unusquisque vir qui eos (Ābbādī*das*) valde amabat 399.

Profectae sunt eorum naves, comitante illas planctu, quasi essent cameli quos canendo impellit ductor.

Quot lachrymae fluxerunt in aquam, et quot segmenta iecoris abstulerunt hae naves 400!

[Quis vestrum loco mihi erit, o filii Mā.o-*s*-samāï, quum aqua coeli recusaverit sitientis viscera rigare 401!]

Postquam autem deportatus erat ex patriâ suâ, et privatus recens acquisitis 402 et haereditate acceptis opibus; postquam translatus erat in navi, eique in Africâ ad habitandum locus erat indicatus, similis illi in quo iacet sepultus, encomio quasi mortuum, cum celebrantibus templorum in suâ terrâ suggestibus horumque lignis 403: dum eum appro-

---

in sepulchris. Nunc, servatâ Codicum lectione, ante كاموات بالحاد aliquid cogitatione supplendum putavi.

398) Desiderio nempe permotae Ābbādī*das* postremâ vice videndi.

399) Liberius verti; ad literam est: *unaquaeque clamans* (*femina*) *ex iis pro quibus illi* (Ābbādī*dae*) *tamquam lytrum dari volebant*, *et unusquisque clamans* (*vir*) *ex iis*, *qui pro illis se ipsos*, *tamquam lytrum*, *dare volebant*. Partic. مُفَدَّى saepius *carissimum* denotare, iam annotavit Cl. Weijers *Spec.* p. 80.

400) Subst. قِطْعَةٌ, plur. قطائع vel قِطَع, *navem* designat; *cf.* egregias Summi Quatremère ann. in *Hist. des sult. maml.* I. 1. p. 143; I. 2. p. 272. — *Iecora* الاكباد, ex Arabum, ut ex Graecorum et Romanorum, opinione sunt affectuum sedes. Caeterum observandus lusus verborum inter قطائع et قطعات.

401) Est iterum in hoc vs. lusus verborum, quod in versione exprimi non potest, inter (ʾal-Mondir ʾibn-) Mā.o-'*s*-samā nomen proprium proavi Ābbādī*darum*, et mā.o'*s*-samā *aqua coelorum*, *pluvia*.

402) Simplex vocab. طارف hic *recens acquisitas opes* denotat, ut in loco Ibn-Ĉaqān*is* (MS. A. I. p. 196): أَجْحَفْتَ فيها بطارفك وتلادك *in illum locum transportasti recens acquisitas et haereditate acceptas opes.*

403) أعواد مِنْبر legitur in de Sacy *Chrest. Arab.* (I. p. ١٥ vs. 3 a f.), et apud Ibno-'l-Ĉatîb (MS. fol. 163 r.): الخطباء من فوق اعواد المنبر. Patet igitur أعواد ad منبر pertinere; quamnam vero

pinquare non poterant illi qui eum adire et visitare solebant, tunc igitur, inquam, moestus iacuit cum suspiriis, et lachrymis se invicem propellentibus, ut se propellere solent rivuli, cum nullo familiari amico secretum colloquium instituens, et nil videns praeter lustrum leonis pro illis dorcadum latibulis [404]. Nullum inveniens curarum levamen, neque spem fovens se (unquam iterum patriae et amicis) appropinquaturum, et faciem laetitiae non retectam videns, in mentem sibi revocabat loca in quibus antea habitaverat: haec autem desiderio eum afficiebant; ille cogitatione sibi proponebat laetam eorum pulchritudinem: haec eum admiratione afficiebant. Animo sibi proponebat illa loca nunc esse deserta, palatium suum cum oboriente fletu ad (pristinos) suos incolas confugere [405], huius coelum obscurum evasisse quia carebat solitis lunis plenis, et illud carere solitis suis custodibus hominibusque noctem confabulando fallentibus. Tunc dixit:

Flet ·al-Mobārac [406], quum illud reliquerit ·Ibn-Àbbād, qui simul dorcadi et leoni erat similis;

---

huius partem indicet, accurate definire non possum. Caeterum اعواد pro منبر usurpatur, ut infra in h. c. §. 3, in capite de ·ar-Rāçio' (MS. A. p. 51); et etiam *principatui* (رياسة) اعواد adscribuntur, nam in ·*al-Qalāyid* (MS. A. II. p. 52) legitur: قبل ان ترقّية الرياسةُ اعوادَها. — Quod ad sententiam attinet, imitatur 'Ibn-Çāqān h. l. ·al-Mo'tamidi carmen; cf. supra textum p. 62 vs. 3 a f.

404) Vocab. مَكْنَس, plur. مَكانِسُ, haud minus atque كناس, *dorcadis latibulum* exprimit. Cf. 'Ibn-Çāqān (·*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 78): "ولا انتقل الا من مجلس مُدارسَةْ الى مكنس موانسة", et in Hoogvlieti *Spec.* p. 54. *Dorcadis* imagine omne id quod dulce, amoenum et elegans est, exprimunt Arabes. *Dorcadis latibulum* vel *cubile* est locus ubi omnia dulcia, amoena et elegantia adsunt.

405) Palatium hic sub imagine filii infantis proponitur, qui cum fletu ad matrem accurrit, *de iniuriis sibi illatis* querens.

406) In ·al-Maqqari*i* opere (MS. Goth. fol. 565 v.) exstat 'Ibn-Zaidūn*i* carmen, ex 'Ibn-Bassām*i* ·ad-*Dacīrá* desumtum, in quo ·*al-Mobārac*, proprie القصر المبارك, describitur. In 'Ibn-Bassām*i* volumine Gothano (MS. fol. 207 r. — 209 r.) exstant duae epistolae quas scripsit Abū-Ġafar ·ibn-Aḥmed ex urbe Deniā oriundus; harum alteram scripsit nomine palatii ·al-Mobārac ad palatium ·al-Mocarram quum ·al-Mo'tamid*us* se ex illo ad hoc contulisset (من رقعة انشائه على لسان القصر المبارك اذا انتقل عنه المعتمد الى القصر المكرم من قصور اشبيلية); alteram scripsit nomine palatii ·al-Mocarram et est responsum ad praecedentem. Ex ·al-Marrākiši*i* locis infra edendis (MS. p. 117, 121) patet palatium ·al-Mobārac *in ipsâ urbe*, non extra urbem, situm fuisse, at insuper illud adhuc exstitisse illo tempore quo hic auctor scripsit, nempe anno Ar. 621. (Quod ad palatium ·al-Mocarram attinet, ab 'Ibn-Bassamo commemoratum, commemorat illud etiam 'Ibn-Çāqān (supra

Flet eius 'at-Toraijā [407], nam harum stellae [408] non amplius tectae sunt tali qui similis erat pluviae vespertinae et matutinae, quam Pleiades portenderant [409].

Flet 'al-Wahîd: flet 'az-Zāhî [410] huiusque Qobba [411], et flumen (Baetis), et 'at-Tāg; omnium enim humiliatio est manifesta.

---

p. 38 vs. 2 a f.); ego tunc temporis nondum compertum habens, 'al-Mocarram esse nomen proprium, verti (p. 82 vs. 1) *palatii honorati*; substituatur itaque *palatii 'al-Mocarram*).

407) Palatium 'at-*Toraijā* (i. e. Pleiades) in eodem carmine 'Ibn-Zaidûnî, quod in superiore annotatione citavi, describitur; cf. quoque de illo aliud 'al-Mo'tamidî carmen (supra in textu p. 53 vs. 6). Pron. *eius* spectat ad 'Ibn-'Abbādum.

408) *Stellae* palatii sunt huius *turres*. In Cl. Weijersii *Spec.* p. 22 *magna palatii turris* vocatur الكوكب الرحب *ampla stella*; cf. editoris ann. in p. 79. In 'Ibn-Bassāmî opere (MS. Goth. fol. 226 v.) legitur: ثريا المسجد الجامع, *Pleiades* (i. e. *turres*) *magni templi*. Cf. etiam quae infra annotabo ad textûs p. 63 vs. 7.

409) Antiqui Arabes credebant, stellas vi suâ pluvias efficere (cf. Pocockii *Spec. Hist. Arab.* ed. 2ᵃᵉ p. 163 sqq.); *pluvia* est imago *liberalitatis*, et lusus verborum est in hoc versu inter palatii nomen proprium 'at-Toraijā et 'at-Toraijā *Pleiades*. Vult itaque poëta: *non amplius habitat in illo palatio homo liberalissimus*.

410) *Az-Zāhî* proprie erat *castellum* (حصن) ut testatur 'Ibn-Câqān (vide supra p. 62 vs. 7 et ultimos versûs carminis 'al-Mo'tamidî in p. 63) ad flumen Baetin situm (dicit 'Ibn-Câqān supra p. 62 vs. 8 النهر i. e. نهر اشبيلية), sed probabiliter hoc castellum palatio gaudebat, quod probat, ni fallor, alius 'al-Mo'tamidî versus (supra in textu p. 65 vs. 1 a f.)

411) Etiam in carmine 'Ibn-Zeidûnî (in Cl. Weijers *Spec.* p. 22) de palatii *Qobbâ* sermo est; editor (in p. 79) cogitat de *templo*: an recte, vehementer dubito. Quia credo, haud ita magnam fuisse differentiam inter principum Arabum, in Hispaniâ degentium, palatia, et illa quae Marochii principes sibi aedificari curabant, quum nempe Arabes ex Hispaniâ depulsi cum reliquis quas eximie callebant artibus etiam aedificandi artem cum Africanis septentrionalibus communicarent, adscribam locos sequentes. Ait Windus (*Journey to Mequinez* p. 113) palatium Micnāsae describens: » There are » likewise dispersed throughout the Palace, severat Buildings which they call *Cobahs*; they are build » square with plain Walls on the outside, except the front, which consists of Piazzas of five or six » Arches; the Inside is one very large and lofty Room or Hall, chequered at bottom, and the » sides, almost the height of a Man, the Top or Dome curiously painted, and richly gilt, the Roof » is covered with green Tiles and rises like a Pyramid as the buildings." Cf. Icon literae cc. Cff. in eodem opere p. 102; 109; 110; 187. *Voyage dans les Etats Barbaresques*, (Paris 1785) » p. 49 sq.: » L'appartement du Roi qu'on appelle *Coupe*, est un grand pavillon où il y a deux » chambres: celle où il couche a soixante pas en carré, et est pavée de petits carreaux de différentes » couleurs, sur lesquels est un tapis d'une épaisseur extraordinaire; le plafond est fort élevé et orné » de fleurs en peinture: les murs sont tapissés de fusils, de pistolets, de sabres et de lances. L'autre » chambre s'appelle *Doirie*, c'est-là que le Roi se lave; elle est pavée en marbre blanc: au milieu

Vehemens pluvia se effundit in filios Mā.o-'s-samāi, sed, ingens moles maris aquarum! mea continua pluvia homines beatos reddebat [412]!

Hac de re dicit 'Ibno-'l-Labbāna: p. 62.

Apage terram, in quâ quum manifesti essent laeti aurorae nuntii, ipsa mutata est in obscurissimam nigredinem!

In eius areâ 'al-Mowaijad [413] erat hortus, qui abundabat gratâ vitâ carpendâ, et in eius (terrae) coelo erat finitor [414].

In huius ('al-Mo'tamidi) historia id est, ex quo terrae reges sibi exemplum sumere possunt: tunc non amplius regni possessor decipiatur eo quod possidet.

Nos eum deflemus, stantes in monte, cuius fundamenta diruta sunt, ita ut unusquisque qui in huius erat valle, periret [415];

» est un grand fourneau pour y entretenir toujours l'eau chaude qui, sortant d'une fontaine naturelle, tombe dans une grande chaudiere, et delà dans un bain qui est aussi de marbre blanc." — (Quod ad vocab. *Doirie* attinet, quod h. l. nominat auctor, deëst quidem hoc in Lexico, sed est diminutivum vocis دار; Arabice scribitur دُوَيْرَة et *cubiculum*, *dormitorium* exprimit. Ait 'Ibn-Batūta (MS. Cl. de Gayangos, fol. 83 v.): وأَمَرَ خُدّامَهُ فانزلونى بدويرة صغيرة بالمدرسة وفى غد ذلك اليوم الخ (peregrinator itaque in illâ *dowairā* dormivit). Alibi (MS. fol. 359 v.): وادخلنى الى دويرة يسمونها بردخانة الا ان اولها فاء (فردخانه igitur Pers.) وهى موضع راحته بالنهار. In 'an-Nowairii *Hist. Hisp.* (MS. 2 *h.* p. 467) sermo est de صاحب الدوير, sed legendum credo صاحب الدويرة, et suspicor illum virum spectari, quem *regis cubicularium* vocare posses). — Iam igitur credo, collato inprimis posteriore loco ex Gallico peregrinatore, tuto statuere posse, vocabulum *Qobba* designare: *regium palatii cubiculum*. — His iam diu scriptis, accepi apographon locorum 'Ibno-'l-Abbāri de Abbādidis. Ex huius opere (MS. fol. 56 r.) patet, *qobbam* palatii 'az-Zāhi vocatam fuisse سعد السعود; cf. itaque quae infra annotavi ad textûs p. 63 vs. 7.

412) Est hic iterum lusus verborum in nom. propr. Mā.o-'s-samā, ut supra (in textu p. 61 vs. 10, in vers. p. 140 cf. ann. (401)) in carmine 'Ibno-'l-Labbānae. Alloquitur poëta mare, undis suis ipsum madefaciens, et dicit *suam* pluviam (i. e. *continua ipsius beneficia*) homines *felices* reddidisse, maris contra pluviam (undas) se *infelicem* reddere.

413) Mohammed 'ibn-Abbād non tantum cognomen المعتمد على الله sed etiam المؤيّد بنصر الله gerebat; vide infra 'an-Nowairium MS. p. 500 et 'Ibno-'l-Abbārum MS. fol. 51 v. Hic princeps etiam 'al-Mowajjad vocatur in carminibus nonnullis ab 'Ibn-Bassāmo descriptis (MS. Goth. fol. 208 r. vs. 6 a f.; fol. 208 v. vs. 10).

414) Lectio 'Ibn-Bassāmi, pro عليائها offerentis حافاتها, sententiam non mutat. Ex hac enim lectione, vertendum est: *et erat* ('al-Mowajjad) *in eius* (terrae) *oris* (*marginibus*) *finitor*. Sententia est: *quocunque te converteres, semper nihil nisi principem videbas.*

415) Sententia est: *Nos eum deflemus in Hispaniâ, ubi iam omnia conturbata sunt.* — Vocab. بِتَلْعَاءِ,

Eo quod huius ('al-Mo'tamidi) locum oppleverit, oppleta est pluvia [416]; beatus ille qui novit miraculum [417] quod abiit!

Castellum cui nomen 'az-Zāhī [418] ex eius opinione pulcherrimis et venustissimis locis erat annumerandum et unum ex iis quae maxime amabat et appetebat, quia imminebat fluvio (Baeti), in palatium prospectum dabat, elegans erat adspectu, et quia ad omni parte circumdatum erat arboribus et olivis. In eo tantâ laetitiâ erat gavisus, et tali vitae modo, in contemtum adducente albedinem mellis albi, quantâ qualique non gavisi erant Ḫalebî Ḫamdānîdae [419], neque in Gomdāni vertice [420] Saif ibn-dî-Jezen; saepe in illo pocula in orbem agebat, et saepe in illo se oblectabat. Postquam autem se ad illum extenderat infortunium irruens, eique obstruxerat portas levandi curas, huius (castelli) tantum desiderio affectus erat, et tantum prope illud descendere optabat. Tunc cecinit:

---

plur. بطاح, *vallem* vel *campum* denotat. Cf. Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabiga*) in vv. *campo raso como vega* et *vega*, *campo llano*; 'Ibn-Çaqân ('*al-Qalāyid* MS. Ga. fol. 71 r.): أنبطحاء قد لبست زخرفها *vallis* (vel *campus aquâ rigatus*, nam in terris montanis valles fere semper sunt *fertiles campi*) *induerat suum ornatum* i. e. floribus et herbis erat tecta; alibi (MS. Ga. fol. 72 r.): بطحاء لورقة *vallis Lorcae*; 'al-Maqqarī (MS. Goth. fol. 42 v.): ومن المعاقل والقرى ما لا يحصى وهى بطاح خضر وقصور بيض *ibi sunt innumerae arces et pagi; hi similes sunt virentibus campis, illae albis palatiis.* Cf. supra in textu p. 64 vs. 6 a f. et infra in capite ex '*al-Ḉarîdâ* in §. 3. versum '*ar-Rašîdî* (MS. Paris. fol. 155 r.) Aliae ab hac radice بطح derivatae formae idem exprimunt, v. c. أباطح *campi* vel *valles* apud 'Ibn-Çaqānem (MS. A. I. p. 84): منازهها وأباطحها; 'Ibn-Baṭūṭa (MS. Cl. de Gayangos, fol. 65 r.): فتسير باباطح مكة بتلك الهوادج.

416) Magno Codicum numero nixus, particulam في ante الرزق non addidi. Cf. de Sacy (*Gramm. Arab.* II. p. 493), qui dicit, poëtas literae ا weçl*atae* substituere ا hamz*atam*, etiamsi quod affert exemplum alius sit generis, nempe ibi literae ا hamz*atae* substituitur ا weçl*ata*; sed vide alia exempla infra in capite ex '*al-Ḉarîdâ* (MS. Paris. fol. 145 r.; 147 v.). — Ambiguae sententiae est versus, nam رزق tum *pluviam*, tum *stipendium* vel *res ad vitam necessarias* denotat. Vult itaque poëta: *ut pluvialis aqua, illâ valle oppletâ, diutius fluere non potest, sic, 'al-Mo'tamido ex Hispaniâ ablato, solita beneficia non amplius in unumquemque conferuntur.*

417) *Miraculum* illud est 'al-Mo'tamidus. Cf. de vocab. آيَة supra p. 2 vs. 6 a f. et locum citatum in ann. (3) in p. 3.

418) De 'az-Zāhi cf. supra p. 142 ann. (410).

419) Nobilissima illa Ḫalebî dynastia ad quam Saifo-'d-daula pertinebat, summis poëtis ut 'al-Motenabbîo, Abū-Farāso aliisque celebrata.

420) Cf. supra p. 92 ann. (98).

Peregrinum, in terrâ hominum occidentalium captivum, deflebunt thronus et templi suggestus [421];

Eumque, defuncti instar, encomio celebrabunt gladii secantes et hastae, copiosas effundentes lachrymas.

Praeteriit tempus, dum regnum cum eo familiaritatem contraxerat, hodie vero tempore matutino longe ab illo erat remotus [422], dum illud fugitivum erat [423],

Decreto Fortunae, quae ad errorem impellitur et corrumpitur, quando recte se habent felicibus tempora. p. 63.

Humiliavit filios Māo-'s-samāi ipsorum Fortuna; et magna est humiliatio filiorum aquae coeli [424]!

[Ex huius (coeli) aquâ maria in terrae tractûs effunduntur, quia sic eos deflet.]

Utinam scirem, an iterum noctem transacturus sim, dum ante me et pone me est hortus et lacus,

In (terrâ) olivas producente [425], quae haereditate nobilitatem accepit, dum gemunt palumbes, aut canunt aves,

In huius 'az-Zāhiro [426], altis pinnis instructo, quem irriget pluvia! dum 'at-Toraijā [427] nos quasi manu ostendit nosque illud manu ostendimus [428],

Dum limis nos adspicit oculis 'az-Zāhī huiusque Sa'do-'s-so'ūd [429], zelotypi, nam tenere amans zelotypus est [430].

---

421) Excercebat 'al-Mo'tamidus potestatem temporalem et spiritualem.

422) Ante منه cogitatione بعيد supplendum puto, ut supra p. 53 vs. 4 a f., ad q. l. cf. ann. (300) in p. 125.

423) Comparatur hic regnum cum dorcade quae, homini iam assuefacta, deinde iterum pavida et fugax fit.

424) In hoc et sq. vs. iterum est lusus verborum in nom. propr. Māo-'s-samā.

425) Partic. fem. مُثْبِتَة spectat ad subintelligendum subst. fem. gen. أرض. Dubium autem non est, quin hic spectetur regio prope Hispalin, الشرف (hodie adhuc *Axarafe*) dicta, quae olivis suis erat celebratissima. Ipsum eius nomen, ni fallor, innuit poëta verbis مورثة العلى.

426) Az-Zāhir (quod non cum 'az-Zāhī confundendum) erat palatium 'al-Mo'tamidi ad flumen Baetin situm. Dicit 'al-Ḥigārī apud 'al-Maqqarium (MS. Goth. fol. 567 v.), in loco infra edendo: قصر الزاهر على نهر اشبيلية ☆

427) De hoc palatio cf. supra p. 142 ann. (407).

428) Finge tibi duo palatia quorum alterum e regione alterius est situm; in utriusque turri homines adsunt; qui in alterius palatii turri stant manu monstrant alterum palatium et vicissim qui in huius turri adsunt illud digito monstrant.

429) Sa'do-'s-so'ūd palatii 'az-*Zāhī* idem est quod supra vocavit 'al-Mo'tamid huius palatii *qobba*. In loco enim 'Ibno-'l-Abbāri quem iam supra in fine ann. (411) citavi, haec leguntur: القبة المسمّاة بسعد السعود وهى قبة بالقصر الزاهى. Collatis itaque quae supra (l. l.) monui cum hoc 'Ibno-

Vides illum difficilem [431], dum non facile est eo potiri sed omne id quod vult Deus facile est [432]!

'l-Abbāri loco, et carmine 'ar-Raŝīdī quod ab hoc auctore citatur et infra edetur, haec statuenda arbitror: Sado-'s-soūd — nomen ipsum, uti notum, significat *tres stellas β, ξ in aquario cum stellâ c in caudâ capricorni* — erat turris in palatio 'az-Zāhi, in quâ regium erat cubiculum, ubi tempore matutino 'al-Motamidus esse solebat, eo inprimis consilio ut carmina componeret.

430) Castellum 'az-Zāhi (de quo vide supra p. 142 ann. (410)) ita situm fuisse videtur, ut qui in 'az-Zāhiro erat, illud non bene videre posset. Zelotypiâ igitur commotum, dicere videbatur: Nonne *me* vides?

431) Id est: vides illud castellum asperum esse et bene munitum.

432) Illud castellum cum reliquis 'al-Motamidi oppidis, castellis et pagis, in potestatem Morābitarum devenerat. — In marg. Cod. Gothani hic sequentia leguntur: فاجابه ابن حمديس الصقلى.

(الطويل) تجيء خلافًا للامور امورُ ويعدل دهر فى الورى ويجور
أتيأس من يوم يناقض امسه وشيب الدرارى فى البروج تدور
وقد تنتاجى الافلاك بعد خمولها وتخرج من تحت الخسوف بدور
ليست هذه الابيات فى نسخة القلائد وانما هى طرّة وُجدَتْ هنا اه

Poëta (Abū-Mohammed 'Abdo-'l-Gabbār 'ibn-'abi-Becr 'ibn-Mohammed) 'ibn-Hamdīs natus erat in ciliâ, sed hac insulâ a Normannis, duce Rogero, occupatâ, patriam reliquit et, ut alii Siculi, se in Hispaniam, et quidem ad 'al-Motamidum, liberalissimum poëtarum patronum, contulit anno Arabum 471 (Ibn-Callicān, ed. de Slane, I. p. ٢٢١ in eius vitâ; 'an-Nowairi *Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 506). Quum 'al-Motamidus regno esset remotus, Ibn-Hamdīs se in Ifriqījam contulit, et primum quidem 'al-Mahdījae habitasse videtur; testatur enim 'an-Nowairi (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 506), Ibn-Hamdīsum visitasse 'al-Motamidum, Agmāti incarceratum, et hunc principem ad Ibn-Hamdīsum 'al-Mahdījae reducem (بعد أن عاد الى المهدية) scripsisse ipsum illud carmen quod hic in textu versum est; tunc Ibn-Hamdīsum ei respondisse alio carmine ex quo quatuor versûs descripsit 'an-Nowairi, quique infra ex Ibno-'l-Atīro (MS. Paris. fol. 133 v.) edentur. Deinde Begājam se contulisse videtur, nam in 'an-Nowairii *Encyclopaediâ* (MS. 273 p. 105) longum exstat carmen quod in palatium 'al-Mançūri, quod Begājae erat, composuit. In hac urbe anno 527 diem obiit supremum (Ibn-Callicān l. l.); secundum alios autem in Maioricâ insulâ mortuus est (Id. ib.). Complura eius carmina exstant in 'an-Nowairii *Encyclopaediâ* (MS. 273). Haec breviter hic de Ibn-Hamdīso monita sufficiant; non enim dubito, quin fusius et accuratius de hoc poëtâ Siculo expositurus sit Illustrissimus Amari, vir multis mihi nominibus reverendus et carus, in praeclaro quod molitur et summâ cum diligentiâ inchoavit opere, Bibliothecâ nempe Arabico-Siculâ.

Iam quod ad versûs a Scholiastâ Gothano citatos attinet, eos ex *eodem* carmine esse desumtos ex quo quatuor versûs descripserunt Ibno-'l-Atīr et 'an-Nowairi, patere videtur ex metro et homoeoteleuto; accedit quod Ibn-Callicān (l. l.) citat 2um versum a Scholiastâ Gothano descriptum, et tunc statim vs. 3um et 4um ab Ibno-'l-Atīro et 'an-Nowairio citatos. Unum tantum obstat: nempe ex

Primo festo 433 quod eum Agmâti occupavit, tempore matutino (homines) ad prata educente 434, dum illi praeter carceres nulla erant prata, nullusque ornatus 435 praeter obscuritatis conditionem et mutationem earum rerum quas speraverat, intrarunt 436 apud eum ex

homoeoteleuto in primo et secundo hemistichio primi versûs a Scholiastâ Gothano allati, efficeres hunc *primum* esse carminis; sed idem obtinet in primo versu ab 'Ibno-'l-Atîro et 'an-Nowairio citato. Statueres itaque, *duo* nos habere 'Ibn-Hamdîsi carmina eodem de argumento et eâdem opportunitate composita. Hoc autem non probabile est, et potius statuendum arbitror, 'Ibn-Hamdîso, in alterutro horum versuum homoeotelenton in primo hemistichio, non animadvertenti excidisse. Caeterum versûs ille in margine Codicis Goth. satis negligenter sunt scripti; complura puncta diacritica sunt omissa et alia iis insunt menda; secundum versum emendavi ex 'Ibn-Callicâne (l. l.), nam praeter haud pauca puncta diacritica omissa, in Cod. Goth. pro الدرارى legitur البرارى. In versu tertio perspicue in Cod. Goth. legitur تنتجى quod quum metro et etymologiae optime conveniat, statuendum arbitror 8am formam verbi نجا significare *serenus factus est* (aër). Verto:

Altera res alteram excipit; Fortuna nunc iuste cum hominibus agit nunc iniuste.

Desperasne propter diem qui diei hesterno contrarius est, fulgentibus stellis circumeuntibus in Zodiaci signis?

Attamen serenus tandem fit aër quum nubibus est obscurus, et lunae ex eclipsibus prodeunt.

Caeterum vides, Scholiastam observare hos versûs non in textu operis 'Ibn-Câqânis legi, sed se eos invenisse in margine sui archetypi, veluti margo (طرّة) est in panno.

433) Simplex عيد hic العيد الصغير *festum parvum*, (tribus prioribus mensis Šawwâli diebus) indica Primum, hoc maioribus solemnitatibus quam alterum العيد الكبير *festum magnum*, testante Lane (*Modern Egyptians* II. p. 280 vs. 11 a f. sqq.), celebratur: unde per se iam probabile est, العيد الصغير hic simplici عيد denotari; deinde in sequentis carminis vs. 6 mentio fit de *ieiunii solutione* (فطر) et haec obtinet in *festo minori*, unde etiam festum nomen عيد الفطر obtinuit (cf. Lane l. l. II. p. 266); denique Diego de Torres (*Relation des Chérifs* p. 261) loquitur de *la Pasque*, *qu'ils nomment Leida*, et ex illis quae ibi dicit, patet, simplex illud *Leida* i. e. العيد (sic enim, et non عيد pronuntiare Africanos, apparet etiam ex Capt. Lyon *Travels in Northern Africa* p. 108), plane ut in nostro textu, العيد الصغير *festum minus* denotare.

434) Quum nondum traditum invenerim, Moslimis peculiarem esse consuetudinem ut *Festi* (العيد) tempore in pratis, animi causâ, ambulent, *prata* hic *coemeteria* indicare existimo, quae visitare, fixis ibi tentoriis, Moslimis maxime in more est. Cf. Lane l. l. II. p. 267 sqq.

435) *Festi* tempore novas et splendidas vestes induunt Moslimi; v. Lane l. l. II. p. 266 et 280. Hinc quoque explicanda 'al-Mo'tamidi tristitia, hoc die filias dilectissimas laceris vestibus indutas videntis; cf. seq. carm. vs. 2.

436) In apodosi, propter longiorem protasin, ante verbum additur particula ف. Sequentem locum, usque ad finem carminis, iam vertit Reiskius in Abû-'l-fedâi *Annal. Moslem.* III. p. 301, 303, eleganter, sed sententiam, non verba, latine exprimens.

suis filiis nonnulli, qui eum salutarunt eique gratulati sunt [437]. Inter hos erant filiae eius, indutae vestibus laceris, quasi hae essent eclipses [438], ipsae autem lunae plenae, flentes dum se invicem interrogabant [439], et monstrantes humilitatem post superbiam; fames [440] mutaverat earum formas earumque mentem obstupefactam reddiderat; nudi [441] erant harum pedes, et vestigia commodae vitae deleta erant. Tunc dixit (se ipsum allocutus):

Superiori tempore diebus festis laetus eras; nunc autem te affligit festum Agmatî captivum.

p. 64. Vides filias tuas, vestibus laceris indutas, famelicas, in fila ducentes conducenti gossipium ne ciccum quidem possidentes [442].

Accedunt ad te salutandum, humili facie, lassae tristesque.

Conculcant coenum [443] nudis pedibus, quasi nunquam antea camphoram et muscum calcassent [444].

Uniuscuiusque genae exterior pars questa est de inopiâ [445], nec rigatur nisi comitantibus suspiriis [446].

---

437) Mos ex quo hoc die alter alterum visitat, etiam a Lane (l. l. II. p. 266 vs. 9 a f. sqq.) commemoratur.

438) Ni fallor, Lexico addendum est, pl. كسوف *eclipses* exprimere.

439) Scilicet *de valetudine.*

440) In lectione الضّباع (nonnulli addunt vocalem) iam omnes mei, praeter A. cuius الضباع merum mendum habeo, quam Codices Paris., Lond. et Oxon. conspirant. Iam animadvertendum est, Ibno-'l-Catibum (MS. fol. 184 v.) in loco infra edendo, etiam de al-Mo'tamidi filiabus loquentem, dicere: واضطرّتهنّ الضيعة التى تعيّشهنّ من غزل ايديهن, ex quo loco patet ضيعة *famem* significare. Eodem sensu ضياع in nostro textu accipio, et puto verbum ضاع cuius haec significatio minime in Lexico apparet, cognatum esse cum similis soni verbo جاع. In carmine infra ex al-Marrâkiŝio (MS. p. 139) edendo, videbis, formam ضُيَّع *esurientes* denotare.

441) Lexico addendum, voc. حافٍ etiam *nudum* (de pede) significare; cf. sq. carminis vs. 4.

442) Proprie: *ne pelliculam quidem ossis dactyli possidentes.* Iam Reiskius (l. l. p. 302) observavit, hoc desumtum esse ex *al-Qorâno* XXXV. vs. 14.

443) » Per plateas nempe transeuntes, quae plerumque in urbibus Muhammedanorum coenosae sunt." Reiskius.

444) Commentario huic versui erit locus al-Maqqarî (MS. Goth. fol. 566 v.) infra edendus.

445) Sententiam explicet Reiskius, sic vertens: *Genam earum non videas, quae maciem non satis prodat.*

446) Arabibus, deserti incolis, pluvia, uti notum, est gratissima, et ideo liberalitatis omniumque bonarum gratarumque rerum imago. Iam his gratis rebus, ait poëta, carent filiarum mearum genae, et irrigantur tantum talibus, quae simul cum suspiriis oboriuntur, nempe lachrymis. — Caeterum Lexico addendum, plur. formam أنفاس *suspiria* denotare.

Ieiunium solvisti in Festo (ne me iterum rediens affligat!); tunc tua ieiunii solutio effecit ut iecora ieiunium solverent 447.

Fortuna olim tua, si quidquam ei iuberes, morem gerebat; deinde vero repulit te Fortuna, ita ut ipse morem gerere et iussis obedire debeas.

Qui post tuam calamitatem regno delectatur, somniis tantum se decipi patitur.

In Africâ per longum tempus mansit, dum eius animus non timore implebatur, licet non esset securus, nullaque eum animi angustia occupabat, licet in eius costis tecte adesset, donec seditionem excitaret unus eius filiis Arcosi, quod castellum est Hispali vicinum, eâ viciniâ quâ extremitstes digitorum vicinae tunt volae manûs 448, imminens locis planis campisque 449; fieri non potest ut ad illud accedas 450, nullusque exercitus illud obsidere potest. Tempore matutino et vespertino hic filius Hispalis populo ingrata affebat 451, et, suum territorium dilatans, Hispalis latera huiusque terram circumiacentem in angustiam redigebat. Sed contra eum se movit 'Emîrus Sîr 'ibn-abî-Becr (cui Deus propitius sit!), antequam pars quâ filius ille rem recte constituere potuisset, ad hunc

---

447) *Iecora* sunt *affectuum sedes.* Vult itaque poëta: factum est iis quae in hoc festo vidisti, ut animi affectûs, diu retenti, tandem se effundere deberent.

448) His verbis auctor indicare vult distantiam Hispalin et Arcosum inter fuisse perexiguam. » La ciudad » de Arcos de la Frontera dista de Sevilla a la parte del mediodia, doze leguas," ait Rodericus Caro *Antiguedades de Sevilla*, fol. 133 col. 4.

449) De بطاح pl. a voce بطحاء cf. supra p. 144 ann. (415).

450) Verba لا يمكن معه عَيْش ad literam significant: *fieri non potest ut cum eo* (castello) *vivas* i. e. *fieri non potest, in planitie tu quum degis, ut amici instar, ad castellum tamquam ad amicum visitandum venias*, et his verbis auctor *rupem altissimam et inaccessam in quâ Arcosi castellum est aedificatum* indicare voluit. Situm castelli Arcosi ut bene sibi ante oculos proponat lector, tum ad praecedentia, tum ad sequentia melius intelligenda, haud inutile erit. Sic igitur hoc eleganter describit Rodericus Caro (*Antiguedades de Sevilla*, fol. 133 col. 4 et fol. 134 col. 1): » Està edificada sobre una » altissima peña tajada, que corre a lo largo de Oriente a Poniente; y por solas estas dos partes tiene » entrada, porque todo lo demas es peña tajada, que la cerca el rio Guadelete, y por alli es del » todo inaccessible:" — cf. nostri textûs verba لا يمكن معه عيش، ولا يتمكن من منازلته جيش" — » a la parte del Mediodia tiene una llanura" — cff. 'Ibn-Caqân*is* verba بسائط وبطاح — » cercada de unos cerros, que blandamente se levantavan en circulo, a manera de un amphiteatro, » que tambien baña el rio Guadelete, dando una buelta por el principio, y rayz de aquellos cerros, » dexando en medio una llanura, o area redonda, donde ay muchas huertas, que miradas desde las » casas, que estan sobre aquella peña, hazen unas de las mas amenas, y deleytosas vistas, que se » pueden imaginar."

451) Hispalis tunc in potestate Morâbit*arum* erat.

esset reversa 452. Invenit Sirus principem, dum malum quo hostem afficere volebat, erat paratum 453, et noxa iam pardo similis evaserat 454, dum eius pruna iam erat accensa, et eius res aspera facta erat. Sirus descendit fluvii sui ripam secutus 455 et constantiam sibi proposuit, assequi studens suum morbum 456, antequam nimis gravis esset quam ut sanari posset. Obsedit illum, qui nondum instrumenta quibus iaculari debebat, paraverat, ad quem nondum convenerant 457 exercitûs ex quovis tractu, et in cuius tramitibus nondum effusa erat quaevis gutta. Tunc mansit ab omni parte circumdatus, dum nihil in eius commodum (hostes) disiungebat praeter sagittam, et nihil, in eius commodum,
p. 65. penetrare (ad illum) poterat praeter animam et cogitationem 458. Per aliquot menses se defendit 459 donec eum pro scopo sibi sumeret 460 sagittarius quidam, sagittâ usus 461;

---

452) Id est, ut paullo infra dicit ipse ʿIbn-Čāqān, omnes copiae ʿAbdo-ʾl-Ǵabbāri (hoc enim erat huius ʿal-Moʿtamidi filii nomen) nondum in Arcosi arce reduces erant. Populabantur nempe terram, circum Hispalin sitam.

453) Lexico addendum est, 5am formam verbi شمر proprie (collatâ formâ 2a) significare: *sibi succinxit laciniam* vestis, et hinc *promtus, paratus fuit*, vel *se paravit*. Cf. locus ʿIbn-Čāqānis (ʿ*al-Qalāyid* MS. Ga. fol. 61 r., cum quo conspirat Cod. B.; A. hoc loco (I. p. 158) est corruptus): مُتَنَمِّر تنمّر الليث ، متشمّر تشمّر البطل الباسل عند العيث "

454) » The word *Nimmer* may be translated Leopard; it is spotted rather than striped, and in size re» sembles the royal tiger of Asia. The strength and agility of this animal is wonderful; I have seen » one receive nine balls, before he fell." Jackson *Account of Marocco* p. 35. Vult itaque ʿIbn-Čāqān: noxa quâ ʿAbdo-ʾl-Ǵabbār hostes afficere volebat adeo timenda erat, ut diceres a pardo, animali quam maxime robusto, tibi esse metum.

455) Si haec recte verti, verbum نزل hic eodem modo usurpatur atque in *Journ. Asiat.* 3e série tom. XI. p. 118 (Février 1841) نزل الوادى *descendit fluminis cursum secutus*, et flumen, de quo hic sermo, est Guadelete; cf. suprà in ann. (450) locum Roderici Caro.

456) ʿAbdo-ʾl-Ǵabbār hic *Sirī* morbus dicitur.

457) Forma 7a verbi حشد Lexico est addenda.

458) Primo sententiae membro vult auctor, hostes tam densis agminibus ʿAbdo-ʾl-Ǵabbārum cinxisse, ut non nisi nonnullis sagittarum vi interfectis, hic respirare posset; in secundo, amicos quos ʿAbdo-ʾl-Ǵabbār extra castellum habebat, voluisse quidem ei opem ferre, sed, hostibus impedientibus, *cogitatione* tantum et *votis* in castello adesse potuisse.

459) Forma 8a verbi مسك, exprimens *se defendit* (*se maintenir*), Lexico est addenda.

460) Lexico addendum 2am formam verbi غرض esse denominativum a غَرَض (scopus) et signif. *scopum fecit* aliq. c. acc. p.

461) Si quis hoc بسهم, quod in duobus Codd. deëst, delere et pro glossâ habere velit, non refragabor,

hic eum petivit et ipso loco occidit. Quo facto, (stellae instar) decidit in ipso illo loco ubi ortus erat [462], et in loco ubi erat occisus cecidit. Sepultus est ad latus sui throni [463], nec amplius timendus ei erat suae audaciae exitus! Eius autem milites se adhuc, ducibus nonnullis principis Wezîr*is*, defendit, donec in nimis graves angustias essent redacti, remotum [464] esset ab iis auxilium, communis esset omnibus fames, et alternis tantum diebus ad eorum palpebras veniret somnus. Tunc (ab arce) descendit turba ex iis continuo agmine proruens, recessitque vel anhelitu retento. Hanc secuti sunt qui remanserant, et miseri quum essent, commodâ iucundâque vitâ uti optabant; sed pervenerunt in potestatem infortuniorum, et devenerunt in angorem mortis. Tunc stigmate eos notavit iniustitia, dividitque eos ensis. Quia vero rugiverat catulus, timebatur impetus [465] leonis, neque exspectabatur sanum esse (corpus) universum, quum pars esset corrupta [466]. Dum haec igitur gerebantur, al-Moʿtamid*us* in carcerem erat coniectus, et habitanda ei erat data area rerum ingratarum [467] harumque locus ante aedes late patens; et quum equitare eum fecissent in serpentibus magnis [468], eumque haeredem continuae tristitiae constituissent, dixit:

Canit tibi femina, quae modulationibus suis indicat se esse Agmât*ensem* [469]; molesta est animo et corpori!

---

462) In illo enim castello primum se Morâbit*is* opposuerat.

463) Nescio, utrum hoc *factum* sit quod Ibn-Çâqân *narrat*, an metaphora.

464) *Passiva* haec 8ᵃᵉ formae verbi رَدَّ significatio, *repulsus*, *remotus est a* c. عن, Lexico est addenda.

465) Lectionem سورة praetuli alteri ثورة; hoc postremum vocab. ex analogiâ quidem *impetum* designare posset, sed in Lexico tamen haec significatio ei non tribuitur; Reiskius contra ad Golium annotavit ذو سورة ipsum *leonem* indicare. Caeterum vides, auctorem velle: quia filius seditionem moverat, idem timebatur a patre.

466) Filius hic proponitur tamquam pars corporis, pater tamquam corpus universum.

467) De vocab. خَطْب, in plur. خطوب, cf. supra p. 102 ann. (154).

468) I. e. catenis; cf. supra in textu complura al-Moʿtamid*i* carmina. Caeterum edidi ex tribus Codd. et al-Maqqario أساودا, non أساودَ ex A., quia magis verosimile mihi videbatur, auctorem pluralem أساود fecisse triptoton, ex licentiâ poëtis et prosae ornatioris scriptoribus concedendâ, quam omisisse signum accusativi in معاودا (pro quo A. معاودَ offert), quod Grammatica postulat.

469) Cantatrix illa Agmât*ensis* est al-Moʿtamid*i* catena. Conferri meretur Calderon*is* locus in *El Principe constante* (Jornada primera), ubi Zara captivos cantare iubet. Respondit horum unus:

¿ Musica, cuyo instrumento
son los hierros y cadenas,
que nos aprisionan, puede
averla alegrada?

Olim hasta tua serpenti similis erat in manûs conserentium tumultu, nunc tibi est catena serpenti similis!

Te pervicacem coarcet maximâ pervicacitate, dum serpit 470, nullâ captivi misericordiâ permota.

Apud Deum clementem cor meum de suâ queritur tristitiâ; non (alioquin) frustrari solet qui queritur apud Deum clementem!

O tu qui de huius (captivi) 471 conditione et loco inquiris: eius conditio vicem meae pristinae conditionis non explevit!

En eius fidicinam! Et hoc eius est palatium! Et post qualia conclavia 472 qualesque fidicinas!

Quum amico careret qui cum eo viveret, abessetque talis qui familiari modo cum eo colloquium institueret, quum eius moeror in longum tempus perduraret, et bellum quod perpatiebatur cum eo pacem non iniret, dixit:

Speras animo, moerore presso, laetitiam, et fastidis nigras res ingratas 473: attamen in longum tempus perdurant!

Laetiores 474 erant noctes quarum socius eras in tuo 'az-Zâhî 475; sic et ante me noctium socii erant reges!

p. 66. Voluptas et miseria, — altera alteram delet; — post utramque vota delent vota 476!

Quum diu iam in carcere 477 degisset, gravisque ei esset durities et vis compedis, in-

---

470) De hac 5ae formae verbi عطف signif. v. supra p. 136 ann. (377).

471) Pronomina in شانه, مكانه et secundo شانه, ni fallor spectant ad *captivum* illum (العانى) in huius carminis vs. 3. Pulcherrime 'al-Mo'tamid*us* se ipsum tamquam *regem* et tamquam *captivum* ita proponit, ut duos diversosque viros indicari putes.

472) Forma plur. مقاصر etiam in Cod. A. legitur in versu 'Ibn-Zaidûn*i*, edito a Cl. Weijers in *Spec.* p. 22 vs. 11, et in loco 'Ibn-Câqân*is* (*'al-Qalâyid* MS. A. I. p. 79): أوى منها الى جنّات ومقاصر.

473) De voc. خطب in pl. خطوب cf. supra p. 102 ann. (154).

474) Quum صغاء saepius *laetitiam* exprimat (cf. Cl. Fleischer *de glossis Habichtianis* p. 58), nihil obstat quominus adiectivi comparativo potestatem *laetior* adscribamus.

475) De hoc castello cf. supra p. 142 ann. (410).

476) Valde mihi arridet lectio Codicis G., pro الامانى exhibentis المنايا; quâ admissâ, vertendum: *post utramque delent exitialia fata vota*, i. e. *mors votis finem* imponit. In carmine, quod exstat in *Noct. Arab.*, ed. Macnaghten, I. p. 50 vs. 1, sibi invicem opponuntur يوم المنايا i. e. *dies fatalis* et يوم الامانى *dies quem vota exoptant*. Hanc lectionem sine dubio in textum admisissem, si plurium Codicum niteretur auctoritate.

477) Sequentia Lexico sunt addenda. Vocab. ثقاف, apud Hispaniae et Africae Septentrionalis scriptores

quietum eum reddidissent sollicitudines, ab omni parte eum tegentibus curis, continuatâ serie eum consequentibus moeroribus, et quum nimis longae essent eius noctes nigrae, dixit (se ipsum allocutus):

Arabes, *carcerem* denotat. Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabigo*) vertit *prision* ثقاف. Legitur apud 'Ibn-Câqânem (*'al-Qalâyid* MS. A. I. 95): „فتمشّى انطلاقه، وانفرجت اعلاقه، وعند ما خُلِّص من ذلك الثقاف، خلوص القناة من الثقاف„ الخ, in quo loco primum ثقاف *carcerem*, alterum *instrumentum quo rectae redduntur hastae* denotat. Cf. etiam versum 'Ibno-'*l*-Labbânae, infra ex 'Ibno-'l-Atîro (MS. Paris. fol. 133 r.) edendum. In 'Ibn-Batûtae *Itinerario* (MS. Cl. de Gayangos fol. 287 v.): سرّح قاسى من ثقافها, *dimisit Qâsûm ex eius carcere.* — Ab hoc substantivo derivatum est verbum denominativum ثقّف, cum infinitivi formis تثقيف et ثقاف et partic. pass. مثقّف (*incarceratus*), quod significat *incarceravit.* Legitur apud 'Ibn-Gobair (*Itinerarium* MS. 320 (1) p 203): فقتل الزوج المذكورة وثقف الابن المذكور ثم ان ابنا للثائر المذكور عطّفته الرحمُ على الابن المعتقل فاطلق سبيله. In *'al-Qartâso* (MS. 17 fol. 118 v.): فثقّفهم بالحديد وطالبهم فى المال والاثاث الذى انتهبوه من قصره. Ib. (MS. fol. 163 r.): ثقّف عمّه. Id. (ed. Tornberg, p. 99): فدعا يوسف قائده امير ابن ابى بكر يامره بالقبض على ابن عبد العزيز وثقافه فقبض عليه وثقّفه بالحديد. Apud 'Ibn-Câqânem (*'al-Matmah* MS. fol. 79 v., corr. ex 'al-Maqq. MS. Goth. fol. 507 r.): همّ الاعوان بتقويمه وتثقيفه *voluerunt milites praetoriani eum punire et incarcerare.* Apud 'al-Maqqarium (MS. Goth. fol. 547 v.): لمّا قُبِض على الوزير ابى جعفر بن عبد الملك بن سعيد العنسى وثُقِّف بمالقة دخل اليه ابن عمّه. Apud 'Ibno-'*l*-Labbânam (in 'al-Maqq. opere MS. Goth. fol. 551 r.): فوصلتُ اليه باغمات عقب ثقاف استنقذه الله منه. Et deinde (*ibid.*): امر بثقاف المعتمد فى الحديد. Cf. supra in textu p. 70 vs. 6 alius huius auctoris locus, ubi infin. ثقاف eodem sensu occurrit. Apud 'Ibno-'l-Câtîbum (*Lexicon Biographicum* MS. Cl. de Gayangos fol. 53 v.) sermo est de duobus fratribus captivis: وتوجّه عبد المومن فى اثر ذلك زائرًا الى تربة المهدى فاستصحبها (عما .l) منكوبَيْن بحال ثقاف وصدرتْ عن ابى جعفر فى هذه الحركة من لطائف الادب نظمًا ونثرًا فى سبيل التوسّل بتربة امامهم عجائب. Apud 'Ibn-Batûtam (*Itinerarium* MS. fol. 202 v.): قُبِض عليه وكتب عماد الملك بذلك للسلطان فامره ان يبعثه ويبعث الذى قبض عليه كلاهما فى حكم الثقاف. In *Epistolis* 'Ibno-'l-

Nuntii tuae captivitatis texerunt terrae tractûs: imo, texerunt omnes terrae regiones inquietâ tristitiâ [478]!

Profecti sunt ex Occidente dum eorum pedes nunquam complicabantur [479], donec venirent ad terrae tractum Orientalem, suo splendore te mortuum esse annunciantes.

Effecit dolor ut arderent iecora et corda, effeceruntque lachrymae ut submergerentur interiores oculorum anguli et pupillae.

Angustum fuit pectus coeli incolarum [480], quum te mortuum esse iis annunciaretur, et diceretur tibi angustum esse vinculum.

(Dixerunt): Quomodo fieri potest, ut tu vincereris, dum semper victorum eras victor, et in cursûs certamine primos quosque praevertebas [481]?

Respondi: Res ingratae, inopinate venientes, vilem me reddiderunt, dum antea acies gladii mei [482] inopinate ad hostes veniebat.

Quandonam vidisti vicissitudines, quum aggrederentur possessores magnorum agminum camelorum, relinquentes nonnullas ovium greges [483]?

Dixit mihi quidam quem fide dignum habeo: Postquam in suo loco eius filius rebellaverat, et excitaverat odium Imperatoris fidelium, eum vehementi metu fuisse perculsum, et scivisse hunc devenisse in laqueum infortunii [483], lapsum in praecipitium. De

---

Câlibí (MS. 11 (1) fol. 14 v.): ثُأْنْقِىَ فى حكم الثقاف. Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabigo*) vertit *preso* et *prisionero* مُثَقَّف; legitur apud 'Ibn-Batûtam (MS. fol. 222 r.): فمن كان. على الباطل بعثناه مثقفا الى الحضرة ✿

478) Hoc carmen videtur compositum tempore vehementissimae procellae, ab Occidente ad Orientem procedentis (cf. vs. 2), fulminibus et imbribus terram affligentibus. Haec fulmina et hi imbres *captivitatis suae nuntios* vocat poëta (vs. 1). *Fulmina coeli incolis* (vs. 4) eius infelicem conditionem nuntiant (vs. 2), et his *iecora* et *corda* adscribit, urentia propter dolorem quem ex eius miserae conditionis adspectu patiantur; *imbribus* oculos tribuit, qui eandem ob causam lachrymas effundant (vs. 3).

479) Id est *dum nunquam quiescebant*. Notum est Orientales dum sedent pedes complicare.

480) Voc. معالى proprie *celsitudines*, et hinc *viros nobiles* (cf. supra p. 39 vs. 2 a f.) denotat. Hic *coeli incolas* exprimit.

481) Forma سَبَّاق Lexico est addenda.

482) Multo meliorem sensum hic praebet غربى (غرب hoc sensu tum in hisce poëmatibus, tum apud 'Ibn-Câqânem, frequentissimi est usûs) quam altera lectio عزّى *potentia mea*.

483) Vult Poëta: omnia iam mihi erepta sunt, et prorsus nihil restat.

484) De hac voc. شَرّ significatione cf. supra p. 136 ann. (376).

eius facto questus est, et propter illud dolore est affectus et cruciatus, dixitque: »De »me calumnia ad fata allata est, visumque est ut tentarer! Per Deum! non deflebo nisi »illas quas post meum discessum relinquam ignominiae expositas, et quas iniustitiae expo»nit [485] mea absentia." Deinde oculos humi defixit, sed caput sustulit, dum iterum nova luna facta erat suae lunae postrema nox [486], et sua laetitia eum in gratam umbram detulerat [487]. Vidi eum iterum animum recipientem [488], et diligenter observantem et respicientem famam (de filio). Tunc sciebam eum sperare reditum in regnum, seque revisurum loca ubi antea habitasset. Sed (hanc spem non diutius fovit) quam per spatium temporis quo tympanum circumvertitur [489], vel oculus obstupescens se ad aliquid con-

---

485) Haec significatio 5ae formae verbi حاف (med. ى) Lexico est addenda; videbis infra, in capite de ʿar-Râçio (MS. A. p. 55), eandem exprimere *iniustitiâ affecit*, *iniuste tractavit.*

486) Lexico addendum est, 5am formam verbi هلّ significare *factum est* هلال (*nova luna*) aliquid. Aliud huius significationis exemplum est in ʿ*al-Matmaḥ* (MS. fol. 73 v.), in loco nostro simili, ubi haec leguntur: „وقد دخل اشبيلية فلم يلق فيها مبرّه، ولم ير من اهلها تهلّل أسرّه". *Postrema* autem *mensis nox* exprimit apud Arabes omne id, quod *abiectum* vel *triste* est. Cf. metaphoram apud Ibno-'l-Ćatibum (MS. fol. 29 v.): تخلّص من سرارها بدرها. De Abû-Farâso, libertati restituto, ait ʿaṫ-Ṫaâlibî (*Jetîmaṫo-'d-dahri* MS. 502 p. 49): „فلما خرج قمر الفضل من سراره، واطلق اسد الحرب من اساره". Apud Ibn-Ćaqânem (ʿ*al-Qalayid* MS. A. I. 193) exstant verba: لا يضاف سرارك الى ابدارها quod sic, missâ metaphorâ, vertere posses: *non ut appendix sed ut res ipsa consideraris.* — Sententia nostri loci est: iterum laetus erat, et gaudium se in eius facie monstrabat; sperabat nempe, filii conatum prospere successurum, seque ipsum regnum recuperaturum, ut sqq. explicant.

487) Cf. supra p. 28 ann. (83).

488) Haec potestas 10ae formae verbi جمع Lexico est addenda. Plane convenit cum German. *sich fassen.*

489) Fateri debeo, me antea de verbis Arabicis quae hic in textu leguntur, nihil intellexisse. Consului itaque de hoc loco Cl. Fleischerum qui, quâ est humanitate, explicationem suam ad me perscripsit, quae, ni fallor, ingeniosissima habebitur, modo seqq. quae Vir Summus monuit, teneantur. دائرة est *un tambour de basque*, ut testatur Bocthor in *Dictionn. franç.-arabe* (in v. *tambour*). In eiusdem opere laudato voc. *vertige* explicatur دوخة; *avoir un vertige* داخ O; (sub *tourner*) *la tête lui tourne* داخ O — هو دائخ. Huic verbo داخ affine esse nostrum داح probabile putavit Vir Cl. Tale autem tympanum quale دائرة denotat, a puellis saltantibus in digiti extremitate vel articulo circumverti, notum est. Iam quod ad constructionem attinet, pronuntiavit Cl. Fleischer بمقدار لا تنداح دائرة, monuitque τὸν راجع in τῇ صفة, quum indefinitum tempus indicant Arabes, saepe omitti. Sed eius iudicio subiicio, an non pronuntiandum sit بمقدار لا تنداح, ita ut sequentes

vertit, donec diceret [490]:

Sicne perire debet gladius in vaginâ suâ, etiamsi manus mea eum quatiat diuturnum sonum edentem?

Sicne sitire debet hasta quam non inter crus et genu pono, quamque non potu subnigricantis sanguinis satiat mea dextra?

p. 67. Sicne recusat equus, nobili stirpe oriundus, mandere freni lupos, quasi observet dolum in insidiis?

In quibus equites videntur leones, custodientes suam praedam in lustro.

Nullusne est nobilis animus qui permoveatur misericordiâ gladii [491], quia cordis vena illum opprobrio afficit [492]?

Nullane est generosa indoles, quae relevet hastam, eamque sanet ab omni morbo recondito?

Nullane est misericordia filii (matris) tenerae amantis [493], magno dolore affecti, sed parum gementis?

Sperat hic ut illa (mater) eum pectori apprimat, ita ut redeat [494] ad sepulchri pectus,

---

phrases complementum sint istius بمقدار, plane ut dicunt Arabes (infra in *'al-Carîdâ* MS. Paris. fol. 146 v.): (السريع) ليلة لا ناه ولا زاجر, ubi metrum indicat ليلةً, non ليلةٌ, pronuntiandum esse. Barbare itaque sed accurate locus noster vertendus esset: *spatio τοῦ non circumvertitur tympanum*, et alter ille: *nocte τοῦ non* (est, adest) *vetans*. Quidquid statuas, sententia semper eodem redit.

490) Queritur in hoc carmine 'al-Mo'tamidus se otiosum esse debere, non in bellum irruere posse, et optat se, tantis infortuniis vexatum, cito moriturum.

491) Vides, hic voc. مشرفي ut *sing.* non ut collectivum usurpari, quod Lexico est addendum.

492) Id est: quia gladius otiosus quiescit, vena cordis illum opprobrio afficere et deridere videtur. — Nequaquam dubitavi, lectionem شمات in textum admittere, et alteri سمات praeferre: primum nescio quid hic forent ista *signa venae cordis* سمات الوتين; deinde شمات longe maioris Codicum numeri nititur auctoritate; sed observandum verbum شمت, cuius hic habemus infinitivum شَمات, in nostro loco habere vim, in Lexico non annotatam: significat nempe *dedecore affecit*, quod comperi ex Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabigo*. Hic vertit *infamar* شَمَّت; *infame cosa* et *vergonçosa* مَشْمُوت; *denuesto*, *denuesto diziendo tachas*, *verguença con infamia* et *señal de infamia* شميتة plur. شَمائِت.

493) Intelligit poëta *terram*.

494) Ad literam sed barbare: *sperat ab eius pectore appressionem, quae eum reducat* caet. Nomen unitatis ضمة Lexico est addendum.

tamquam ad locum ubi subsistere possit [495].

Erat agmen ex populo urbis Fāsí (Fez), quod in eâ grassabatur et improbo modo se gerebat, quod ordinatum et dispositum erat in filo [496] insolentiae, quod palpebras urbis populi a somno avertebat, quod rapiebat filios filiasque e gremio parentum, quod summum imperium sibi arrogabat et quod equitare fecit in malo suos animos (mali) studiosos [497], donec fere deserta facta esset [498] urbs horum operâ, et fere deleta essent huius vestigia summâ horum iniquitate. Haec ita sese habebant, sed tandem Imperator Fidelium eos assecutus est, qui eorum prunam exstinxit, eos flagellando dolore affecit, iis quasi in feudum assignavit tantam quantam volebat tristitiam et moerorem, et Agmātí incarceravit, eos ad se attrahentibus infortuniorum costis. Tunc temporis ʻal-Moʻtamid*us* eodem in loco erat incarceratus. Quum itaque inter eos nonnulli essent, poëticâ facultate praediti, — qui nescio utrum culpam commisissent, an probi essent viri, — hi a carceris custode rogaverunt ut ab ʻal-Moʻtamido recreationem ex [499] moerore quo afficiebantur, peterent. Custos carceris hoc iis permisit [500], iisque hac in re connivit. Tunc ʻal-Moʻtamid*us* horum consortio infortuniorum obliviscebatur, et tristis erat, quum tempus huic concessum esset elapsum, careretque horum familiari colloquio; recreationem ab iis petebat, afferens iis

---

495) Voc. مُعِينْ hic i. q. مُعَان exprimit, quod Lex. add.

496) De *sing.* سِلْك v. supra p. 108 sq. ann. (191).

497) Post الأَمَارة cogitatione supplendum est بذلك; cf. phrasis, in Lexico annotata أمارة بالسوء.

498) In Lexico traditur, nonnisi in carminibus voculam أَنْ sequi post كاد, in nostro vero loco *quatuor* Codd. (B., G., Ga. et ʻal-Maqq.) illud أَنْ offerunt, *unus* tantum (A.) omittit. Statuendum igitur videtur, ʻIbn-Čāqān*em* hic, in prosâ suâ ornatiori sibi ut saepius, licentiam poëticam permisisse.

499) Forma 10ª verbi راح, cum الى constructa, significat *recreationem petiit a.* Cf. statim infra; Cf. Weijers *Spec.* p. 21 vs. 5 a f.; ʻIbn-Čāqān (ʻ*al-Qalāyid* MS. A. II. p. 142): لا يستريح الا الى معاطيها *a nullâ re recreationem petiit nisi a vino porrigendo.* Idem verbum cum من constructum, significat: *recreationem petiit ex re.* Ait ʻIbn-Čāqān (MS. A. I. p. 80): يستريح من غُصّتها *recreationem petens ex animi angustiâ* quâ amatae pellicis mors eum afficiebat. Alibi (MS. Ga. fol. 94 r.). يستريح من بثّه. Si vero hoc verbum cum الى p. vel r. et من alterius rei construitur, significat *recreationem petiit ab aliquo ex aliquâ re*, ut hic et infra in §. 3 huius capitis MS. A. p. 51. Simplex استراحة *recreationem* significat supra p. 52 vs. 3 a f.; مستريح significat *se recreans* in loco infra in §. 3 edendo, MS. A. p. 53.

500) Phrasis خلّى ما بينهم وبينه ad literam significat: *vacuum fecit id quod inter eos et ipsum erat:* quae obstabant quominus colloquium instituerent sustulit. Apud ʻal-Marrākišium (MS. 546 p. 18) legitur: خَلّى ما بينه وبين ذلك.

interni animi dolorem, et aperiens iis[501] sua secreta et arcana. Sed tandem pro iis intercessum est et liberi ex suis vinculis sunt dimissi, fissaeque sunt[502] clausae serae. Remansit tunc 'al-Mo'tamidus in suo *magliso*[503], questus de compedis angustiâ et effundens lachrymas, pluviae similes. Tunc intrarunt apud eum, ei valedicturi, et propter eius tristitiam ipsi dolore affecti. Dixit vero:

p. 68. Nullane est quies lachrymae in genâ effusae? Profecto tempus adest ut illa evanescat, dum per eam gena evanescit!

Preces fundite, o popule Fâsi! pro tentaminibus vexato, tamquam grati animi testimonium pro aversâ illâ calamitate a quâ vos incolumes servavit Dominus unicus!

Vos liberati estis e carcere Agmati, et in meo corpore flexa sunt vincula, quorum dissolvendorum tempus nunquam aderit!

Quod ad eorum indolem attinet, sunt serpentes ex genere serpentium nigrorum, qui se incurvant, et quod ad robur et vim, sunt leones.

Laeti estote commodâ vitâ, et perpetua sit unicuique vestrum fortuna, licet mea me deceperit.

Exiistis ad unum omnes, et ego solus relinquor: Deo autem pro meâ et vestrâ conditione sit laus et gloria!

Praeteriit eius carcerem agmen avium quae *qatā* dicuntur, quarum alae non (in laqueis) suspensae manserant, et quibus nulla culpa vicissitudinum temporis adhaerebat; quas non averterant a pullis suis laquei, et quas non destiterat smyris gileadensis[504] neque arbor cui nomen *'arāc*[505]. Erant enim laetae in aëre, et liberae volabant in locis pluviâ irrigatis. Quibus visis, aegre ferebat vinculum quo detinebatur, carceris custodes et seras quae eum impediebant quominus ad amatos suos accederet[506], compedem qui contra eum obdurabat, et molestiam illam quam, ex tristitiâ et membrorum corruptione ortam, perferre debebat. Cogitabat quoque de filiabus suis et de paupertate ad quam erant

501) Lexico addendum, verbum باح non tantum cum الى sed etiam cum ل pers. construi.

502) Id est: *apertae sunt*. De hac signif. 7ae formae verbi فرج cf. supra p. 15 sq. ann. (64) et cf. locum ex *'al-Qalâyid* MS. A. I. p. 95 supra in p. 153 ann. (477) citatum.

503) Facilior est lectio Cod. G., فى محبسه *in suo carcere* offerentis. Sed فى مجلسه peculiarem hic habet vim; designat enim مجلس vel مجلس الانس: conclave in quo rex cum suis sodalibus, viris elegantioris doctrinae, tales instituebat consessûs, quales supra in p. 78 ann. (29) descripsi. Ironice itaque hic *meglis* dicitur carcer; nullum enim alium *meglisum* nunc habebat infelix rex.

504) Cf. Doct. J. von Sontheimer *Ebn Baithar, aus dem Arabischen übersetzt* I. p. 140.

505) Cff. de hac arbore scriptores ab Illustr. Quatremère laudati in *Notices et Extraits* XII. p. 348, et *Ebn Baithar* I. p. 27.

506) Cff. quae de vi voculae دون supra annotavi p. 27 ann. (80).

redactae, cui tristi cogitationi accedebat memoria pulchrae conditionis quam cognitam habuerant, et laetitiae cui adfuerant testes. Tunc dixit:

Flevi me convertens ad agmen avium *qaṭā*, me praeterientium liberae quum volarent, nullo carcere eas detinente nulloque compede.

Hoc autem non fit, per Deum adiuvantem! invidiâ, sed desiderio ut iis similis essem:

Ita ut liber quocunque vellem incedere possem, rebus meis collectis non laceratis [507], visceribus non dolorem parientibus, nec oculos ad fletum adigente orbitate, meos filios quum amiserim.

Bene sit iis, si una quum sint a se invicem non separantur, et si nulla earum familia separationem a suis gustat;

Et si noctes non transigunt ut ego, dum earum corda in aërem rapiuntur [508], quum commovetur porta carceris aut sonum edit pessulus.

Animus meus avidus et diligens observat, an mors sibi obviam fiat: alius amet vitam, pede compede [509] gravato!

Defendat, precor, Deus aves *qaṭā* earumque pullos in vitâ servet! Quod autem ad meos pullos attinet, perfide hos reliquerunt aqua et umbra!

Hac in conditione quum versaretur, visitavit eum vir, humaniorum literarum peritissimus, Abū-Becr ibno-'l-Labbāna, de quo iam antea fuit sermo. Erat hic unus ex eius aulae poëtis qui huius lac sugebant [510] et huius uniones pro pabulo habebant [511], et so- p. 69.

---

507) Voc. صديع *fissum*, *laceratum* designat, ut apud al-Marrākišīum (MS. 546 p. 135): القلب الصديع. — Spectat autem poëta h. l. locutionem proverbialem: Arabes nempe *felicitatem* indicare volentes, utuntur phrasi: *res meae collectae reverâ sunt collectae;* de *infortunio* loquentes dicunt: *res meae collectae dispersae sunt.* Legitur in al-*Matmaḥ* (MS. fol. 61 r.): بوم نعمتُ به والشمل مجتمع. Alibi (fol. 77 r.): اجتماع الشمل بعد التفرّق. Contra ait Ibn-Caldūn (MS. 1350 t. IV. fol. 28 r.): فهزمهم وبدّد شملهم. Poëta in al-*Matmaḥ* (fol. 78 v.): لمن قد مزّق الله شملَه. In Kosegartenii *Chrestom. Arab.* (p. 86) legitur: شملى قد تَشَتَّتَ. Cf. etiam supra p. 72 vs. 3.

508) Phrasis طار قلبه *cor eius in aërem raptum est*, vel proprie *volavit*, varios animi affectûs indicat; hoc vero loco *prae metu* regis cor in aërem rapitur. Idem et in alio al-Mo'tamidī carmine, infra ex al-*Caridā* (MS. Paris. fol. 144 v.) edendo, haec phrasis significat, et in al-*Qalāyid* (MS. Ga. fol. 148 r.) de viro, metu perculso, dicitur وفؤاده يطير.

509) Lectionem كبل repudiavi, quia hoc voc. iam in primo huius carminis versu homoeoteleuton effecit, et notum est non amare poëtas Arabes, ut idem vocab., idem exprimens, bis in homoeoteleuto ponatur. حاجل autem hoc sensu usurpari posse, docet var. lect. (*d*) in p. 69 in iis quae statim sequuntur.

510) Cf. Ibn-Bassām (ad-*Dacīra* MS. Goth. fol. 99 r.): « volo ad tuam aulam, ut ارتضعتُ درّها; al-

lebat ·al-Mo'tamid*us* (cui Deus propitius sit) eum aliis praeferre, vestes tenues pellucidas [512] et beneficia in eum conferens, et eum (beneficiis) (ut ita dicam) rigare prae caeteris huius artis [513] equitibus [514]. Quum itaque hic regem videret, vinculi annulis huius pedes mordentibus, ut mordent leones: se in huius corpore convolventibus ut se convolvunt serpentes nigrae; dum hic pedes movere non poterat, et nullam lachrymam effundebat nisi sanguine mixtam [515]: postquam eum viderat in templi suggestu et throno stantem, et in medio horto serico indutum, vexillis supra eum ultro citroque agitatis, liberalitate ab eo oriente, stillantibus ex eius atrio donis pluviae similibus: quum viri potentes [516] magno honore gaudere sibi viderentur quando diversari iis licebat in eius areâ: Fortunâ timente quae iubebat et quae vetabat: impar quum esset vel vultur ut cum eo societatem iniret aut ei esset similis [517]: — (quum itaque, inquam, eum in hac tristi conditione videret) deflevit eum tali sermone qui efficit ut iecora flammam emittant, et qui in his excitat ardorem ·al-Ḥāriṯi ·ibn-'Obād [518], qui magis novus et admiratione dignus

---

Qalāyid (MS. A. I. p. 85): تَرْتَضِعُ فيها للمكارم أَخْلافٌ *in eius aulâ rerum nobilium papillae sugebantur.*

511) Id est: qui nullâ aliâ ex re quam ex aulae (i. e. ·al-Mo'tamid*i*) beneficiis subsistebant: quibus stipendium annuum a rege dabatur.

512) Cogitandum est de vestibus, honoris causâ datis. Vertere quoque posses: *extraordinaria lucra*; sed شفوف etiam in alio 'Ibn-Čāqān*is* loco *vestes tenues pellucidas* exprimit, nempe in operis praefatione, editâ a Cl. Weijers in *Orient.* I. p. 393.

513) Vocabulam شَأْن saepius sive *artem* sive *disciplinam* exprimit; *hic* designat *poëseos artem* ut apud 'Ibno-'l-Čatib (*Epistolae* MS. 11 (1) fol. 46 r.): "فارس هذا الميدان، وصدر هذا الشان". Apud 'Ibn-Bassām*um* (MS. Goth. fol. 99 r. vs. 3) voc. شان usurpatur de arte prosae ornatioris scribendae. In universum *disciplinam* exprimit apud ·al-Marrākiš*ium* (MS. p. 376): فادركْتُ بها جماعةً من الفضلا من اهل كلّ شان. Apud 'Ibno-'l-Čattbum (*Lexicon Biographicum* fol. 2 r. vs. 2 a f.) de historiâ dicitur. 'Ibn-Sa'id de astrologiâ loquens (apud Freytag *Chrest. Arab.* p. 146) ait: كُتُب هذا الشان, *libri qui de hac disciplinâ agunt.*

514) Ex compluribus locis mihi constat 'Ibno-'*l*-Labbān*am* fuisse ·al-Mo'tamidi, ut Angli dicerent, *poëtam laureatum* (*poët laureat*).

515) Optime quoque est lectio ممتزجا, quam hic alii Codd. offerunt; cf. supra p. 81 ann. (45). Sententia autem ex hac illâve lectione eadem est.

516) Sic h. l. أَقْدار mihi vertendum videtur: pp. est *potentiae.*

517) I. e. *quum vel nobilissimi viri ·al-Mo'tamidi pares dici non possent.* Cf. ex parte proverbium استنسر البغاث quod supra occurrit.

518) Spectatur hic dolor ·al-Ḥāriṯ*i* propter mortem filii Bogairi (non Bagiri, ut habet Rasmussen; veram

est quam cantilenae Ma'badi [519], qui magis iecur findit quam elegiae in Arbadum compositae [520], aut ploratus Du-'r-Rommae in loco ubi cameli alligabantur [521]: his verbis [522] latam viam, ad honorem ducentem, calcabat, et iisdem syrmata constantis amicitiae humi trahebat. Ex hoc carmine sunt sequentes versûs:

---

nominis pronuntiationem ex 'al-*Hamāsá* discimus), interfecto scilicet a Mohalhilo. Cf. Rasmussen, *Additam. ad histor. Arabum* p. 12. Caeterum 'Obād pronuntians, Codicem Ga. et optimum nostrum 'al-*Hamāsa*e Codicem secutus sum. In 'al-Maidānī opere exstare videtur 'Abbād, et idem hic offerunt A. et B.

519) De celebratissimo cantore Ma'bado, mortuo regnante Calîfâ ex 'Omaijadarum gente 'al-Walîdo 'ibn-Jezîd, longus est *Kitābo 'l-agānī*, ed. Koseg., I. p. ٢١ — ٤٥. Summum cantorem si indicare volunt Arabes, Ma'badum nominant. Ait 'Ibn-Rezînus (in 'al-*Qalāyid* MS. A. I. p. 88):

(الطويل) وغنّت به ورق الحمائم بيننا   غناء يُنسيك الغريض ومَعْبَدَا

Et poëta Siculus (in *Journ. Asiat.* III. XI. p. 366):

(الكامل) واشرب على وقع المثا   نى والاغانى المعبدية ☆

520) Primo adspectu verba مراثى اربد significare videntur *elegiae Arbadi* i. e. quae Arbad composuit. Sed, quantum scio, Arbad elegiis non inclaruit; contra, maximam inter Arabes celebritatem nactae sunt elegiae quas Lebidus, idem ille qui Moallaqam composuit, cecinit in obitum fratris uterini Arbad 'ibn-Qais qui, quum Prophetam occidere vellet, gladium e vaginâ extrahere non potuit, et, praecante Mohammede: » o Deus, serva me ab his duobus" (alter erat 'Āmir 'ibno-'t-Tofail) » per id quod vis!" fulmine, die sereno, combustus est. Cf. 'al-Maidanī, ed. Freytag, II. p. 172 sq.; de Sacy, *Notice sur le poëte Lebid* (in *Fables de Bidpai*) p. 129, et elegiam, a Lebido in Arbadum compositam, p. 126—128; tres versûs eiusdem argumenti elegiae exstant in 'al-*Hamāsá*, ed. Freytag, p. 468.

521) Celebratissimus poëta Dū-'r-Romma, cuius proprium nomen erat غيلان, » dicitur recitasse sua » poëmata in foro camelorum (سوق الابل), quum accederet 'al-Ferazdaqus. Hic substitit. An » tibi placent quae audis, o Abū-Farās? rogavit Dū-'r-Romma. Respondit alter: Pulcherrima reci» tasti! — Attamen, dixit Dū-'r-Romma, ego non inter praestantes poëtas recenseor! Respondit » alter: impedit te quominus horum excellentiam attingas, quod ploras" (i. e. elegias tuas recitas) » in stercore pecorum sedens, et quod hoc et locum ubi cameli circum aquae receptaculum cubant, » describis." Haec 'Ibn-Callicān (ed. de Slane, I. p. ٥٣٣). Hoc responso voluit, ni fallor, 'al-Ferazdaq: si in cultiorum hominum consessu carmina tua recitares, et dignius argumentum eligeres, debita laus te non fugeret. Hanc historiolam et 'al-Ferazdaqi responsum, sine dubio hic spectat 'Ibn-Câqân.

522) Dicens hic et in iis quae statim sequuntur, فيها, auctor de subst. plur. ابيات vel simili quodam, cogitat, nam ad praeced. subst. masc. sing. مقال pronomen spectare non potest.

Dirime societatem quam cum mundo huiusque habitatoribus inisti [523], nam terra iam deserta facta est, et homines mortui sunt!

Et dic mundo inferiori: celavit Agmātum arcanum mundi superioris [524]!

Celat hoc oppidum mundi umbraculum, imo huius dedecus [525], talem scilicet supra quem gloriae vexilla perpetuo agitabantur;

p. 70. Illum, cuius nunc hastae cuspides, ex Indico ferro factae, virtutem bellicam exercebant, et cuius nunc caput de liberalitate cogitabat, dum eius dona camelorum centuriis constabant [526];

Illum ibi feriit Fortuna, ubi late fusa et ampla lorica eum non tegebat: Fortuna, cuius calamitates sunt tela recte ferientia.

Aegre ferebam, attamen catenae in eo serpebant: quomodo enim non aegre ferremus serpentes in hortis?

Hallucinatus sum, similitudinem quaerens inter zonas, quae antea ei erant alligatae et has (catenas): nam species sunt diversae [527].

Dixi etiam: sunt hi crines in medio capite: (at mox cogitabam): cur vero hi praepostere dispositi sunt a capite versus pedes pendentes [528]?

---

523) Phrasin نقص يده hic مِنْ sequitur, ut infra in capite de 'ar-Rāçio MS. A. I. p. 55.

524) Comparat hic poëta 'al-Mo'tamidum cum causâ, hominibus occultâ, quae, in superioribus mundi regionibus sedem habens, efficit ut omnia terrestria secundum certas leges procedant: i. e. cum Deo invisibili. — Caeterum notanda est significatio, quam hic vox علوى habet.

524) Vides, esse lusum verborum inter مظلّة et مذلّة. Primum dicit poëta, Agmātum celare talem qui mundo umbraculi instar erat, sed, se ipsum corrigens, addit, imo talem qui istum mundum summo dedecore affecit, quia scilicet hic 'al-Mo'tamidum indigne et iniuste tractaverat, et se ipsum opprobrio exposuerat.

526) Ni fallor, poëta hic ludit in ambiguâ vocis أنْصُل significatione; nam نَصْل tum *cuspidem hastae* vel aliarum rerum acutarum, tum *caput* exprimit. — Reiskius hunc versum vertit in Abū-l-fedāi *Annal. Moslim.* III. p. 305, sed ita *παραφραστικῶς* ut nesciam an eodem modo illum explicuerit atque ego.

527) Zona, هميان dicta, inserviebat *nummis condendis*, ut in opere c. t. *Dictionn. dét. des noms des vêtements chez les Arabes* exposui. Hanc zonam comparat poëta cum catenis quibus nunc cinctus erat 'al-Mo'tamidus, regis liberalitatem, quum regno gauderet, innuens.

528) Moslimis mos est ut totum caput radant, exceptis tantum crinibus in medio capite; cf. de hac consuetudine et de eius, quae fertur, causâ, Lane *Modern Egyptians* I. p. 38. Hi crines, ut per se intelligitur, retro pendunt. Catenae autem 'al-Mo'tamidi cum quibus hos crines comparat poëta, collum circumdedisse et deinde ad pedes descendisse videntur: quapropter dicit eas praepostere esse dispositas et non solito modo retro, sed ante pendere.

Putavi illas (catenas) pertinere ad eius hastas vel frena, quia in iis erant instrumenta ad incarcerandam gloriam 529.

Sciebant isti 530 illum esse leonem: timebant itaque ab illo iniuriam: excusatos eos habeo, nam saepius redit leonis hostilitas!

Illius timor hominum animos occupat, etiamsi res quibus antea hos timore implebat, illi ablatae sint.

Si quando liber dimitteretur 531, vel res inanimatae illum in regnum restituere conarentur.

Mare nempe, terram cingens, quod vidimus ad eum, ut ad medium circuli punctum, venire 532, et septem (planetae) quae cingunt terram 533.

Heu genti Abbâdi*darum*! erant enim olim novae lunae, in coelo nullo halone cinctae;

Solebat pluvia vesperi proficisci et mane venire ad horum habitationem, ad quam nobis itinera matutina 534 et vespertina esse solebant.

Erat illa terra, in cuius tractibus quasi erant lucernae quas accenderant oleo suo plantae 535;

---

529) De Infin. ثقاف *incarcerare* cf. supra p. 153 ann. (477). — Caeterum hoc vult poëta: putavi catenas 'al-Moʿtamidi esse hastas, quae in captivitatem superbos hostes abducere solebant, vel huius frena quae saepius equum indomitum domabant.

530) Nempe 'al-Morabit*ae*.

531) Forma 4a verbi فرج, c. عن constructa, significat: *liberum dimisit* captivum, ut in 'an-Nowairii loco (*Hist. Hispaniae* MS. 2 *h*. p. 454): سأل الحرس ان يفرجوا عنه *rogavit carceris custodes ut eum libertate donarent.*

532) Spectat poëta traiectum 'al-Moʿtamid*i* ex Hispaniâ in Africam.

533) Antiquitus putabantur septem planetae ambire terram in orbe, iis constituto. Cf. Lane, *On the Arabian System of Cosmography* in *The Thousand and one Nights* I. p. 20. Caeterum observandum, copulam و a poëtâ ante السبع esse omissam, sed est logica constructio: نقطة الدارة tum ad بحر محيطا, tum ad السبع المحيطات pertinet.

534) A. offert بَكَرٌ; Ga. بكر ا بُكَرٌ habeo pro plurali vocis بُكْرَةٌ (cf. de Sacy, *Gramm. Arab.* I. p. 359 no. 841), quod quum cum روحة coniunctum sit, necessario hic *iter matutinum* exprimere debet. Eadem vocabula, eodem modo coniuncta, idem exprimere videbis in loco 'Ibn-Câqân*is*, infra in §. 3. MS. A. p. 53.

535) His verbis terrae pinguedo et laeta plantarum conditio indicatur; terra enim *pinguis* dicitur دهينة, proprie *oleo uncta*, ut in 'al-Qazwînii loco (*Agâyibo 'l-machlûqât* MS. 10. in loco de بترمطرية): الارض دهينة لطيفة. Caeterum plur. forma أَنْبات, a نَبْت ducta, Lexico est addenda.

Et in cuius fluminis ripis erant horti, amoenis collibus abundantes, quas obumbrabant procerae patulaeque ulmi 536;

Quasi flumen eius (terrae) collo esset unionum filum 537; pulcherrimum enim quod videre possis sunt colla, unionum filis cincta!

Flumen, in cuius nunc hac nunc illâ ripâ bibi, possidens puellas pulcherrimas 538, quae ebrium me reddebant antequam vinum suam in me exerceret vim 539.

Saepe etiam adscendebam in illo navigium, in quo sodalibus erant atria:

(Et saepe eram) in amplis illis locis, plantis abundantibus 540 quae nunquam exarebant, nam vel ipsos illos locos e paradiso 541 decerptos fuisse dixisses.

p. 71. Semper itaque regis iecur ardebat suspiriis, et perpetuo eius mens commovebatur, quum cogitaret de suis calamitatibus et de mendis quae ipse commiserat 542, animo inter moerorem et suspiria diviso, donec ei medelam afferret mors, quam ei suum votum attulit. Tunc Agmâti sepultus est, et quietem invenit ab illis calamitatibus; sed tunc facta

---

536) Plur. أَنْشام Lexico addatur, a sing. نشم ducta, quod substantivum *ulmum* exprimit, ut testatur Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabigo*) in vv. *alamo* et *olmo arbol conocido.*

537) De sing. سِلْك vide supra p. 108 sq. ann. (191).

538) Apud Arabes pulcherrimae puellae cum *statuis* comparantur, ut apud 'an-Nowairium (*Encyclopaedia* MS. 273 p. 142): ثلاث كالدُّمَى *tres puellae statuis similes.* Hinc 'al-Ḥarîrî (p. 524), in loco iam a Freytagio in voce دمية citato, ipsas puellas دمى *statuas* vocat. (Cf. Belgicum *beeldschoon*). Iam nostrum صورة idem atque دمية exprimere, patet ex scholio ad citatum 'al-Ḥarîrii locum, ubi haec: الدمى اى النسوة الدمى جمع دمية وهى الصورة من العاج. Dicens itaque صُوَر vult Ibno-'l-Labbâna *statuas*, *puellas statuis similes.*

539) Innuit poëta basia, a puellarum labiis decerpta, quae Arabes saepius cum vino inebriante comparant.

540) In 'al-Qartaso (ed. Tornberg, p. 6) invenitur غروس tamquam plur. vocis غَرْس. In nostro autem loco غروسة, quod vocabulum frustra in Lexico quaeres, significat: *amplum locum plantis abundantem*, in quibus inveniuntur loca minoris ambitûs, ubi germinant plantae, quae loca hic منابت vocantur.

541) Cf. de hac vocis نعيم potestate Cl. Weijers *Spec.* p. 164. Idem exprimit in 'al-Mo'tamidi carmine, deinde ex 'al-Carîdâ (MS. Paris. fol. 144 r.) edendo.

542) Sic hoc loco voc. عثرات vertendum mihi videtur, collato loco in Ibn-Rezini vitâ ('al-Qalâyid MS. A. I. p. 85) ubi, enumeratis huius virtutibus, de eius vitiis non tacet Ibn-Câqân, et inter alia haec dicit: لا تُفقدُ في ميدانه كَبْوة, *in eius hippodromo non deërat caespitatio*, i. e. *sat multa menda commisit.* Fortasse tamen vocabulo عثرة notio *adversitatis* est adscribenda, quam formae عثار propriam esse in Lexico legitur.

praeclara ornatu nuda evaserunt 543 et res nobiles a nobilitate suâ sunt separatae; ipsa indolis nobilitas sublata est, et res pretiosissimae non amplius vendibiles fuerunt 544. Id quod ei accidit, exemplum quasi in eius aevo est factum, et in perpetuum lachrymae in eius regiâ urbe sunt effusae. Aliquot dies post advenit Abū-Becr ·ibn-Ābdi-'ç-çamad 545,

---

543) *Facta praeclara* hic sub imagine *puellae* proponuntur, quae ab amasio (hic ·al-Moʿtamido) continenter ornatum accipit.

544) Id est: ·al-Moʿtamido mortuo, nemo supererat qui factis nobilibus et carminibus egregiis suum pretium tribuere posset. — Verba quae A. addit, significant: *et desperatum est de eius ope et auxilio.*

545) Nobilissima erat Çamadi*darum* in Hispaniâ gens. Horum proavus ·as-Samḥ ·ibn-Mâlic ·ibn-Ćaulān (vel ·al-Ćaulānī) nobilissimus erat ille 'Emir*us* qui ab 'Omare ·ibn-Ābdi-'l-azīz Hispaniae, anno Ar. 100, est praepositus ('Ibn-Bassām *ad-Dacīra* MS. Goth. fol. 221 r.; de ·as-Samḥ*o* cf. Cl. de Gayangos, *Hist. of the Mohammedan Dyn. in Spain* II. p. 32 sq. et annotationes ad h. l.; secundum ·al-Marrākiši*um* (MS. p. 11) *ante* annum 100 Hispaniae est praepositus; ait enim: ثم ولى عليهم السّمح بن مالك الخولانى قبل المائة). Originem ducebant ex pago المسميان qui ad ditionem urbis Jaen pertinebat ('Ibn-Bassām l. l.). Pater nostri poëtae, Abū-'l-Qāsim Ćalaf ·ibn-Āḥmed ·ibn-Ābdi-ç-çamad, aerario praefectus erat tempore Zohairi et Ćairāni, et etiam regnante ·al-Mançūro. Mortuus est Almeriae, in aulâ 'Ibn-Çomādiḥi, anno 448. In hac urbe tantus erat huius gentis eiusque asseclarum numerus ut ansam daret poëtae hos versûs satyricos scribendi:

*Impleverunt meum cor curis, veluti terram impleverunt Çamadi*dae:

Senex, horum pater, de liberorum multitudine certavit cum Adamo: eo eventu ut maiorem progeniem pluresque filios haberet.

Horum quisque est lupus macris clunibus praeditus et foetens; eorumque asseclae sunt ut deforme et brevipes ovium genus.

Noster poëta, nempe Abū-Baḥr Jūsof ·ibn-Ābdi-'ç-çamad probabiliter Almeriae erat natus. Vocant eum omnes 'Ibn-Ćāqāni*s* Codd. Abū-Becr pro Abū-Baḥr; solus ·al-Maqqarī, quà erat doctrinâ, 'Ibn-Ćaqāni*s* textum describens, huius auctoris errorem tacite correxit. Abū-Baḥr eum appellatum fuisse, vidi ex nonnullis ·al-Maqqarī*i* locis ubi carmina huius poetae descripta sunt, et ex 'Ibn-Bassāmo hoc luculenter apparet, qui etiam in eius nomine ludit. Erat poëta celebratissimus et qui, ut videtur, magnam vitae partem Hispali in Abbadi*darum* aulâ transegit, quod cum ex nostro 'Ibn-Ćāqāni*s* loco efficio, tum ex 'Ibn-Bāssāmo in cuius opere exstant Abū-Baḥri carmina in 'Ibn-Zaid*ūnum* (fol. 221 v. sq.) et in ·al-Moʿtamid*um* (MS. fol. 222 r., 222 v.). Hoc rege capto, in Africam se contulisse videtur; apud 'Ibn-Bassām*um* (MS. fol. 223 r. sq.) exstat certe carmen quod Sigilmās*ae* composuit in Jaḥjā*um* ·ibn-Jānū.

Haec, ut vides, ex 'Ibn-Bassāmo hausi, qui integro capite de hoc poëtâ egit (MS. Goth. fol. 221 r. — 224 v.). Fortasse VV. DD. haud ingratum erit, hic textum Arabicum initii huius capitis legere:

فى ذكر الاديب ابى بكر يوسف بن عبد الصمد واثبات جملة من اشعاره مع ما

eius poëta qui semper cum eo fuerat, et qui eius causâ vel in mortem irruisset. Quum igitur Festi 546 esset dies, et homines tempore matutino huc illuc irent 547, quum appa-

---

يتشبّث بها من مستصرف (مستظرف L) اخباره" وهو يوسف بن ابى القاسم خلف ابن احمد بن عبد الصمد جدّهم الاوّل كان السمح بن مالك بن حولان (خولان L) احد امراء الاندلس فى ذلك الاوان' قبل دخول بنى مروان" من تقديم عمر بن عبد العزيز وهولاء الصمديون قوم من ذوى الهيئات a متقدّمون فى الكتابة' وادوات b اهل النباهة" وأصْلهم فيما أُخْبِرْتُ من اقليم المسميان' من كورة جيان" وجدُّهم ابو القاسم ولى الخزانة لاطرية (بالمرية L) فى زمان زهير وخيران وفى دولة المنصور بعدهما ومات فى دولة ابن صمادح سنة ثمان واربعين وبنوه وقرابته واكثر خدمه المرية (وكُثّر بنوه وقرابته وخَدَمُهُ بالمرية :lego) وفيهم يقول بعض اهل الاوان' لما راى من كثرة عددهم وآلتبابسهم c بالسلطان"

(الرمل) d ملئوا e قلبى همومًا مثل ما ملأ الارض f بنو عبد الصمدْ
كاثر g الشيخ ابوهم آدما h فغدا اكثر نسل وولَدْ
كلّهم ذئب أزلّ i منتنٌ k والرعايا بينهم مثل النقدْ

ونشأ ابو بحر منهم بحر كلسمه' فى نثره ونظمه" حسن الحديث حاضر المبادر (؟) ذو روية وبديهة ومن ظريف شعره الخ☆

a) I. e. *pulchrae formae erant viri.* b) De significatione vocis اداة, in plur. أَدَوَات, quae hic obtinet, infra disputabo. c) Textum hic sanum esse patet ex 'al-Maqqarii loco (MS. Goth. fol. 475 v.) ubi eadem verba exstant. Quid tamen illa sibi velint haud facile est dictu. Fortasse simplicissimum erit, hic 8ae formae verbi لبس eam potestatem tribuere quam habet 5a, nempe *immistus fuit* negotio c. ب Quo admisso vertendum: *et quia se tantopere reipublicae negotiis immiscebant.* d) Hos versûs etiam descripsit 'al-Maqqari (MS. Goth. fol. 475 v.). e) Al-Maqq. ملأت. f) Id. الدّنيا. g) 'Ibn-Bassāmi Cod. male كان. h) Hoc hemistichium sic, turbato metro, in 'Ibn-Bassāmi Codice legitur: فغدوا اكثر اهل الارض عدد. i) 'Ibn-Bass. اذل. k) Sic ex coniecturâ scripsi. 'Ibn-Bass. مشة; 'al-Maqq. منتن.

Caeterum in *Acbāro 'l-molūc* (MS. 639 p. 257) duo versûs citantur poëtae 'Abdo-'ç-çamadi 'ibn-'Abdi-'ç-çamad qui probabiliter etiam ad hanc Çamadi*darum* gentem pertinebat.

546) Iam supra (p. 147 ann. (433)) vidimus العيد الصغير simpliciter العيد vocari.

547) Proprie: *se huc illuc dispergerent*, quae significatio 8ae formae verbi نشر Lexico est addenda. Cf.

ruisset et in conspectu esset unusquisque qui delituerat, tunc substitit in regis sepulchro, dum discedebant a 548 magno loco sub dio ubi preces fuderant 549, dumque superbo modo cum ornamentis et ornatu incedebant, et dixit, postquam solenni modo sepulchrum circumierat illudque amplexus erat 550, in huius pulverem pronus ceciderat et illud erat osculatus 551:

O rex regum! audisne? Tunc altâ voce recitabo 552! aut impeditne te quominus me audias distantia?

Palatiis te carentibus, in quibus itaque non amplius ades, ut antea solebas diebus festis:

Ego osculatus sum hanc terram madidam 553, tibi prostratus, et sumsi mihi tuum sepulchrum ut locum in quo carmina mea recitarem.

---

de Sacy, *Chrest. Arab.* II. p. ٣٣: شيعة منتشرة فى الاقطار; ibid. II. p. ٢٧: انتشروا فى الاعمال; cff. ib. II. p. ٥٨; ١٢٥; Bidpaji *Fabul.* p. 120; 'Ibno-'l-Ćatib (MS. fol. 34 v.): انتشرت تصانيف ابن محمد بن حزم واستنسخها وأنْهَاها (*eius ope*) عنه. Sermo vero hic est de hominibus qui, domo relictâ, ad aedes sacras et ad amicos visitandos se conferunt. Cf. Lane, *Modern Egyptians* II. p. 266; vide quoque Lane l. l. II. p. 267: » the streets present a gay appearance, » from the crowds of passengers in their holiday-clothes."

548) Forma 7a verbi فصل non tantum, ut in Lexico traditur, cum عن construitur, sed etiam cum من, ut ap. de Sacy, *Chrest. Arab.* I. p. ١٣٣.

549) In *Mission Historial de Marruecos* (p. 46 col. 1) legitur, tempore العيد الصغير (scribit auctor, Fr. Francisco de San Juan de el Puerto, *Eid Segner*), vel maximam *Chemam* (جامع) totam multitudinem continere non posse, quapropter in campo sacris ritibus funguntur. Similiter ait 'Ibn-Batûta (MS. Cl. de Gayangos, fol. 4 r.): قال لى قصدتُ مدينة بلش من بلاد الاندلس فى ليلة عيد — وحضرت المصلّى مع الناس; deinde (fol. 4 v.): واظلّنى بتونس عيد الفطر فحضرتُ المصلّى وقد احتفل الناس لشهود عيدهم وبرزوا فى اجمل هيئة واكمل شارة; et denique (fol. 179 v.), de urbe Dihli in Indiâ locutus: وبخارجها مصلّى العيد وبعض المقابر.

550) Poëtam hic sacros in peregrinatione Meccanâ ritùs perficientem proponit 'Ibn-Câqân; in illâ enim Moslimi Caabam septies *circumeunt*, et lapidem nigrum *osculantur*.

551) Haec sic exprimit 'Ibno-'l-Ćatib (MS. fol. 185 v.), in loco infra edendo: ثم خرّ يبكى ويقبّل فى القبر ويعفر وجهه فى الترب ✿

552) Forma 3a verbi نادى saepius significat *altâ voce recitavit*, ut apud al-Beládorium MS. 340 p. 267, an-Nowairium *Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 453.

553) Id est *sepulchrum*; cf. supra p. 114 ann. (215). Verbum قبّل cum فى construi, docet etiam locus 'Ibno-'l-Ćatibi supra in ann. (551) citatus.

Hoc autem erat carmen cuius recitationem per satis longum tempus continuabat, et quo amorem [554] manifestissime indicabat [555]. Tunc ad eum convenerunt et congregati sunt homines, una cum illo plorantes et eiulantes; per maximam diei partem peregerunt solennem circuitum, ut ii facere solent qui Meccae aedem adeunt, continenter plorantes
p. 72. et clamantes. Deinde abierunt, exhaustis lachrymis, et oculorum angulis ulceribus affectis copiâ ex fistulis lachrymalibus profluente. Talis vero est finis cuiusvis vitae, et terminus ad quem pervenit omne regnum et quisque exercitus; tempus nullum viventem incolumem dimittit, et nihil expansum complicare omittit [556]; huius aerumnae inopinate invadunt unumquemque qui audit, et fata quae affert, dispergunt omne quod collectum est; irruit in unumquemque qui iubet vetatque, et rupturâ afficit omne id quod gypso est obductum. Ante hunc non celavit an-Nomânum nepotem as-Šaqîque [557], et effecit ut non amplius incederet in hac veritatis viâ.

Finis historiarum al-Motamidi, cui summus Deus propitius sit et quocum clementer agat!

§. 3. Caput de ar-Râḍio.

(*Ex eodem opere.*)

MS. A. p. 51. ابنه الراضى بالله ابو خالد يزيد بن محمد ^a^رحمة الله عليه^a^
^b^ملك تفرّع من دوحة^c^ سناء، اصلها ثابتٌ وفرعها فى السماء، وتحدّر مـن سُلالة اكابر،

---

554) Lexico addendum, voc. لاعجة, in plur. لواعج *vehementem* indicare *amorem*; cf. locum al-Marrâkišî (MS. p. 101), infra edendum.

555) Proprie: *et quó* (recitando) (tamquam domum) *amorem aedificabat et gypso obducebat.*

556) Conferenda est, ni fallor, phrasis quam supra (p. 12 vs. 5 sq.) habuimus, ubi de viris qui dum in vivis erant clari fuerant, dicitur: ثم هووا فى مهاوى المنايا، وانطووا بايدى الرزايا, pp. *complicati sunt manibus aerumnarum* i. e. *mortui sunt.* Videtur itaque phrasis: *complicatum est id quod expansum erat*, significare: *res felices in peius ruerunt*, et idem fere exprimere quod proverbialis locutio تفرّق كل جمع quae mox sequitur, et de quâ supra annotavi p. 159 ann. (507).

557) Cf. supra p. 80 ann. (42).

a) Pro his G. رحمه الله; B. رحمه الله تعالى ونوّر ضريحه; Ga. رحمه الله وجهه وانحفه رضاه.
b) Hunc locum, usque ad فيما مرّ من اخبار ابيه (MS. A. p. 52), etiam offert al-Maqqari MS. Goth. fol. 560 v. c) G. روحة; B. دوحته.

ورْقاة[a] اسرّة ومنابر، وتصرف اثنا شبيبته بين دِراسة معارف، وافاضة عوارف، وكلف بالعلم حتى صار مَلْهج[b] لسانه، وروضة[c] اجفانه، لا يستريح منه الا الى[d] مَتْن سائل الغرّة، ميمون[e] الاسرّة، يسابق به[f] الرياح، ويحاسن[g] بغرّته البدر اللّيّاح[h]، عريق[i] في السناء، عتيق الاقتناء[k]، سريع الوَخْد[l] والارْقال، من آل أعْوَجَ *او ولد لذى العقال[m]، الى ان وَلّاه ابوه الجزيرة الخضراء، وضمّ اليها رُندة الغرّاء[n]، فانتقل من متن الجواد، الى ذِرْوة[o] الاعواد، واقلع عن الدراسه، الى تدبير الرياسه، وما زال يدبّرها بجوده ونداه[p]، ويورد[q] الامل فيها مُناه، حتى غدت عراقا، وامتلأتْ اشراقا، الى ان اتّفق في الجزيرة ما اتّفق، وخاب فيها الرجا واخفق، فاستحالت بهجتها، واحالتْ[r] عليها[s] من الحوادث[t] لجتها، فانتقل الى رندة معقل أشِب، منزل للسماك منتسب، واقام فيها رهين حصار[u]، ومهين حُماة وانصار، ولَقِيَتْ ريحَهُ كلُّ اعْصار، حتى رمّتْه سهام[v] الخطوب من[w] قسيّها، وامكنت منه يدى مُسيّها، فحواه رَمْسُه، وطواه عن غده أمسه، حسب ما بسطنا *القول فيه[x]، فيما مرّ من اخبار ابيه، p. 52.
[y] وكان المعتمد[z] رحمه الله كثيرا ما يرميه بِمَلامه، ويصميه بسهامه، فرُبّما استلطفه بمقال افصح من دمع[a] المحزون[b]، واملح من رياض[c] الحُزون[d]، فانه كان ينظم من بدائع القول لآلى وعقودا، تَسُلّ من النفوس سخائم وحقودا، وقد أُثْبِتَتْ من[e] كلامه، في بثّ الآمه، واستجارة[f] عَذْلِه[g] ومَلامه، ما تستبدعه[h]، وتَجِلّه[i] النفسُ[k] وتُودِعُه، فمن ذلك ما قاله وقد انهض جماعة من اخوته[l] واقعده، وادناهم وابعده،

(الوافر) أُعِيذُكَ ان يكون بنا خُمولُ[m] الابيات

---

a) A. et G. وورقا. b) B. ملحجم. c) Ga. وروضة. d) G. لى; reliqui mei recte الى offerunt, ut quoque A. in textu, sed in margine, addito صح, ibi est على. e) B. وميمون. f) G. فيه. g) Sic quoque antiquitus in A., sed recentior manus hoc in ويجانس mutavit. h) B. الصباح. i) B. غريق. k) G. للاقتنا. l) Id. الوخذ. m) Sic ex coniecturâ; B. offert او لذى ولد العقال; A. et G. omittunt ولد; Ga. et al-Maqq. omittunt لذى. n) Omittit A. o) G. زروة. p) Id. ونباه. q) B. et Ga. ويبود. r) B. وسالت. s) A. عليه. t) A. et al-Maqq. الحال. u) B. وحصان. v) Id. بسهام. w) G., Ga. et al-Maqq. عن. x) A. فيه القول, turbatâ membrorum resonantiâ. y) Hic locus usque ad finem sq. carminis, exstat etiam in al-Maqqarî opere MS. Goth. fol. 561 r. z) A. addit على الله. a) B. دمعة. b) A. المحرون. c) G., Ga. et al-Maqq. روض. d) A. الحرون. e) B. في. f) A. واستجارة; G. واستحالة. g) A. et G. عدله; B. et G. addunt له. h) A. (sed secundâ manu) et B. يستبدعه. i) A. (sed secundâ manu) وتجلّه. k) Ga. النفوس. l) Id. اخواله. m) Hoc carmen infra ex Ibno-'l-Abbâro (MS. Paris. fol. 57 r.) editurus sum.

واخبرنى المعتز[a] بالله ان المعتمد اباه وجّهه الى شلب واليًا وكانت مَلْعب شبابه، ومَأْلف احبابه، التى عمر نجودها[b] غلاما، وتذكّر عهودها أَحْلاما، وفيها يقول يخاطب ابن عمار *وقد توجه اليها[c]

(الطويل) الا حىّ اوطانى بشلب ابا بكر وسلهنّ هل عهد الوصال كما ادرى

وسلم على قصر الشراجيب[d] عن[e] فتى له ابدا شوق الى ذلك القصر

وقصر الشراجيب[f] هذا[g] مُتَناه[h] فى البهاء والاشراق، مُباهٍ لزوراء العراق، ركضت[i] فيه جياد راحاته، واومضت بروق امانيه فى ساحاته، وجرى الدهر مطيعا بين بُكَرِه وروحاته، ايامَ لم 53.
تحلّ عنه تمائمه، ولا خلت من ازهار الشباب كمائمه، وكان يعتدّها مَحْيا[k] امانه[l]، ومنتهى أعماله، الى بهجة جنباتها[m]، *ونسيم نوافحها[n] وعبّاتها[o]، وانتفاف خمائلها، وتقلّدها بنَهْرَيْها[p] مكان حمائلها، وفيها[q] يقول ابن اللبانة

(الطويل) اما علم المعتز[r] بالله اننى بحضرته فى جنّة شقّها نهر

وما هو نهرٌ أَعْشب النبتُ حوله ولكنّه سيف حمائله خضر

فلما صدر عنها وقد حسنت اثاره *فى تدبيرها[s]، وانسدلت رعايته على *كبيرها وصغيرها[t]، نزل المعتمد عليه مُشَرِّفًا[u] لاوبته، ومُعَرِّفًا[v] بسمو[w] قدره[x] ورتبته، واقام يومَهُ عنده مستريحا، وجرى فى ميدان الانس بطلا مشيحا، وكان واجدا[y] على الراضى فجلّت[z] الحميا انقه، ومحت غيظه[a] عليه وحنقه، وصوّرته[b] له عينُ خُنْوَة، وذكّرته بعدَه فجنح الى دنوه، وبين ما استدعى ووافى، مالت بالمعتمد نشوته فاغفى[c]، فالفاه صريعا فى مُنْتداه، طريحا فى

---

a) B. inepte المعتمد; G. aeque inepte الراضى. b) A. بجودها c) Haec 3 voc. omittit B. d) B. الشراحيب; A. السراحيب. e) B. من. f) A. السراحيب. g) B. هو. h) Id. منتهى. i) Ga. ركدت, quod plane contrarium exprimit. k) Sic ex B., G., Ga., H. et I.; in A. antiquitus مَحْنَى (sic) scriptum erat, ex quo recentior manus fecit مَخْبَى; C. مَنحى; D. ماجنى. l) Sic ex C., Ga., H. et I.; A., B., D. et G. ماله. m) Sic B. et Ga., et antiquitus quoque in A. sic videtur fuisse scriptum; recentiori manu nunc ibi est جنّاتها, quod etiam in G. legitur. n) Haec 2 voc. omittit Ga.; G. pro نوافحها offert نفحاتها. o) A. وهناتها; G. وهباتها. p) B. et Ga. بنهرها. q) B. pessime ومنها. r) B. المعتمد; G. المعتد. s) Male haec 2 voc. omittit G. t) Id. صغيرها وكبيرها. u) Omittit Ga.; A. مسرفا. v) G. ومعرقا. w) A. omittit ب; G. بسمو. x) G. addit لديه. y) Id. واحدا. z) A. et B. فحلت. a) Ga. عظه; B. غيضه. b) G. male pron. ه omittit. c) Sic recte A.; B. et Ga. male pro ف offerunt و; G. واعفى.

منتهى مداه" فاقام تُجاهَه، يرتقب انتباهه" وفى اثنا ذلك صنع شعرًا أتْقَنَه وجَوَّدَه، فلما استيقظ انشده"

(المتقارب) [a] الآنَ تعود [b] حياة الامَلْ   ويدنو شفاء [c] فؤادٍ مُعَلْ
ويُورِق للعزّ غصنٌ ذَوَى [d]   ويطلع للسعد نجمٌ أَفَلْ [e]
فقد وعدتْنى سحاب الرضى   بوابلها حين جادت [f] بطَلْ
[g] ايا ملكًا امره نافذٌ [h]   فمن شاء عزّ ومن شاء ذَلّ
دعوتَ فطار بقلبى السرور   اليك وان كان منك الوجَلْ [i]   p. 54.
كما يستطيرك حبُّ الوغا   اليها وفيها الظُّبَى والأَسَلْ
[وليس لانّك قاسى الفؤاد [k]   ولكن لان اجترامى [l] جَلَلْ [m]]
ولا غَرْوَ [n] ان كان منك اغتفار [o]   وان كان مِنّا جميعا زلل [p]
فمثلك وهو الذى لم يُنجَدْ [q]   يعود [r] بحلم على من جَهِل

[s] يمرّق عليه هوادج وقباب، فيها حبائب كُنّ [t] له واحباب [u]" أَلِفْهنّ ايامَ خلائه [v] من دوله، وجال معهن [w] فى ميدان المنى اعظم جَوْلَه" ثمّ انْتُزِعوا منه ببُعْده، وأُودِعوا الهوادجَ من بَعْده" ووُجِّهوا هدايا * الى العدوه [x]، وأُمّوا به [y] إِمامَ قُرَيش بدار الندوه" فقال

(البسيط) [z] مَرّوا بنا أُصُلًا من غير ميعاد   فاوقدوا [a] نار شوقى أَىّ ايقاد

---

a) Huius carminis plurimi versûs exstant etiam in *'al-Carīdâ* (MS. Paris. fol. 153 r.) nempe hoc ordine: 1, 2, 5, 6, 7, 9, 3. In *Acbāro 'l-molūc* (MS. 639 p. 139) exstant vss. 4 usque ad finem, et tunc tres priores. Versum 7um quem non descripsit 'Ibn-Câqân ex his operibus addidi. b) *Al-Car.* يعود. c) A. سفا. d) *Al-Car.* درى. e) Id. اقل. f) *Acbāro 'l-mol.* جاءت. g) Hunc versum male cum sequenti transponunt A. et Ga. h) A. et B. نافذ. i) In margine A. ad وجل, addito خ, legitur الاسل. k) *Al-Car.* الفود. l) Id. احترامى. m) In Codicis *'al-Car.* marg. alienâ manu: (l. عظيم) اى جليل عظيم; cf. ad vers. h. l. n) A. عرو. o) *Acbāro 'l-mol.* اعتذار. p) G. ذلل. q) Sic edidi ex C., qui vocales addit; I. sine punctis diacriticis نحجد; A. تجد; G. et H. نجد; D., Ga. et *Acbāro 'l-mol.* نجده; *'al-Car.* نحده; B. ينزل. r) Sic ex B., C., H., I., *'al-Car.* et A., sed in *hoc* Codice, addito خ, superinscriptum est اعاد, quod offerunt D. et Ga. In G. utraque lectio est coniuncta اعاد يعود, et in marg., addito بخ, est بحلم. s) Hic locus, usque ad finem capitis, exstat etiam apud 'al-Maqqari*um* MS. Goth. fol. 561 r. — 562 v. t) A., B. et G. كانوا. u) B. omittit و. v) B. خلائه; A. حلاله. w) G. معه. x) Id. للعدوه. y) A. et 'al-Maqq. بها. z) Hoc carmen citat 'Ibno-'l-'Abbār (MS. Paris. fol. 57 r.). Vss. 1 et 3 exstant etiam in *'al-Carīdâ* (MS. Paris. fol. 154 v.). a) G. واوقدوا.

واذكرونىَ اياما لهوْتُ بهم   فيها ففازوا بايثارى واحمالى
لا غرو ان زاد *فى وجدى[a] مرورُهُمْ   فروبة[b] الماء تُذْكِى غُلّةَ الصادى[c]

ولما وصل المعتمد[d] لورقة أُعْلِمَ ان العدوّ قد جيّش اليها واحتشد[e]، ونهد[f] نحوها[g] وقصد“ ليتركها خاويةً على عروشها[h]، طاوية الجوانح على وحوشها[i]“ فتعرّض له المعتمد[k] دون بغيته، وطلع له[l] من ثنيته“ وامر الراضى بالخروج اليه فى عسكر[m] جرّده لمحاربته، واعدّه لمصادمته ومصاربته“ فاظهر التمارُض[n] والتّشكّى، واكثر التقاعُس والتلكّى[o]“ فرارًا من[p] p. 55.
المصادَرة[q]، واحْجامًا عن المساوره[r]“ وجزعا من منازلة الاقران، ومقابلة ذوابل[s] المُرّان“ ومقاساة الطُّعّان، وملاقاة ابطال كالرِّعان“ ورأى ان المطالعه، ارجع من[t] المقارعه“ ومعاناة العلوم، اربح من مداواة الكلوم“ فقد كان عاكفا على تلاوة ديوان، عارفا باجادة صدر وعنوان“ فعلم المعتمد ما نواه وتحقّق ما لواه“ فاعرض[u] عنه، ونفض يده منه“ ووجّه المُعْتَدّ[v] مع ذلك الجيش الذى لم تنشر بنوده، ولم *تنصر جنوده[w]“ فعند ما لقوا[x] العدو لاذوا[y] بالفرار، وعاذوا[z] باعطاء الغِرّة بدلا من[a] الغِرار“ *وتفرقوا فى تلك الاماريت[b]، وفرِقُوا من تخطف اولئك[c] العفاريت[d]“ فتحيّف العدوُّ من[e] بقى مع المعتدّ[f] واقتصمه، وخضم[g] ما فى العسكر وقصمه[h]“ وغدت مضاربه[i] مجرّ[k] *عواليه، ومجرا[l] مذاكيه[m]“ وآب اخسر من بائع السدانه، ومضيع[n] الامانه“ فانطبقت سماء المعتمد على ارضه، وشغلته عن اقامة *نوافله وفرضه[o]“ فكتب اليه الراضى

---

a) B. وجدى فى ; G. شوقى فى   b) B. بروبة.   c) Ibno-'l-Abbār الصاد.   d) Al-Maqq. male العدو.   e) B. واحشد ; A. pro hoc et sq. voc. وحشد.   f) G. ونهض.   g) G. حولها.   h) Ga. اصولها.   i) Ga. hic iterum اصولها.   k) Al-Maqq العدو.   l) Omittit A.

m) A. et G. جيش.   n) A. التمرض.   o) B. والتكلى ; A. والتلوّى.   p) B. عن.   q) B., Ga. et al-Maqq. المصادمه.   r) B. المساوه.   s) B. ذوابل.   t) Al-Maqq. عن.

u) A. واعرض.   v) A. المعتزّ ; G. et al-Maqq. المعتمد ; B. pro hac et praeced. voce وتوجه المعتمد.   w) Ga. et al-Maqq. ولا نصرت.   x) Al-Maqq. لاقوا.   y) B. ولاذوا.   z) B., G. et Ga. وعادوا ; A. واعاذوا.   a) Omittunt A. et G.   b) Al-Maqq. الافاريت.   c) Ga. تلك.   d) A. male hoc et praeced. sententiae membrum transposito ordine offert.   e) B. et G. ومن.   f) A. المعتز ; B., G. et al-Maqq. المعتمد.   g) A. وحصم.   h) A. et Ga. وقصمه.   i) B. addit فى مضاربه فاجر غدا اليه.   k) B. بمجرى.   l) Haec 2 voc. omittit B.   m) A. مداكيه.   n) A. ومصيع.   o) B. pro his فرضه ونفله.

(البسيط) [a] لا يكرثنّك [b] خطب الحادث الجارى　　فما عليك بذاك الخطب من عار
ما ذا على ضيغم امضى عزيمته　　ان خانه حدّ انياب واظفار [c]
[من يوقظ الحرب لا يُنْكِرْ حوادثها　　قد تُحْرِقُ النار يوما موقد النار]
[d] لئن اتوك فمن جُبْنٍ [e] ومن خَوَرٍ　　قد ينهض العير نحو الضيغم [f] الضارى
عليك للناس أَنْ [g] تُبْقَى لنصرتهم [g]　　وما عليك لهم اِسْعاد [h] أَقْدار
لو يعلم الناسُ فيما [i] أَنْ تَدُومَ لهم　　بَكَوا لانك من ثوب الصبى عار　　p. 56.
ولو اطاقوا انتقاصا من حياتهم　　لم يُتْحِفوك بشىء غير [k] اعمار

فحجب عنه وجه رضاه، ولم يستنزله [l] بذلك ولا استرضاه، وتمادى على اعراضه، وقعد [m] عن اظهاره وانهاضه، حتى بسطتْه سوانح السلوّ، وعَطَّفَتْه عليه جوانح [n] الحنو، فكتب اليه بهزّل، غلب فيه كلّ منزع جَزْل، وهو [o]

(الكامل) [p] الملك فى طَىّ [q] الدفاترْ　　فتَنَحَّلْ [r] عن قود العساكرْ
طف بالسرير مُسَلِّمًا　　وارجع لتوديع المنابرْ
وازحف الى جيش المعا　　رف تَقْهَرْ [s] الحَبْرَ [t] المُقامِر [u]
واطعن باطراف اليرا　　ع نُصِرْتَ فى ثغر المحابر
واضرب بسكين الدوا [v]　　ة مكانَ ماضى الحدّ باتر
اولست رِسْطاليس [w] انْ　　ذُكِرَ الفلاسفة الاكابر
وكذاك ان ذُكِرَ الخلايـــل [x] فانت نحوىّ وشاعر

---

a) Descripsit hoc carmen 'Ibno-'l-Abbār (MS. Paris. fol. 57 r. et v.) ex quo auctore etiam vs. 3 addidi. Non tamen totum carmen hic exstare, docent verba 'Ibno-'l-Abbāri qui, omnibus hic editis versibus citatis, addit tamen وهى طويلة. b) A. يكرثنّك ; 'Ibno-'l-Abbār يكبر ثنّك ; B. يتخطينّك. c) G. واظفار. d) Hic versus etiam citatur in 'al-Carîdâ MS. Paris. fol. 153 v. e) B. خير. f) Al-Maqq. الضرغم. g) A. pro his تنصرهم ا..د ا ; Cod. h. l. vermibus laesus: fortasse antiquitus ابدًا scriptum fuit. Pro glossâ habeo hanc lectionem. 'Ibno-'l-Abbār تسعى لنصرهم. h) B. et G. اسعاف. i) B., G., Ga. et 'Ibno-'l-Abbār ما فى, quod etiam bonum. k) Ga. سوى. l) G. يستميله. m) Ga. وبعد. n) Al-Maqq. جوانب ; omittit B. o) A. rubro colore addit قوله. p) Huius carminis vs. 1—3, 5, et tunc, praemisso ومنها, vs. 10 et 11 citantur ex 'al-Qalâyid in 'al-Carîdâ (MS. Paris. fol. 154 r.). 'Ibno-'l-Abbār (MS. Paris. fol. 58 r. et v.) citat vs. 1, 2, 4—11. q) B. ظلّ. r) Id. فتحلّ. s) Al-Car. يقمر. t) B. الحرب. u) Id. البقمر. v) Id. الذوات ; 'Ibno-'l-Abbār الزواة. w) B. رسطا لست ; 'al-Maqq. اسطاليس. x) A. التحليل.

وابو حنيفة ساقطا *في الراى[a] حين تكون حاضر
من فُرْمُش من سيبَوَيْه مِن آبْنْ فُورَك[b] اذ تناظر
هذى المكارم[c] *قد حويت[d] فكُنْ لمن حاباك شاكر
واقعد[e] فانك طاعِمْ كاس وقُلْ هل[f] من مفاخر
p. 57. لحجبْتُ[g] وجه رضاى عنك وكنت قد تلقاه سافر
اولست تذكر يوم[h] لور قة حين قلبك[i] ثَمَّ طائر
لا يستقرّ مكانه وابوك كالضرْغام خادر[k]
هلّا[l] اقتديتَ بفعله وأطَعْتَه اذذاك آمر
*قد كان[m] ابصر بالعوا قب والموارد والمصادر

فكتب[n] اليه الراضى بقطعة[o] مراجعا عنها[p]

.. (الكامل) [q]مولاى قد اصبحتُ كافر[r] بجميع[s] ما تحوى الدفاتر
وفللت سكين الدوا ة[t] وظللت[u] للاقلام كاسر
وعلمت ان الملك ما بين الاسنة[v] والبواتر
والمجد والعلياء فى ضرب العساكر بالعساكر
لا ضرب اقوال باقوال ضعيفات المكاسر[w]
قد كنت احسب من سفا هٍ انها اصل المفاخر
واذا[x] بها فرع لها والجهل للانسان عاذر[y]

---

a) B. للراى. b) 'Ibno-'l-Abbār جورك. c) G. المكام; A. المدام. d) Haec duo vocab. in A. omissa sunt; in marg. satis infelix legitur coniectura: لعلى يا مولاى. e) B. فاقعد. f) B. et G. هو. g) Sic recte omnes mei et etiam A. in marg. addito خ; in textu offert نغيبت. h) B., G. et 'al-Maqq. وقت. i) B. قبلك; G. pro hoc et praeced. vocab. اذ فؤادك. k) A. خاذر; B. صادر. l) B. هل له. m) A. in marg., tamquam var. lect., addito خ, فابوك. n) A. وكتب. o) Omittit B. p) Omittit B.; G. post الراضى offert: مراجعا عنها بقطعة; Ga. et 'al-Maqq. post الراضى offerunt: مراجعا بقطعة منها. q) Huius carminis vs. 1—7 et deinde, praemisso ومقطعها, vs. 25, ex 'al-Qalāyid desumti, citantur in 'al-Carīda (MS. Paris. fol. 154 r. et v.). 'Ibno-'l-Abbār (MS. Paris. fol. 58 r.) citat vs. 17—20, 25 et 26. r) Al-Car. هاجر. s) Id. لجميع. t) B. الذوات. u) Al-Car. omittit و; G. وظللت. v) Al-Maqq. الاسرة. w) G. et Ga. omittunt articulum; 'al-Maqq. مناكر. x) B., G., Ga. et 'al-Car. فاذا. y) B., G. et 'al-Car. غادر.

لا يدرك الشرف الفتى   الّا بـمـعـشـّـال وبـاتـر
وعجرت من سميتهم   وجحدت [a] انهم [b] اكابر
لو كنتَ تهوى ميتتى [c]   لوجدتّنى للعيش هاجر
مولاى ان تسخر فلا   عار بنا ان كنتُ ساخر [d]
ضحك الموالى بالعبيـــد اذا تومل غير ضائر
ان كان فى [e] فضل فمنـــك وهل لذاك [f] النور ساتر
او كان فى [g] نقص فمنـــى غير ان الفضل غامر
ذكرت عبدك ساعة   يبقى لها ما عاش ذاكر
يا ليته قد غيّبتـــه عندها احدى [h] المقابر
اتريد منّى ان اكو   ن كمن غدا فى الدهر نادر [i]
هيهات ذلك مطمع   يعيى [k] الاوائل والاواخر
لا تنس يا مولاى قو   لة ضارع لا قول فاخر [l]
ضبط الجزيرة عندما   نزلت بعقْوَتِها [m] العساكر
ايام ظلت بها فريـــدا ليس غير الله ناصر [n]
اذ [o] كان يُغْشِى [p] ناظرى   لمع الاسنّة والبواتر
ويصمّ اسماعى بها   قرع الحجارة بالحوافر
وهى الحصيص سهولة   لكن ثبتّ [q] بها مخاطر [r]
هبنى اسات كما اسا   ت اما لهذا العتب اخر
هب زلّتى لبنوتى   واغفر فان الله غافر

p. 58.

فقربه وادناه، وصفح عما كان جناه،، ولم تزل الحال [s] آخذة فى البوار، معتلّة اعتلال الفرزدق حبّ [t] النوار [u] ،، حتى مضوا لغَيْر ضَيّه [v]، وقضوا بين الصوارم والقنا [w] والخطيه [x] ،، حسبما

---

a) Ga. وحاجدت.   b) G. انها.   c) B. مليتى.   d) Hunc versum *solus* G. in textu offert; in A. in margine reperitur; in reliquis meis desideratur.   e) G. من ; A. بى.   f) B. اذذاك.   g) G. من ; A. بى.   h) B. احد.   i) Al-Maqq. قادر.   k) A. et Ibno-'l-Abbār اعيى.   l) A. فاجر (sed punctum in ج recentioris est manûs).   m) Al-Maqq. بعقرتها ; B. بعقولها.   n) B. ناظر.   o) B. اذا.   p) A. et B. يغشى.   q) G. وثبت.   r) B. addit articulum.   s) Omittit B.   t) B. بحب ; omittunt G. et al-Maqq.   u) G., Ga. et al-Maqq. للنوار.   v) B. طبيه.   w) B. الرماح.   x) B. omittit و.

سردناه، *وعلى ما ^a^ اوردناه» واذا اراد الله انفاذ امر سبق فى علمه، فلا رادّ ^b^ لامره ولا مُعَقِّب لحكمه» لا اله الا هو، ^c^ ✿

تمّت اخبار الراضى ^d^ رحمة الله عليه

Supra p. 168. **Eius filius 'ar-Râḍî bi-'l-lâh Abû-Câlid Jezîd 'ibn-Moḥammed, cui Deus propitius sit.**

Erat princeps qui rami instar ortus erat [1] ex arbore excelsâ, cuius radix erat firma cuiusque ramus ad coelum usque pertingebat; princeps qui sensim (altero proavorum alterum excipiente) descendebat e spermate virorum nobilium, et talium qui conscendere
p. 169. solerent [2] thronos et templorum suggestûs; qui iuvenili dum erat aetate, versatus fuerat inter addiscenda scitu necessaria et effundenda beneficia; qui scientiae incubuerat, donec haec facta esset locus in quo cum amore eius lingua versabatur [3] et hortus quo eius oculi summopere oblectabantur; hac occupatus recreationem non petierat nisi a [4] dorso equi cuius macula alba per frontem nasumque late extensa erat, felicibus lineis in fronte conspicuis, cui insidens de celeritate cum ventis certabat, et de pulchritudine cum lunâ splendente; quem, nobili genere oriundum, iam ante sat longum tempus sibi acquisiverat; qui celer erat sive diducto sive veloci gradu [5] incederet; qui ortus erat ex genere A'wagi [6] vel qui

---

a) B. verba على ما omittit. b) B., Ga. et 'al Maqq. مَرَدّ. c) Al-Maqq. addit رب العالمين. d) B. addit بالله et sequentia verba omittit. Totam subscriptionem omittit G.; Ga. hanc offert: كمل خبر الراضى بالله والحمد لله كثيرا ✿

1) Haec significatio 5ae formae verbi فرع Lexico addatur.

2) De رُقاة, plur. a راقٍ, v. supra p. 119 ann. (256).

3) Id est: *valde amabat de literis colloquium instituere.* Haec verba iam citavit Cl. Weijers in *Spec.* p. 64 ann. (9); cf. de Sacy in huius operis censurâ *Journal des savants 1834*, *Mars* p. 159. Ceterum pronuntiandum esse مَلْهَج tamquam nomen loci, non مُلْهَج tamquam partic. pass. formae 4ae, de quo cogitavit Cl. Weijers (l. l.), probatur etiam Codd. A. et Ga., in quibus perspicue hic scriptum est مَلْهَج. In loco inedito vitae 'Ibn-Zaidûni, qui in solo A. (I. p. 125 vs. 2 a f.) exstat, legitur quoque: وتَلَقَّتْ به حتى صار مَلْهَجَها, ubi eae vocales quae hic leguntur, additae sunt.

4) De 10a verbi راح formâ eiusque constructione v. supra p. 157 ann. (499).

5) Eadem verba الوخد والارقال coniunguntur in vitâ 'Ibn-Zaidûni, ed. Weijers, p. 20 vs. 6.

6) A'wag, uti vel in Freytagii Lexico traditur, erat nomen proprium equi virtute et multâ progenie celebratissimi. Sat multa de eo leguntur in 'an-Nowairii *Encyclopaediâ* MS. 273 p. 667.

filius videbatur Dū-'l-ʻoqqāli 7: donec eum praefectum crearet pater ʻal-Ǵezīrae ʻal-ċaçrāae, et huic Rondam, oppidum nobilissimum, adiungeret. Tunc migravit a dorso equi praestantis, versus fastigium lignorum suggestûs 8, et reliquit studia se ad regnum administrandum convertens. Non cessabat suam provinciam administrare cum liberalitate et beneficentiâ, spem voti compotem reddens, ita ut (eius provincia) alter quasi ʻIrāqus fieret 9 et splendore impleretur: donec tandem res illae fatales in Peninsulâ locum haberent inque eâ spes frustraretur et ad occasum vergeret; tunc huius regionis pulchritudo est mutata, irruitque in eam, aquarum molis instar, rerum novarum inauditarumque copia. Tunc princeps se Rondam contulit, quae arx erat arboribus obsita, locusque qui genus suum ad altissimum astrum 10 referebat. Ibi mansit quasi obsidionis obses 11, dum paucos debiles-

7) Dū-'l-ʻoqqāl erat nomen equi celebratissimi quem possidebat Ḫaut ʻibn-ʻabi-Ǵābir, et pater equi celebratioris Dāḥis. Cf. ʻIbn-Nabāta (apud Rasmussen *Additam. ad Historiam Arab. ante Islam.* p. ٤. vs. 6): ولرجل منهم (بني يربوع) يقال له حوط فرس يقال له ذو العقال; ʻan-Nowairī (*Encyclop.* MS. 273 p. 667): وذو المعقال (العقال .l) لبني رياح بن يربوع وهو ابو داحس. Nomen ipsum pronuntiavi Dū-'l-ʻoqqāl: in A. quidem العقال exaratum est, sed in B. et Ga. العُقّال invenitur, et in ʻal-Qāmūso (ed. Calc., p. 1505) in radice عقل legitur: وكرّمان فرس حَوْط بن ابى جابر, unde quoque efficiendum videtur, hunc equum Dū-'l-ʻoqqāl dictum, etiam simpliciter ʻal-ʻOqqāl vocatum fuisse. Caeterum coniecturâ textum hic emendare debui, quum nullus meorum Codicum textum plane ita exhiberet, ut reverâ eum ab auctore profectum existimo. Proximus ad meum textum accedit Codex B., quippe qui eum offerat dummodo vocabula لذى et ولد transponantur. Suspicor, iam in ipso ʻIbn-Ċāqānis autographo, vocabulum لذى auctoris imprudentiâ omissum et deinde in margine suppletum fuisse; inde natum esse duplicem sed diversum librariorum errorem, altero putante istud لذى substituendum esse voci ولد (ut factum est in A. et G.), altero istud لذى non curante et omittente (ut factum est in Ga. et ʻal-Maqq.); tertius denique librarius utrumque vocabulum admisit sed turbato ordine (ut factum est in B.). Ille autem cui haec explicatio non placuerit, statuere quoque poterit, ʻIbn-Ċāqānem scripsisse: او ولد العقال, eumque equum vocasse ʻal-ʻOqqāl pro Dū-'l-ʻoqqāl (cf. supra locum ʻal-Qāmūsi), et librarium deinde in margine addidisse لذى, quia sciret hunc equum Dū-'l-ʻoqqāl vocatum fuisse, nesciret vero eum etiam simpliciter ʻal-ʻOqqāl dictum fuisse.

8) Cf. supra p. 140 sq. ann. (403).

9) Cf. supra p. 15 ann. (63).

10) De astro ʻas-simāc dicto, quod hic in textu nominatur, cf. ann. (142) in Cl. Weijers *Spec.* p. 103; quod ad dicendi rationem attinet, cf. versum ʻIbn-Ḫamdīsi (apud ʻan-Nowairī *Encyclop.* MS. 273 p. 105), poëtae Siculi, qui ʻal-Moʻtamidi palatium quoddam describens ait:

(الطويل) فاعلت به فى رتبة المُلْك ناديا وقرّ له فوق السماكَيْن ان يعلا

11) Id est: quamdiu ille in arce erat, obsidio continuabatur; illo vero mortuo, pignus quasi restitutum erat, et obsidioni finis erat impositus.

que haberet defensores et auxiliatores, et quivis turbo eius vento obviam veniret: donec eum peterent sagittae ex arcubus aerumnarum [12], et hae aerumnae eum traderent manibus dure agentis quem ipsae adduxerant. Tunc eum continuit sepulchrum, et celavit eum a die crastino dies hesternus [13], ut supra fuse explicuimus in eius patria historiâ. Saepe autem 'al-Moʿtamid*us* eum petebat reprehensione suâ, eumque sibi sagittarum obiurgationis scopum proponebat; tunc saepe eum sibi propitium reddere studebat sermone, quo magis perspicue id quod vellet indicaret quam vir tristis lachrymis suis, et qui sale superaret aquam in terris salsis. Solebat enim ille quasi in serie ordinare uniones collique monilia ex mirificis dicendi generibus, talia scilicet quae leni modo ex animis educerent odium et malevolentiam. Descripsi ego ex eius carminibus, quae composuit quum tristis esset quia ipsum pater reprehenderat, quumque iniustae essent [14] eius culpatio et reprehensio, talia quae pro novis et admiratione dignis habebis, quae apud se subsistere permittet animus, quaeque tamquam depositum asservanda accipiet. Ex his est sequens carmen — pater autem munera contulerat in multos ex eius fratribus, ipsum vero munere privaverat [15]; illos sibi proximos reddiderat, ipsum abegerat —:

Ad te confugio quando nobis est obscuritas caet. [16].

p. 170. Narravit mihi 'al-Moʿtazz bi-'*l*-láh, patrem 'al-Moʿtamid*um* eum tamquam praefectum Šilb*am* (Silves) misisse. Fuerat autem haec urbs locus in quo iuvenili tempore ludendo se oblectaverat, et ubi iucundo amicorum consortio fructus erat, cuius terras amoenissimas adolescens habitaverat, et cuius locorum frequentatorum in somniis recordabatur. De hac urbe dicit, 'Ibn-ʿAmmār*um* allocutus qui ad eam proficiscebatur [17]:

Agedum! Saluta loca mea Šilb*ae*, o Abū-Becr! rogaque ea an foedus amicitiae sit, ut certo scire mihi videor;

Et salutem dic palatio 'a*š*-Šerāgib a parte iuvenis, cui semper illius palatii est desiderium.

Hoc palatium 'a*š*-Šerāgib ad summum magnificentiae et splendoris pervenerat terminum; simile erat inclytae ʿIrāq*i* urbi Bagdād*o*; currebant in eo nobiles ipsius atriorum

---

12) De voce خطب, in plur. خطوب, v. supra p. 102 ann. (154).

13) Id est: *dies hesternus, quo mortuus est, impedit quominus diem crastinum videret.*

14) Ni fallor, 10ª verbi جار forma hic eandem atque 1ª habet potestatem. Quod si ita est, Lexico addatur.

15) De phrasibus أنهض فلانا et أقعد فلانا cf. supra p. 25 sq. ann. (71). Exemplis ibi citatis adde supra in textu p. 173 vs. 9 et *'al-Matmaḥ* MS. fol. 85 v.: واقعدته عن ذلك وما انهضته.

16) Hoc carmen infra vertetur ubi ad 'Ibno-'l-Abbār*i* locum pervenerimus.

17) Duo sequentes versùs iam supra habuimus in textùs p. 30, versionis p. 83.

equi [18], et micabant in eius areis fulmina rerum optatarum quas offerebat [19]; Fortuna vero obediens incedebat ab eo inde tempore quo iter matutinum instituebat usque ad finem itineris vespertini [20], iis scilicet diebus quibus ab hoc (palatio) non diripiebantur amuleta quibus tutum erat, neque palatii calyces [21] floribus iuventutis carebant. Hanc (urbem) pro tali habebat in quâ multiplex sua spes laete viveret et pro summo in ditionibus suis loco; quibus accedebat tractuum pulchritudo, fragrantia odorum [22] ventorumque [23], laeta luxuriansque hortorum arboribus consitorum conditio; praeterea quasi torque circumdata erat duobus suis fluviis eodem modo et loco quo vir balteum gestare solet. De hac ait 'Ibno-'l-Labbâna:

Nescitne 'al-Mo'tazz bi-'l-lâh, me, in ipsius regiâ sede versantem, esse in horto quem permeat fluvius?

Non autem est fluvius circum quem plantae pabulum viride producunt, sed est ensis cui viridis est balteus [24].

Hac urbe relictâ (quam 'al-Mo'tazz praeclare administraverat, et cuius principes plebemque mite tractaverat) venit ad eius domum 'al-Mo'tamidus ut eius reditum gloriâ ornaret, et ut ei monstaret quanto in honore quantâque in aestimatione eum haberet. Recreationem petens [25], per totum diem apud eum mansit, et strenuus diligensque cucurrit in hippodromo familiaris eruditorum concessûs. Iratus quidem fuerat 'ar-Râçio, sed vini vis clarum reddidit eius finitorem [26] et delevit iram odiumque quae contra eum conceperat; eius formam ipsi repraesentavit oculus in amorem propensus, memoremque ipsum reddidit illum abesse, ita ut eum praesentem esse vellet. Dum vero ille a rege arcessitus veniret, interea declinare fecit ebrietas 'al-Mo'tamidum a sede suâ [27], ita ut dor-

18) De equorum *simulacris* (cf. supra p. 83 ann. (58)) cogitandum, quae adeo naturam similitudine referebant, ut currere viderentur.

19) Id est: omnia quae optares et pulchra existimares, ibi maximo cum splendore aderant.

20) Cf. supra p. 163 ann. (534).

21) Plur. كمائم Lexico addend.; occurrit etiam alibi in *'al-Qalâyid*, ut MS. Ga. fol. 94 v. caet.

22) Lexico addendum est, part. fem. نافحة, in plur. نوافح, *odorem*, vel *flatum venti odorem diffundentem* significare.

23) Haec significatio vocabuli عَبْقَة Lexico est addenda; cf. *'al-Qalâyid* MS. A. I. p. 85: والروض انيقة لبّاته ، رقيقة عباته " ✿

24) Perquam solenne est Arabum poëtis ut flumen cum ense comparent.

25) De 10ª formâ verbi راح, vide quae annotavi supra p. 157 ann. (499).

26) Id est: vinum eandem vim in 'al-Mo'tamidum exercuerat quam exercet ventus in coelum nubibus obductum.

27) Constructio verbi مال c. ب p. in Lexico quidem non est annotata; sed ut جاء significat *venit*, et جاء ب *adduxit*, sic etiam nostro verbo, cum ب constructo, sine dubio transitiva potestas est adscribenda. Caeterum verba sqq. فالفاه صريعا الخ egregie haec verba illustrant.

miret. Invenit itaque filius patrem prostratum in eruditorum concilio [28], prostratum quum
p. 171. ultimam curriculi metam attigisset [29]. Tunc constitit e regione eius, exspectans donec evigilasset, et interea composuit carmen arte conspicuum et praestantissimum, quod, quum pater expergefactus esset, recitavit:

Hoc temporis momento spei redit vita, et mox cor aegrotum sanabitur;

Iterum frondes emittit gloriae ramus, qui marcidus factus erat; iterum oritur felicitatis stella, quae occiderat;

Nam promiserunt mihi benevolentiae nubes imbrem, eo temporis momento quo tenuem pluviam copiosam emittebant [30].

O rex [31], cuius iussum obsequio excipitur, ita ut honoratus sit is quem honoratum vis, et quem vis vilem sit vilis!

Arcessivisti me: tunc volans adduxit gaudium cor meum ad te, licet te timerem,

Veluti te volare facit [32] amor belli ad illud [33], licet in eo sint gladiorum extremitates et cuspides.

[Non vero (timebam) quia tu durus es corde, sed quia meum peccatum grave quid [34] erat].

---

28) De voce منتدى cf. supra p. 96 ann. (124).

29) Nempe: in vino bibendo.

30) Vult poëta: me arcessendo iam benevolentiae erga me testimonium dedisti, et iure plura exspecto.

31) Arabum grammatici vulgo iubent ut accusativus sequatur particulam يا quando ille quem alloqueris non praesens est: cf. quae supra annotavi p. 95 ann. (117). Hic autem poëta post voculam يا accusativo utitur, etiamsi is quem alloquitur praesens sit; alterutrum itaque statuendum est, nempe, sive illam regulam haud ita stricte fuisse observatam, sive poëtam hic metro fuisse inductum ne grammaticae legi obediret.

32) 10a forma verbi طار hic i. q. 4a exprimit, nempe *volantem reddidit*, quod Lexico addendum.

33) Nempe ad bellum; substantivum وَغًى hic feminini est generis, quod in Lexico non annotatum est, sed observandum est aliud substantivum quo vulgo *bellum* indicatur, nempe حَرْب, plerumque feminini esse generis.

34) Vides, glossatorem pronuntiasse جَلَل, et putasse hoc pro جليل *magno* positum esse. Observare debeo in *al-Caridae* Codice Parisiensi homoeoteleuton omnium versuum huius carminis esse ـِلُ, sed fieri non potest ut v. c. امِلُ, معِلُ caet. pronuntiemus; in solo ultimo versu pronuntiare *debemus* جَبَلُ, et itaque hic, ex metricorum Arabum opinione, mendum commisit poëta, nam non probatur si duae diversae vocales, ante homoeoteleuti consonantem, adhibentur. Quum autem non necesse sit, ut poëta bis tale mendum commiserit, ego hic, non auditâ glossâ, pronuntiavi جَلَلُ *grave negotium*.

Attamen mirum non est si tu ignoscis, et si nos omnes labimur;
Nam tibi similis (talis autem non invenitur) semper cum mansuetudine beneficium infert insipienti.

Praeterierunt eum aliquando pilenta camelina, in quibus feminae erant dilectae et carae, quas ipse possederat; his assueverat iis diebus quum liber esset curis provinciae administrandae, et cum his summo studio circumiverat hippodromum rerum optatarum; deinde vero ei ereptae sunt 35, dum ipse aberat; pro deposito asservandae datae sunt pilentis camelinis, postquam ipse eas possederat, et tamquam dona missae sunt in Africam 36. Aliquamdiu vero apud eum diverterant, eodem modo quo diverterunt Qorašitae in Dāro 'n-nadwa 37; tunc dixit:

Praeterierunt nos tempore vespertino, licet mihi tali de re promissum non dedissent;
at quali incendio tunc accenderunt desiderii mei ignem!
In memoriam mihi revocarunt dies quibus cum iis lusi, quibus laudem meam obtinebant, ita ut eas caeteris praeferrem. p. 172.
Non mirum si praeterientes ingentem meum amorem auserunt, nam visa aqua sitientis sitim magis ardentem reddit.

Quum 'al-Mo'tamidus Lorcam venisset 38 certior factus est, hostes contra hanc urbem

---

35) Forma 8ª verbi نزع, cuius passivum hic occurrit, significat *eripuit* aliquem vel aliquid (c. acc.) ab aliquo (c. من). Cf. 'an-Nowairi *Hist. Hisp.* (MS. 2 *h.* p. 491): خرج الى الثغر لينتزعه من يد المنذر بن يحيى; Ibn-Bassām ('ad-*Dacīra* MS. Goth. fol. 6 r.): انتزع سلطانه من يده, caet.

36) Vides hic sermonem esse de servabus quas antea 'al-Mo'tamidus 'ar-Rāçio dederat, sed quas nunc, tamquam dona, mittebat in Africam, ad Jūsofum, Morābitarum principem. *Huic* enim istas servas dono datas esse nequaquam dubium est.

37) دار الندوة erat concilii locus Arabum paganorum, deinde pars templi Meccani (v. Burckhardt *Travels in Arabia* I. p. 305; Ibn-Batūta *Itiner.* MS. Cl. de Gayangos fol. 51 v.). Nescio autem utrum hic in universum velit Ibn-Câqān, *eodem gaudio* apud 'ar-Rāçium divertisse has ancillas quo Qorašitae se ad Dāro 'n-nadwa conferre solerent, an contra historiam quandam spectet. Posterius si verum est, fateri debeo, me illam historiam ignorare.

38) Quaestio oritur, quandonam hoc locum obtinuerit, et revera pendet ab hac quaestione interpretatio eorum quae sequuntur, usque ad finem fere capitis. Est omnino locus gravissimus, et quam maxime doleo nullum auctorem ex iis quos consulere potui, satis accurate et copiose de hac historiae parte exposuisse. Videamus tamen quae ex ipso Ibn-Câqāne, ex carminibus hic descriptis et ex uno alio scriptore efficere possimus. Et prius quidem animadvertendum est, 'ar-Rāçium in carmine suo (supra in textu p. 175, carminis vs. 20 sqq.) dicere, se cum prudentiâ gubernasse 'al-Gezīram, quum in huius locis circumiacentibus magnus adesset exercitus. Non dubito quin illo loco 'al-Gezīra 'al-caçrā.

exercitum contraxisse, et eum ab omni parte ad illam oppugnandam convenisse, inque

intelligenda sit, cui a patre praefectus erat 'ar-Râḍî antequam illa Jûsofo 'ibn-Tâšifîn cederetur, tempore quo hic primâ vice cum Morâbit*is* suis in Hispaniam traiiceret. Iam, quum ex historiâ non pateat, in regione prope hoc oppidum sitâ, unquam bellum fuisse gestum illo tempore quo 'ar-Râḍî urbi esset praefectus, nihil restat nisi ut statuamus, 'ar-Râḍ*ium* gloriari, se illum Hispaniae tractum prudenter administrasse, quum auxiliator Morâbit*orum* exercitus in Hispaniam appelleret. Primo obtutu ex verbis quibus utitur princeps, effici posse quis suspicaretur, illum *de bello ibi gesto* loqui, quod tamen quum historiae repugnet et minime admitti possit, sine dubio tantum de prudenti regionis administratione cogitandum est, et etiam verbum ضبط in vs. 20 propriam ut suam retineat potestatem necesse est, ex quâ significat *prudenter et firmiter administravit*. Si in caeteris studium apparet administrationem illam cum pugnâ comparandi, consulto id a nobili poëtâ factum existimo, eo consilio, ut recentem suam culpam amplificatâ pristinâ virtute, bellicae fortitudini aequiparandâ, tegeret, et ab illâ veniam impetraret. At nunc de rebus hic commemoratis videndum est. Locum illae obtinuerunt, ut facile mihi concedetur, post primum Jûsof*i* in Hispaniâ expeditionem et quum hic princeps iam in Africam redux esset, eo scilicet tempore quo ipse 'al-Mo'tamid*us* suo Marte bellum contra Christianos gereret. Si Condeo (*Hist. de la Dom.* II. p. 151) fides, tunc temporis cladem passus est 'al-Mo'tamid*us* prope Lorcam, sed iam supra (p. 100 ann. (145)) observavi, hunc Conde*i* locum erroribus scatere, et omnino nescio unde illa quae narrat hauserit. Suspicatus eram ex 'Ibno-'l-Abbâro illa esse desumta; quum autem in capite de 'Abbâd*idis* ne verbum quidem de istis invenirem, rogavi Nobil. de Slane ut 'Ibno-'l-Abbâr*i* capita de 'Ibn-Labbûno et de 'Ibno-'l-Jasa'o perlegere vellet; sed neque inde Conde*i* narrationem haustam esse comperi. An itaque soli fertili Conde*i* ingenio istam debeamus nescio, sed fidem ei dare plane non possum. Ego rem mihi sic propono. Quum Cidus Rodericus Diaz de Bivar oppidum Xativam obsideret, 'al-Mo'tamid*us* contra hunc misit 'ar-Râḍ*ium* cum 3000 equitibus, qui facile Cidum vicit, cuius quippe exercitus tantum 300 militibus constabat (vide *Kitâbo 'l-ictifâ.*, vers. Cl. de Gayangos in *Append.* Vol. II. p. xxxix). Hac victoriâ elatus, iuvenis alium Christianorum exercitum prope Lorcam adortus est, dehortante patre 'al-Mo'tamido. Tunc filius ibi cladem passus est et fortasse haud ita strenue se gessit. Haec efficio ex 'al-Mo'tamid*i* carmine, supra p. 174 vs. 6—9, quocum cf. 'ar-Râḍ*ii* carmen p. 175 vs. 15 sq. Tunc Lorcam obsederunt Christiani, de quâ obsidione loquitur tum 'Ibn-Câqân, tum auctor libri *Kitâbo 'l-ictifâ.* (l. l.), iussitque 'al-Mo'tamid*us* 'ar-Râḍ*ium* ut cum exercitu Christianos obsidentes adoriretur; sed princeps, studiis suis inopportuno tempore operam dans, patris iussui morem non gessit. Rex itaque exercitui alium filium, 'al-Mo'taddum, praefecit, qui a Christianis est fugatus cuiusque castra populata sunt. — Quod ad duo longiora illa carmina attinet, alterum 'al-Mo'tamidî, alterum 'ar-Raḍî, observandum est, utrumque esse satyricum; pater perstringit filium, eique opprobrio vertit quod se non tamquam principem fortem strenuumque heroem gesserit, sed tamquam virum doctum, unice studiis incumbentem; lepide respondet filius: recte monuisti; nihil est melius, nihil est quod magis deceat principem quam bello, barbariei et contemptui studiorum se tradere; fatetur tamen se reverâ esse culpandum et patris veniam implorat.

eam contendisse eamque petivisse, eo consilio ut eam vacuam redderet dum tamen in suis fundamentis [39] staret, prae fame costas collapsas habentem famelicis suis habitatoribus [40]; sed illis se obtulit 'al-Mo'tamid*us* ita ut ad id quod volebant pervenire non possent [41], iisque apparuit ex montis sui clivo. Iussit itaque 'ar-Rāçi*um* adversus hostem prodire cum exercitu quem ad hunc oppugnandum (gladii instar) evaginaverat, paraveratque ut cum hoste confligeret pugnaretque. Hic autem prae se tulit, se aegrotare et morbo esse afflictum [42]; valde ab hoc negotio retrocedebat, et multis usus excusationibus illud non perfecit; quia nempe molestiam effugere seque ab hostibus assiliendis abstinere volebat, quia metuebat cum adversariis pugnare, se opponere tenuibus flexilibusque hastis, perferre hastas confodientes et obviam ire heroibus qui montibus erant similes. Videbatur ei praestantius [43] quid esse legere libros quam cum hostibus confligere, et doctrinis operam dare maius lucrum afferre quam vulnera sanare, nam totum se carminibus legendis dederat, dum ipse optime callebat ornatum titulum librique initium componere [44]. Sciebat autem 'al-Mo'tamid*us* quid ille vellet, et probe intelligebat quid eum a re peragendâ averteret. Missum itaque illum fecit, societatem quam cum eo inierat diremit, et praeposuit 'al-Mo'tadd*um* huic exercitui, cuius tamen vexilla non explicita sunt et cuius agmina victoriâ non sunt donata; nam hosti obviam factus, pro tegumento cepit fugam, et confugit ad socordiam ostendendam, quum ostendere debuisset armorum cuspides; in hisce desertis copiae se disperserunt, timentes ne isti 'Ifrîti ipsos raperent [45]. Tunc iniuste tractarunt [46] hostes illos qui cum 'al-Mo'taddo superstites erant iisque quae possidebant vi eri-

39) Lectionem اصولها Codicis Ga. pro glossâ habeo. — Sententia est: noluerunt hostes urbem vi capere, populari et diruere, sed arcte eam obsederunt, ita ut, quamquam incolumis, tamen suis habitatoribus vacua fieret, his nempe fame emortuis.

40) Hoc sensu plur. وحوش Lex. est add.

41) De voculâ دون cf. supra p. 27 ann. (80).

42) Haec sign. 5ae formae verbi شكى Lex. est add.

43) أَرْجَح est compar. forma ab adiect. رَجِيح quod quidem in Lexico deëst, sed occurrit v. c. in *Noct. Arab.*, ed. Macnaghten, I. p. 44 (vel ed. Habicht. I. p. ١٢٥), et *praestans*, *eminens*, *alia superans* exprimit.

44) Orientalibus solitus fucatus titulus et grandiloqua libri praefatio saepe difficillima operis est pars.

45) Id est, similes erant copiae itinerantium in deserto turbae, quae timet cast. Tali enim in deserto iter facienti catervae inprimis metus est a turbine pulverem excitante, et qui, ut aiunt, oritur ex mali genii volatu. 'Ifrîti nimis cogniti sunt ex *Noctibus Arabicis* et ex Lanii scriptione *On the Jinn or Genii* (in *The Thousand and one Nights* I. p. 29—38), quam ut necesse sit hic aliquid de iis monere.

46) De 5a formâ verbi حاف, hic *iniustitiâ affecit* exprimente, cf. supra p. 155 ann. (485).

puerunt, et ore omnino impleto dentium cuspidibus comederunt quae in castris aderant. Horum itaque tentoria fiebant locus in quo huc illuc trahebantur [47] castrorum viri nobiles [48], et in quo liberi huc illuc currebant [49] castrorum nobilissimi equi. Reversus itaque est ('al-Mo'tadd) maiorem iacturam passus quam ille qui vendiderat custodiam templi [50], amissâ fide quae in eo posita fuerat. Tunc filii terrae opertum est 'al-Mo'tamidi coelum [51], et hae graves res eum ita totum occuparunt ut rerum sponte susceptarum et lege praescriptarum rationem habere non posset. Tunc scripsit ad eum 'ar-Rāçîus:

p. 173. Ne te affligat ingrata res fortunae casûs qui se obtulit: quomodo enim fieri potest ut *tu* hac ingratâ re dedecore affectus sis?

Quid refert leonis, qui suum propositum ad finem perduxit, quod eum perfide tractet acies dentium caninorum et ungularum?

[Qui excitat bellum, ne timeat quas illud affert calamitates; etenim aliquando ignis comburet qui illum accendit!]

Profecto, si isti ad te venerunt, hoc factum est eorum metu et debilitate: vel asinus impetum facit in leonem rapacem!

Tu debes hominibus ut in vita serveris ad iis opem ferendam; non iis debes ut iis fata felicia reddas!

Si scirent homines quantum ipsorum intersit ut tu, eorum in commodum, in vitâ maneas, plorarent quia puerilis aetatis vestem iam exuisti;

Et si aliquid de suâ quisque vitâ detrahere possent, nullâ aliâ re nisi vitâ te donarent.

Ille tamen ei texit benevolentiae suae faciem, et 'ar-Rāçîus his versibus patris animum male affectum ad obsequium non adduxit [52], neque hunc contentum reddidit; e contrario

---

47) Haec signif. vocis مَجَرّ (nomen loci a verbo جرّ) Lexico est addenda.

48) Lexico addendum est, formam عوالى hic eandem habere potestatem quam supra (p. 85 ann. (68)) alii formae, nempe معالى propriam esse vidimus, atque igitur *viros nobiles* denotare.

49) Neque مَجْرى ut *nomen loci* in Lex. annotatum est.

50) Spectat hic 'Ibn-Çâqân sine dubio historiam Abû-Gobšâni templi Meccani praefecturam tenentis, a quo ebrio, adhibitis testibus et dato vini utre, Qoçajjus templi clavem emit; cuius facti Abû-Gobšânum multum poenituit. Haec res pluribus proverbiis originem dedit, et etiam huic: أخسر صفقة من ابى غبشان *maiorem iacturam in vendendo passus quam Abû-Gobšân.* V. Freytagii *Prov. Arab.* I. p. 390 sq. et auctores qui ibi citantur. Dicens autem بائع السدانة imitatur auctor poëtam cuius versus citatur l. l. vs. 3 a f.

51) Id est: Quia 'al-Mo'tamidus filio suo iratus erat, similis factus est coelo nubibus operto, quod no amplius laetum terrae, ut ita dicam, arridet.

52) Haec signif. 10ae formae verbi نزل Lexico est addenda; cohaeret cum illâ quae obtinet in Cl. Weijersii

pater perrexit 53 se ab eo avertere et minime ei pristinam suam gloriam restituit, neque ei regni partem administrandam dedit 54, donec tandem eum laetum redderent felicia auguria curarum levamen portendentia, et filio propitium eum redderent costae filii amoris plenae. Tunc ad eum scripsit sequentes versûs iocosos, in quibus superavit omnem facundiae normam 55:

Imperium exercere eâ in re est situm ut libri folia quis complicet: omitte itaque exercitûs ducere!
Salutem dicens ambi thronum, et revertere ut te asservent templi suggestûs 56,
Et accede ad exercitum familiarium, domans doctorem qui tecum disputando certat 57;
Confode calamorum extramitatibus; victoriâ enim donaris in atramentariorum ore 58;
Et percute atramentarii scalpro, loco penetrantis gladii aciei acutae!
Nonne tu es Aristoteles, quando enumerantur summi philosophi?
Et sic si 'al-Čalîl nominatur, tu reverâ es grammaticus et poëta;
Abû-Ḥanîfa 59 labitur in suâ opinione, tu si praesens es 60. p. 174.

Spec. p. 32, ubi, collatâ ingeniosâ editoris annotatione (148) in p. 104, significat: *blanditiis aliquem de fastu demovere et animum eius male affectum ad obsequium adducere studuit.* Observandum etiam est, 10am formam verbi رضى, quae secundum Lexicon tantum significaret *contentum reddere studuit*, hic exprimere *contentum reddidit.*

53) Observandum, 6am formam verbi مدى hic cum على construi, ut apud de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ١٥١ vs. 8 a f.

54) De 4a formâ verbi نهض cf. supra p. 26 ann. (71) et p. 178 ann. (15).

55) Iam Cl. Weijers (*Spec.* p. 177) statuit voc. مَنْزَع Gallicum *principe*, *maxime* exprimere. Recte, ut opinor, et inprimis sensu morali, ut ita dicam, hoc vocab. usurpatur, ut apud 'Ibno-'l-Čatîbum (MS. Cl. de Gayangos fol. 27 r.) de viro dicitur, eum fuisse اجلهم منزعا; alibi (MS. fol. 29 r.) legitur غريب المنزع *un homme de mauvais principes;* 'Ibn-Bassâm (MS. Goth. fol. 6 v.) de viro: كان عندهم مشهور المنزع *ses principes leur étaient connus.* Hic autem, quum de facundiâ sermo sit, *norma* est vertendum, quam significationem cum alterâ illâ arcte cohaerere vides.

56) Quia viri docti apud Moslimos fere semper ad theologorum ordinem pertinent et omnes fere disciplinae in Oriente theologiae studio nituntur, dicit poëta: plane age ut virum doctum et theologum decet: saluta principem et tunc ad templum redi, ubi a bello tutus eris et studiis vacare poteris.

57) Haec signif. 3ae formae verbi قهر Lexico est add.

58) Haud sine causâ poëta hic voce ثغر utitur, nam hoc etiam de *hostium terrae confinibus* usurpatur, ita ut dicatur: نُصِرْتَ فى ثغر العدى.

59) In Cod. B., ex Arabum Occidentalium pronuntiandi more, hic scriptum est *Abû-Ḥonaifa*.

60) Quater in hoc carmine in homoeoteleuto nominativus substituitur accusativo, nempe in p. 174 vss. 1, 3, 5 et 8. Idem septies observatur in sq. carmine 'ar-Râçii, nempe in vs. 1 (ubi كافر pro كافرا), 2, 10, 11, 15, 17 et 24.

Quis est Hermes[61], quis Sîbawaih[62], quis 'Ibn-Fûrec[63], si tu accurate ab omni parte res consideras ut indages veritatem[64]?

Haec[65] nobilia complecteris; gratias itaque redde illi qui tibi (hucusque) connivit;

Et otiosus sede, nam cibum habes et vestitum[66], et dic: suntne res de quibus quis gloriari potest?

Texi tibi meae benevolentiae faciem; antea vero illam retectam videbas.

Nonne memor es diei Lorcae, quum cor tuum istic in aërem raperetur[67],

Dum suo loco non maneret: pater vero contra tuus esset ut leo in suo latibulo vivens?

Cur non eius agendi rationem imitatus es? etenim illo tempore eius iussui quippe imperantis, obnoxius eras.

Magis quam tu perspectum habebat rerum finem, melius quam tu sciebat quid faciendum, quid omittendum.

Huic carmini respondit 'ar-Râḍî alio hocce:

Mi domine! Iam nullam amplius fidem habeo iis quae continent librorum folia;

Rupi atramentarii scalprum, et continenter calamos rumpo;

Iam scio regnum exercere eâ in re situm esse, ut verseris inter hastas et acutos gladios,

Et laudem obtinere nobileque facinus perpetrare tunc tantum fieri posse quum cum exercitibus confligunt exercitûs,

Non quum verba cum verbis confligunt, vel debilia cum fractis[68].

---

61) In Arabicis scripsi *Hormos*, quia duo optimi mei Codd. (A. et Ga.), qui soli vocales h. l. addiderunt, sic pronuntiare iubent. Etiam in 'Ibno-'l-Abbâri Codice هُرْمُسْ scriptum est, et هُرْمُس similiter legitur in 'an-Nowairii *Encyclopaediâ* MS. 273 p. 256.

62) Rectissime Cod. A. et Cod. 'Ibn-'l-Abbâri, qui soli h. l. vocales addiderunt, celebratissimi grammatici nomen pronuntiare iubent *Sîbawaihi*; cf. de Sacy *Anthol. Gramm. Arab.* p. 41 med.; p. 152 in f. Pronuntiatur nonnunquam cum nûn*atione* *Sîbawaihin* (cf. ibid.), sed hanc pronuntiationem hic metrum non patitur.

63) Vita huius celeberrimi scholastici et grammatici exstat apud 'Ibn-Challicânem, ed. de Slane, I. p. 675 sq.

64) Hic technicus sensus, ab auctore libri 'at-*Ta'rîfât* indicatus, obtinet apud 'Ibn-Châqânem MS. A. I. p. 77: لم تَخْلُ ايامُه من مُناظَرة, apud 'Ibno-'l-Chatîbum MS. fol. 23 r.: رحل الى سجلماسة وناظر عند ابن العواد, et apud 'an-Nowairium (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 499) in loco infra edendo.

65) De هذى pro هذه cf. supra p. 86 ann. (74).

66) Hoc hemistichium ex antiquiore poëtâ desumtum est. — Schol. Goth.

67) Puto: *prae metu hostium*; cf. supra p. 159 ann. (508).

68) In textu edere debuissem مكاسر *sine* articulo ex G. et Ga. et non *cum* artic. ex A. et B.; sed rectius quoque vocales addidissem, hunc in modum:

Insipientiâ ductus, antea credebam hoc studium rerum nobilium esse principium et radicem,

Sed tantum est harum ramus 69: et ignorantia in homine est omnino excusanda!

Iuvenis non attingit laudem, nisi multum tremente hastâ 70 et gladio acuto! p. 175.

Amicitiam quam cum illis viris quos nominasti, contraxeram, iam diremi, et negavi illos summos esse viros.

Etenim si vel expetivisses ut morerer, videres me amicitiam quam cum vitâ contraxi, dirimentem! —

Mi domine! si tu iocaris, nullum nobis est dedecus, si et ego iocor.

Domini rident cum servis, si nempe talem exspectant qui non nocebit.

Si in me quaedam est praestantia, hanc tibi debeo, et num quis talem lucem celare posset?

Vel si in me quaedam desiderantur, haec meâ culpâ desiderantur, attamen praestantia (a te accepta) ista vitia facile tegit.

In memoriam revocasti servo tuo horam, cuius memor erit quamdiu vivet!

لا ضَرْبِ اقوالٍ باقـــــوالٍ ضعيفاتٍ مَكاسِرِ

Duobus vocabulis technicis hic utitur poëta, grammaticae propriis, id quod ضعيفة vocat, plerumque مُضاعَف dicitur, quod technicum vocab. *duplum*, *duplicatum* significat, et talem indicat vocem, in quâ duae literae radicales eaedem sunt (vide Lumsden *Arab. Grammar* p. 380 sq.); مَكْسُور autem (pp. *fractum*) dicitur vox quae vocali *kesr* dictâ, est insignita. At poëta, lusum verborum quaerens, solitum illud nomen مُضاعَف mutavit in ضعيف, et sic iam dicere potest in grammaticâ *debiles cum fractis* pugnare.

69) In marg. Codicis Goth. sequens hic scholion legitur: قوله فاذا بها فرع لها هو من معنى قول المتنبّى رحمه الله:

(البسيط) حتى رجعتُ واقلامى قوائل لى   المجد للسيف ليس المجد للقلم

اكتب بنا ابدًا بعد الكتاب به   فانما نحن للاسياف كالخدم

الا ان هذا اختصّ بالاقلام ومعنى الراضى عامّ. Versûs al-Motanabbîi qui hic citantur, inveniuntur in eius *Dîwâno* MS. 25 p. 259, sed hic iterum admirari debemus fertile philologorum Arabum ingenium, quippe qui imitationes vel cogitatorum analogiam ibi inveniant, ubi nos nunquam de istis cogitassemus! Uterque poëta dicit bellum praestare studiis — ar-Râçius autem hoc ironice affirmat — sed modo uterque hoc exprimit dissimillimo.

70) Observa, adiectivum عَسّال hic substantive usurpari. Eadem observatio etiam de باتر valet; cf. supra p. 84 ann. (62).

Utinam illâ horâ hunc unum ex sepulchris occultasset! —

Petisne a me ut similis sim tali viro qui omnium temporum plane est vir unicus?

Apage! hoc est votum quod consequi non potuerunt proavi, neque poterunt posteri!

Ne obliviscaris, mi domine! dictum prostrati non superbi:

Prudenter administravit 'al-Gezîram quum in huius locis circumiacentibus tentoria figerent exercitûs;

Iis nempe diebus quibus ibi solus eram, et nullus praeter Deum opem ferebat;

Quum visum meum occoecaret splendor hastarum et gladiorum acutorum,

Et quum ibi auditum meum obtunderent lapides equorum ungulis percussi.

Tunc vel domuum fundamenta dissolvebantur quia nimis erant mollia, sed ego ibi firmus stabam periculo me opponens.

Pone me peccasse ut peccavi: nonne hanc reprehensionem sequetur alia [71]?

Condona meae iuventuti, et ignosce, nam etiam Deus ignoscit!

Tunc iterum eum sibi propinquum reddidit, eique culpam ignovit. — Continenter autem fortunae vices (aulae Abbâdîdarum) exitium parabant, aegrotae erant ut aegrotus erat 'al-Ferazdaq, commotus amore 'an-Nawâr [72], donec hi principes secuti sunt quod minime sibi erat propositum, et mortui sunt inter acutos gladios, hastas, ipsorumque errores, ut
p. 176. iam supra narravimus et diximus. Quando autem Deus iussum perficere vult, quod ab aeterno inde tempore in divinâ mente constitutum est [73], nemo hoc iussum avertere, nemo iam pronuntiatum iudicium mutare potest. Nullus est Deus nisi ille!

Finis historiarum 'ar-Rāḍī, cui Deus propitius sit!

---

71) Id est: *nonne in vitâ futurâ Dei reprehensionem auditurus sum? Tu itaque clemens sis, neu nimis me reprehendas!* Sequens versus hunc explicat.

72) Al-Ferazdaq*us*, celebratus ille poeta, uxorem 'an-Nawâr dictam repudiaverat, cuius facti eum deinde valde poenituit. Legi possunt quae de hac historiâ exstant in de Sacy *Chrest. Arab.* III. p. 236—242. Patet ex loco 'al-Harîrî, hanc poenitentiam 'al-Ferazdaqi deinde in proverbium abiisse: de *morbo* autem quem poëta passus esset, nihil traditum reperi, et etiam in vitâ 'al-Ferazdaq*i*, quae exstat in *Nouveau Journ. Asiat.* (Tom. XIII, Juin 1834), de tali morbo sermo non est. Haud improbabile itaque mihi videtur, Ibn-Câqân*em* hic ipsam illam poenitentiam *morbum* vocare, ita ut sententia loci sit: Fortuna graviter aegrotabat, ut graviter quoque aegrotaverat 'al-Ferazdaq, poenitentiâ ductus, quia uxorem quam adhuc valde amabat, repudiaverat.

73) Cf. cum hac phrasi alia Ibn-Haijân*is* (apud Ibn-Bassâm*um* MS. Oxon. fol. 3 r., infra in Cap. II. §. 1): اصاب المقدارُ قَصْدَهُ لقضاء سبق فى علم امّ الكتاب.

CAPUT SECUNDUM.

LOCI 'IBN-BASSĀMI.

(*Ex volumine secundo* (*Codice Oxoniensi*) *et tertio* (*Codice Gothano*) *operis cui titulus:* 'ad-Dacīra fī maḥāsini 'ahli 'l-Ǵezīra.)

Capitis primi iam sex priores plagulae typis erant expressae, et parum exspectabam me deinde monitorum esse illud caput sine iure primum locum obtinuisse, 'Ibn-Cāqānem scriptorum meorum non esse antiquissimum, et contra primum locum concedendum fuisse 'Ibn-Bassāmo. Benevole quidem mecum communicaverat Cl. de Gayangos excerpta nonnulla Hispanica ex Codice Oxoniensi 'Ibn-Bassāmi, unico qui tunc innotuerat, desumta; sed primum haud in animum induxeram haec excerpta edere, iisque tantum in ultimo huius operis capite ad historiam illustrandam uti volebam; deinde si vel illa fragmenta ex Hispanicis Latina fecissem, dubius tamen haesissem quo loco ponenda fuissent, nam tunc temporis aetatem quâ 'Ibn-Bassām scripsit, accurate definire non poteramus. Interea iter Gotham suscepi, ibique a Doctissimo Moeller, Bibliothecae praefecto, humanissime exceptus, primum varia 'al-Maqqarī fragmenta oculis perlustrare deque iis in schedulis annotare institui. Fieri itaque non poterat quin inspicerem quoque Codicem 266, qui in Doct. Moelleri *Catalogo* (p. 77) notatus est tamquam fragmentum 'al-Maqqarī libri, de historiâ literariâ Arabum in Hispaniâ agens. Et reverâ in fronte libri, recentiori manu et scripturâ *nescî* — Codex autem literis Africanis est exaratus — sequentia exstant: جزو من عرف الطيب فى تاريخ اندلس الرطيب لابن المقرى. Vel parum accuratus titulus — titulus enim 'al-Maqqarī operis est نفح الطيب من غصن الاندلس الرطيب — et error grammaticus (اندلس pro الاندلس) suspicionem moverunt huic inscriptioni fidem non habendam esse; librum autem ipsum inspiciens, statim animadverti non esse partem 'al-Maqqarī, sed plane aliud opus. Saepe nempe in illo reperi: قال ابو الحسن بن بسام (fol. 1 v.; 2 v. caet.), vel قال ابو الحسن (fol. 5 r. caet.), vel قال ابن بسام (fol. 5 v. caet.). Praeter hunc etiam nominabatur scriptor Abū-Merwān 'ibn-Ḥaijān, celebratissimus ille Hispaniae historicus. Huius narrationem suae saepe intexere 'Ibn-Bassāmum, tum sciebam ex excerptis ex Codice Oxoniensi quae mecum communicaverat Cl. de Gayan-

gos, tum ex loco qui in ʿal-Maqqarīʾ opere exstat, in quo nempe traditur ʾIbn-Bassāmum ex ʾIbn-Ḥaijāne quaedam in suum opus transtulisse. Est hic (MS. Goth. fol. 387 r.): واما التواريخ فكتاب ابن حيان الكبير المعروف بالمتين فى نحو ستين مجلدة وانّما ذكر ابن حزم كتاب المقتبس وهو فى عشر مجلدات والمتين يذكر فيه اخبار عصره ويُمْعِنُ فيها ممّا شاهده ومنه ينقل صاحب الذخيرة *Quod ad historiam attinet, habemus librum magnum Ibn-Ḥaijānis, qui nomine* ʿal-Matīnī *notus est, sexaginta circiter voluminibus. Ibn-Ḥazm tantum* ʿal-Moqtabis, *qui decem constat voluminibus, commemoravit.* (Hunc ʾIbn-Ḥazmi locum infra describam). *In* ʿal-Matīno *describit Ibn-Ḥaijān sui temporis historiam, in quam (hominum animos) penetrare facit* [1]*: illas nempe res quibus ipse adfuit testis. Ex hoc libro quaedam in suum opus transtulit auctor* ʿad-Dacīrae. Gravissima praeterea in ipso opere exstabant argumenta quae illud ʾIbn-Bassāmi esse ostendebant, nullum erat quod obstabat; unum quoque locum reperi qui manifesto ostendit hoc volumine partem ʿad-*Dacīrae*, non aliud opus ʾIbn-Bassāmi, contineri. Exstat ille in fol. 216 v., in capite de ʾIbn-abī-ʾl-Kiçāl, ubi auctor narrat se non praesto habuisse huius viri prosam ornatiorem neque poëmata; hortante itaque amico, ad ipsum misisse epistolam ut quasdam scriptiones ab eo impetraret. Responsum ʾIbn-abī-ʾl-Kiçāli traditur, in quo inter alia haec leguntur: وانا أرّبَا اعزّك الله بقدر الذخيرة، عن هذه التّنّف الاخيرة، وانها قد بلغتْ مداها، واستوفتْ حلاها، *Ego, o tu quem Deus honoratum reddat! adeo praestantiā* ʿal-Dacīrae *captus sum, ut ista alia deserta non curem; nam* (opus illud egregium) *sibi propositam metam attigit, et omni ex parte ditissimo ornatu conspicuum factum est* [2]. Deinde locos nonnullos, ab aliis auctoribus ex ʾIbn-

---

1) Prima forma verbi معن ex Lexico significat *longe provectus fuit*, sed proprie est *penetravit*. Hinc 4ª forma sive idem exprimit, quod solum in Lexico traditur, sive *penetrare fecit*, ut apud ʿan-Nowairium (*Histor. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 473): أمْعَنَ النظرَ واطال الاستخارة *penetrare fecit considerationem* i. e. rem *accurate consideravit*. Quum itaque ʾIbn-Ḥaijān criticam rationem in historiā conscribendā (quā de re infra exponam) secutus sit, credidi auctorem hic voluisse: *criticā scribendi ratione usus, hominum animos excitavit ut philosophice de illā historiae parte meditarentur.* Fieri tamen potest, ut quarta forma verbi معن hic tantum *penetravit* exprimat (cf. infra in §. 2 locum ʾIbn-Ḥaijānis, MS. Oxon. fol. 6 r.), et ut loci sententia sit: *in quam penetrat* i. e. *quam fuse et accurate exponit.* Caeterum فيها pertinet ad اخبار عصره, quocum etiam seq. ممّا شاهده, coniungendum est.

2) Lectiones Codicis Gothani hic ex ʿal-Marrākišio et ʿan-Nowairio correxi; offert enim الشعب (sic) pro التنف et خلاقا pro حلاها. Quod ad sensum verbi رَبّا h. l. attinet, ex parte conferenda est

Bassāmi *ad-Ḋacīrā* citatos, cum Codice Gothano contuli et inveni hos esse eosdem. Sic v. c. ipsa illa epistola Ibn-abi-'l-Kiçāli ad Ibn-Bassāmum auctorem *ad-Ḋacīrge*, citatur tum ab al-Marrākišo (MS. 546 p. 171—174), praemissis: فممّا آختارُ له (لابن ابى الخصال) رحمه الله فصولٌ من رسالة كتب بها مُراجعًا لبعض اخوانه عن رسالة وردت عليه منه يستدعى فيها منه شيئًا من كلامه وهذا الرجل صاحب الرسالة هو ابو الحسن على بن بسام صاحب كتاب الذخيرة, tum ab an-Nowairio (*Encyclopaediae* MS. 273 p. 548), his praemissis: ومن كلام ابى عبد الله محمد بن ابى الخصال من جواب لابن بسام وكان قد كتب اليه يسئله انفاذ بعض رسائله ليضمنها كتابه الذى ترجمه بالذخيرة. Locum *ad-Ḋacīrge*, ex capite de Ibn-Cafāgā, citavit Ibn-Callicān (ed. de Slane, I. p. 19), non prorsus verbotenus, qui invenitur in Codice Gothano fol. 144 r. vs. 4 a f. 3.

Summum itaque mihi gaudium fuit, invento Ibn-Bassāmi volumine quod latebat; quâ de re quum Doctissimum Moellerum certiorem fecissem, veniamque petiissem volumen illud mecum Leidam ducendi, ille, solitâ suâ humanitate, votis statim annuit.

Unum in volumine illo Gothano locum inveni, qui ad historiam Ábbādidarum pertinebat quique erat edendus: sed simul pervoluto volumine animadverti — id quod ex Cl. de Gayangos excerptis iam suspicatus eram — Ibn-Bassāmi opus caeteros libros de historiâ saeculi quinti Arabum, fere omnes, utilitate superare, et me totâ illâ parte indigere, in quâ deditâ operâ de Ábbādidarum historiâ expositum est; quo agnito, iter Oxonium suscepi ut cum alia describerem, tum Oxoniense Ibn-Bassāmi volumen in meum usum converterem. Oxonii itaque degens voluminis partem descripsi quae de Ábbādidis agit; reliquam partem, quae maximae est utilitatis ad Hispaniae Occidentalis historiam, saeculo quinto Arabum, melius cognoscendam, excerpsi iisque excerptis passim in hoc opere utar. Antequam tamen ad editionem locorum de quibus dixi, accedam, agendum erit de ipso Ibn-Bassāmo deque eius operibus. De quo argumento quae in medium proferam, commendabunt se certe novitate, et spero illa lucem quandam allatura esse historiae litera-

---

phrasis in Lexico annotata: رَبَأْتُ بنفسى عن عمل كذا, quae ibi vertitur: *hac re occupatus non fui.* Quum autem ربأ, propriè significet *altus fuit* (et hinc *speculator exstitit*, quippe qui alto in loco stet), propria vis nostrae phrasis haec est: *Praestantiam* ad-Ḋacīrae *cognitam habens, nimis alto sum loco quam ut reliqua opera simili de argumento curem;* non enim dubito quin verba هذه التنف الاخيرة hoc exprimant. Porro animadvertatur auctorem hîc, membrorum resonantiâ ductum, voci الاخيرة significationem tribuisse, quae non huic, sed vocabulo الاخرى, propria est.

3) Iam inspecto volumine Oxoniensi, nullum mihi dubium restat, et certo certius est volumen Gothanum esse partem ad-*Dacīrge*; idem enim consilium in utroque opere cernitur, idem stylus.

riae parti gravissimae, quae hucusque plane fuit obscura. Ḥāgī-Ċalīfa (*Lexic. Bibliogr.*, ed. Flügel, III. p. 331), bibliographus diligentissimus quod ad scriptorum Orientalium opera attinet, sed in historiâ literariâ Arabum Occidentalium explicandâ mancus et imperfectus, adeo lapsus est ut nostrum 'Ibn-Bassām*um* confunderet cum poëtâ satyrico qui duo saecula ante vixit, cuiusque vitam scripsit 'Ibn-Callicān (ed. de Slane, I. p. 489 sq.) 4: quem mirum errorem iam animadvertit de Sacy (*Anthol. gramm. Arab.* p. 445). Cl. de Gayangos (*Hist. of the Mohammed. Dyn. in Sp.* I. p. 370) quaedam de vitâ 'Ibn-Bassāmi tradidit, scilicet eum natum esse in Lusitaniae oppido Santarem dicto, et mortuum esse anno 542. Prius etiam infra a me confirmatum videbis; posterius an verum sit nescio, nam unde illud factum hauserit V. Cl. prorsus latet 5. Nobiliss. de Slane

---

4) Hac datâ opportunitate silentio non praetereunda est lepida et faceta historia quae 'Ibn-Bassāmo accidit, et quam refert his verbis (MS. Goth. fol. 135 r. et v.): ومن اطرف الجواب، واغرب مزاح الكُتّاب» من (ما l.) اتّفق لى مع الوزير ابى محمد بن عبدون اوّل ما لقيتُه وسمع بعض الاخوان يدعونى باسمى فقال لى انت علىّ بن بسام حقًّا قُلْتُ نعم (قال adde) وتهجو حتى الساعة اباك ابا جعفر واخاك جعفر فقُلْتُ له كَلّاك الله وانت عبد المجيد قال نعم قُلْتُ ويتغزل فيك حتى الآن ابن مناذر فضحك من حضر لهذا الجواب الحاضر وعلىّ بن بسام ناقعة زمانه لم يسلم من هجائه فى زمانه امير ولا وزير، ولا من اهل بيته صغير ولا كبير» وعبد المجيد كان من اجمل اهل زمانه وكان ابن مناذر يعشقه ويتغزل فيه هذا وما اشبهه من المزاح المباح، البعيد عن الجُناح» ✿

Etiam 'Ibn-Ċallicān (l. l.), ex eodem sine dubio fonte atque auctor noster, narrat de poëtâ illo satyrico: لم يسلم منه امير ولا وزير، ولا صغير ولا كبير» وهجا اباه واخوته وسائر اهل بيته. — De (Moḥammede) 'ibn-Monādir (vel Manādir), poëtâ qui mortuus est anno 198, retulit nonnulla, ex *Kitābo 'l-agānī* desumta, Caussin de Perceval (in Slanii *Ibn Khallikan's Biogr. Dict.* I. p. 299). Ibi quidem de carminibus aroticis quae in 'Abdo-'l-magīd*um* composuit, sermo non est; attamen non dubito quin in *Kitābo 'l-agānī* atiam de istis sermo sit. — Quod ad singula verba attinet, animadvertenda est phrasis كَلّاك الله, quae *nequaquam*, *minime*, ut simplex كلّا, exprimere debet, et fortasse sic explicanda est: *removeat te* (ab hoc) *Deus!* Dictio ناقعة زمانه *penetrans venenum sui temporis* exprimere videtur.

5) » M. de Gayangos states, I know not on what authority, that Ibn Bassâm died A. H. 542," ait Nobil. de Slana (l. l.). Ne aegre ferat amicissimus de Gayangos, si huic obiectioni ipsius verbis respondens, minus fortasse honeste et decore agere videar; si nempe quaedam verba ex amici epistolâ hic describam; quod non facerem, nisi haec ipsa viam monstrare possent in quonam libro annus

(*Ibn Khallican's Biogr. Dict.* II. p. 304) questus est se frustra apud varios Arabum scriptores vitam 'Ibn-Bassāmi quaesivisse, et sine fructu pervolvisse opera 'al-Maqqarii, 'Ibn-Baścowāli, Abū-'l-Maḥāsini, 'Ibn-Ćāqānis, 'Imādo-'*d*-dīni, aliorum. Neque ego hac in re felicior fui, nulloque in Codice talem vitam inveni, sed quae de 'Ibn-Bassāmo eiusque operibus in medium proferam, fere omnia ex limpidissimo fonte, ipsius nempe scriptoris 'ad-*Dacīrā*, hausta sunt.

'Ibn-Bassāmi plenum nomen fuit Abū-'l-Ḥasan 'Alī 'ibn-Bassām: sic enim eum vocant tum 'al-Marrākišī (vide supra p. 191 vs. 5), tum 'Ibn-Callicān (ed. de Slane, I. p. 18). Natus est in Lusitaniae oppido Santarem. Eum Lusitanum fuisse, non Hispanum, ex pluribus patet locis. In MS. Oxon. (fol. 208 v.) legitur: واخبرنى غير واحد من ادباء غربنا قال الخ. Alibi (fol. 209 v.), in vitâ viri Lusitani, ملوك افقنا. Deinde (fol. 210 v.) de poëtâ Lisbonensi: وله عدّة قصائد فى ملوك قطرنا. Locus sequens in oppido Santarem natum fuisse auctorem nostrum ostendit. Ait (MS. Oxon. fol. 126 r.): كقول بعض اهل بلدنا وهو ابو عامر بن سوار الشنتريني, *ut dicit quidam ex populo urbis nostrae, nempe Abū-Āmir 'ibn-Siwār ex urbe Santarem.* Praeterea 'al-Maqqarī (apud de Slane l. l.), 'Ibn-Bassām*um* in urbe Santarem natum fuisse testatur. Anno 477 Lisbonae fuit 'Ibn-Bassām. Initio enim capitis de Abū-Ġa'far Aḥmed 'ibno-'*d*-Dūdain Valentino (MS. Goth. fol. 195 r.) haec refert: هو احد من لقيتُه وشافهتُه وأمْلَى علىّ نظمه ونثره بالاشبونة سنة سبع وسبعين. Anno 494 primâ vice iter Cordobam fecit, ut ipse testatur in capite de 'Ibn-'Abdi-'l-'azīz (MS. Oxon. fol. 138 v.) his verbis: كُنْتُ بحضرة قرطبة اوّل سفرى اليها سنة اربع وتسعين فدخل عندى هلال بن الاديب، وقرع سمعى من شعر ابى بكر هذا بكلّ جنس غريب" فكتبْتُ معه رقعةً اخطب فيها ودّه، واستجلب ما عنده" *Fui in urbe Cordobâ, quum ad hanc primâ vice iter facerem anno 494, quum apud me intraret Hi-*

---

mortis 'Ibn-Bassāmi inveniri fortasse possit. Mense itaque Martii anni 1842, consuluit me Cl. de Gayangos de vitâ 'Ibn-Bassāmi et tunc seqq. ad me scripsit: » Talking of the الذخيرة, I now » recollect that I have one question to put to you respecting its author ابن بسام. At page 370 of » my translation, I stated that Abú-l-hasan 'Ali Ibn Besám Al-besámi, the author of the *Adh-» dhakhirah*, died in 542. On what authority I made such a statement, I cannot at present recol-» lect; but of this I am pretty sure, namely, that it was in a biographical Dictionary of Spanish » Moslems that I read it. — — Although I recollect reading the article of Ibn Besám in a biogra-» phical work in the Escurial, I repeat I have lost the notes I took then and am therefore unable » to refer to it."

lāl ·ibno-'l-Adīb, *qui pulsavit auditum meum* [6] *omni admirando genere ex poësi huius Abū-Becri*; *tunc cum illo* (amico meo) *epistolam ad hunc virum scripsi* [7], *in quâ eius amorem expetivi*, *et quaesivi ut mihi sua mitteret poëmata.* Quandonam inceperit opus suum componere mihi non constat; fortasse per sat longum tempus poëtarum et Cātiborum scripta collegit, et opus suum composuit ut vitam sustentaret, quum, nescio quo casu, ex patriâ suâ pulsus et possessionibus suis privatus esset. Hoc efficio ex loco qui exstat in Codice Gothano (fol. 179 r et v.), in capite de Abū-Ḥātimo ·al-Ḥigārī. Narrat 'Ibn-Bassām hunc virum, collapso dynastarum (ملوك الطوائف) imperio, Cordobae medici et pharmacopolae arte egestatem sustentasse: ولما ابتدأتُ بتحرير هذا الكتاب وانا يوما بقرطبة نظرتُ فى مبيّضات كانت عندى لاعل هذا الاقليم فلم اجد لابى حاتم فيها شيئًا من منظوم ولا منثور فاستهديتُ قطعة من اشعاره وما عسى ان يتعلق به من ملح اخباره وتكررتْ [8] عليه رسولى هنالك فمطلنى فى ذلك فكتبتُ اليه رقعةً اقول فى فصل منها قد تواترت عليك النُّبَاه انّى جمعتُ من الرسائل الاندلسيه، والاشعار العصريه، جملةً موفوره، لطوائف كثيره، مِمَّنْ تَحَقَّقَ عندى أَنَّ حليته التى يتجلى (يتحلّى .l) بها مِنْ صَوْغِ طبعه وحُلَلَهُ (التى adde) يَنْشُرُها مِنْ نَسْجِ فكْرِه [9] واضربْتُ عن من ارتبت اذ باعة الشعراء اكثر من عدد الشعر [10] ولما كُنْتَ ابا حاتم خاتمة ائمّة هذا الشان [11]، احببْتُ ان

6) Ad phrasin قرع سمعى cf. Cl. Weijers ann. (337) *Spec.* p. 189; Ibn-Ḡobairī *Itinerar.* (MS. 320 (1) p. 83): فاذا باصوات طبول ودبادب وبوقات قد قَرَعَتِ الآذانَ; in praefatione ·*al-Jetīmae* (MS.): كالعادة فيما لم يقرع قبلُ اذانهم; Ibn-Bassām (MS. Goth. fol. 67 v.): فلما قرعتْ سمعَه البيتان ✿

7) Intelligenda hic est talis epistola cuius initium scripsit Hilāl ·ibno-'l-Adīb, eo consilio ut Ibn-Bassāmum Abū-Becro commendaret, et quam ipse Ibn-Bassām continuavit.

8) *Repetitis vicibus misi.* Haec significatio 5ae formae verbi كرّ Lexico est addenda.

9) His metaphoris auctor viros literatos indicat, quorum cogitata novitate se commendant.

10) Sic haec verba in Codice leguntur, et fateor me ista non intelligere. Si pro ارتبت legimus ارْتَتَبْتُ, et si statuere licet 8am formam verbi رتب Lexico addendam esse — quod tamen probare non possum —, ego locum sic verto: *et me averti a* (non locutus sum de) *talibus*, *qui iam munus obtinuerunt* (i. e. quorum poëmata iam in alio florilegio descripta sunt), *quandoquidem venditores poëtarum numero superant numerum poëmatum* (i. e. quandoquidem plures iam exstiterunt anthologiarum scriptores quam sinat poëmatum numerus).

11) *Huius artis*; vide supra p. 160 ann. (513).

اجعل كلامك واسطة هذا الديوان؛ الا انّى رايتُ لك من الامتناع، بتلك الرقاع؛ ما حدسْتُ
عليك انّك قُلْتَ هذا ابن بسام كما اخرجته[12] من بلاده، وضَفِرَتْ يَدُهُ من طارفه وتلاده؛
وقدم من (dele hanc particul.) قرطبةَ بقَدْم الصرورة، على تلك الصورة؛ يريد ان
يشحد (l. يشحذ) المديه، فى . . . . الكديه[13]؛ فاتّخذ تاليف هذا (l. هذه) الشذور
القلائد، سببا ان يسبى عذار (l. عَذارِى) القصائد؛ فى حجر اربابها[14]، ويسلبها عن
اصحابها؛ حتى اذا قَيَّدَ[15] لفظها ومعناها، وحكمات (sic) عنده اياها[16]؛ وقد أَبْعَدتْ مَرْماك،

---

12) Hic substantivum excidisse videtur.

13) Vocabulum quod in Codice post فى positum est, non amplius legi potest; ultimas literas . . ـسواب agnoscere mihi videor. Obtinet hic proverbialis locutio, quâ etiam alio loco usus est Ibn-Bassâm (infra in §. 3. MS Oxon. fol. 17 r.), ubi ait: مشحوذ المدية فى الكدية. Phrasis, ut in nostro textu legitur, significat: *acuere cupit cultrum mendicando*, i. e. *mendicando vitam sustentare vult*; altera illa phrasis significat: *cuius culter mendicando acutus est*, i. e. *qui mendicando vitam sustentat.* Ex his locis corrigere possumus falsam opinionem scholiastae 'al-Ḥarîrî (p. 326), qui, substantivum شَحَّاذٌ explicans, dicit *mendicum* sic vocari, لانه يحدّد نظره الى الناس والى ما فى ايديهم. Non credo: nisi plane fallor, proverbialis illa locutio, شحذ المدية فى الكدية, quae fortasse ab antiquo quodam poëtâ usurpata est, etiam voci شحّاذ originem dedit, ita ut haec proprie (et quidem per ellipsin) significet: *acuens cultrum mendicando*, i. e. *mendicando vitam sustentans.*

14) Hoc vocab. non amplius distincte in Codice legi potest; sententia tamen et membrorum resonantia docent auctorem اربابها scripsisse. *Virgines inter poëmata* sunt illa poëmata quae nondum ad hominum notitiam pervenerunt, quae nondum sunt edita.

15) Lexico addendum est verbum قَيَّدَ significare *literis consignavit*, *scripsit.* Exempla habeas haec: 'al-Marrâkiŝî (MS. 546 p. 43): تقييد الاثار والسنن; Ibn-Ġobair (*Itiner.* MS. 320 (1) p. 6): quum in nave Alexandriam venissemus: طلع أُمَنَاء الى المركب من قِبَل السلطان بها لتقييد جميع ما جلب فيه; alibi (MS. p. 70): لم نستطع تقييد عدّتها عاجزًا عن الاحْصاء; deinde (MS. p. 201), nonnullis dictis de feminis Siciliae: ونعوذ بالله من تقييد، يودى الى تفنيد; alibi (MS. p. 204) suum librum vocat: هذا التقييد; 'al-Qartâs (ed. Tornberg, p. 3): واستعنتُه فى تقييده وتصنيفه, et (ibid.): وقيّدتُه عن الرواة الثقات; Ibno-'l-Câtib (MS. fol. 129 r.): وحجّ وقيده (l. وقَيَّدَ) رحلته; Ibn-Batûta (MS. fol. 158 v.): وكنتُ قيّدتُ من ذلك كثيرا وضاع منى فى جملة ما ضاع لما سلبنى كفّار الهند فى البحر. Eadem significatio in nostro

ان كُنْتَ ظننْتَ بى ذاك“ وكَلّا ابا حاتم، *فانك الى العين الظالم“ ان . . . . . . لهذا الـ . . . [17] وانّى احقّ ان اطيل لسيف غير الهزّ[18] وقد شهدت الاشهاد، بتلك البلاد“ ان لى بديهة قويه، تـوتى[19] على الرويه[20]“ الّا انى ابا حاتم لا اجرى فى ميدانك عراقيه، والفاظك حجازيه[21]“ ولله مدينة الفرج[22]، فلقد يتحدث (sic) منك عن انموذج“ بيان، محل الطرى (sic) للجريان“ فلما ودته (l. وَرَدَتْهُ) الرقعةُ زَمَّ عن الجواب قلمَه، وكَلَّفَ الايجابَ

Ibn-Bassâmi loco obtinet. Sed observare debeo verbum قَيَّدَ inprimis significare: *verba professoris literis consignavit*, et hinc تقييد esse *dictatum*. Ibno-'l-Calib (MS. fol. 21 r.): وله تقييد فى الفقه على كتاب والده; idem (MS. fol. 29 r.): استولت الايدى على دخائر كُتُبه وفوائد تقييده عن شيوخه على ما طالَتْ له الحَسْرَةُ; alibi (MS. fol. 31 r.): ورايتُ فى تقاييدى ان الشيخ ابا عبد الله بن برطال حدّثنى ان ابن القور قرأ معه الجزولية على ابن مفرج المالكى تفقُّهًا وقَيَّدَ عليه تقييدا عرضه بعد ذلك على ابن مفرج; deinde (fol. 34 v.): هذا كان كثير الشغف بالعلم والدروب على تقييده ومداومته شهر الليل. Hinc magnus est librorum numerus qui titulum تقييد gerunt, quorum perpancos tantum enumeravit Ḥâgi-Califa (II. p. 397).

16) Fateor me haec verba non intelligere; sed *post* haec verba est, ni fallor, aposiopesis: *ut, quando poëmatum verba et ideas descripserit* . . . . inde lucrum capiat.

17) Ultimum vocabulum non amplius legi potest, quo factum est ut ego, non perspiciens sententiae nexum, neque aliud illud, quod satis indistincte scriptum est, explicare possim.

18) Verbotenus: *magis me decet, ut per longum tempus gladium suum officium praestare faciam, quam ut illum quatiam;* i. e., ni fallor, *decet me ut factis, non verbis, monstrem qualis sim.* Videtur haec esse proverbialis locutio. هزّ de illo usurpatur qui gladium quatit quidem, sed eo non ferit; vide supra p. 66 vs. 2.

19) Neque hoc vocab. distincte nunc in Codice legitur.

20) Frequens est coniunctio verborum بديهة et روية, recte a Freytagio explicatorum, ut apud Ibn-Caqânem (al-Qalâyid MS. A. II. p. 52): منفذ بديهة فى الامور وروية.

21) Vult auctor: *ego tua poëmata non coniungam cum poëmatibus Irâqensium* (ad عراقية enim قصائد cogitatione supplendum est), *nam cum tuis comparata haec non puro Arabico sermone conscripta videntur, quum tua contra ab Ḥigâzi incolâ* (qui populus propter linguae puritatem tantopere celebrabatur) *profecta videantur.*

22) Madinato 'l-Farg est proprium nomen oppidi, cuius flumen Wâdi-'l-ḥigâra dicebatur et ex quo hic Abû-Ḥatim al-Ḥigâri oriundus erat. V. Abû-'l-fedâ *Geogr.*, ed. Paris., p. 178. — Sequentia verba usque ad للجريان corrupta mihi videntur, nec video quomodo corrigenda sint.

قدّمه" وورد علىّ من حينه ونشر مبيضاته بين يدىّ. At certum est, eum secundum et tertium volumen scripsisse anno 500 et tribus sequentibus. In secundo enim volumine (MS. Oxon. fol. 119 r.), in capite de Abū-Becr Becr ʾibno-ʾl-Milḥ, ait: وعاش الى وقت تحريرى هذا المجموع سنه خمسمائه وتوفى رحمه الله فى شهر رمضان منها. Sed eum secundum hocce volumen non anno 500 absolvisse, sed eo componendo adhuc anno 502 occupatum fuisse, patet ex alio huius voluminis loco (MS. Oxon. fol. 215 r.), ubi elogiam quandam describit ʾIbn-Bassām in virum qui anno 502 obiit. Initio tertii voluminis (MS. Goth. fol. 1 v.) haec leguntur: ذكر الجانب الشرقى من جزيرة الاندلس وتسمية من نَجَمَ من افقه من كواكب العصر' وبرز فى ميادينه من فرسان النظم والنثر" من اول الدولة المؤرّخة صدر هذا الكتاب الى وقتنا' الذى هو سنة اثنين (اثنتين .l) وخمسمائة حسبما شرطنا" واجتلاب غرر رسائلهم واشعارهم' وما اتّصل بذلك من نوادر اخبارهم" [23]. In his annum 502 notatum vides, sed alius locus, versus finem voluminis exstans (MS. Goth. fol. 215 v.), in capite de ʾIbn-abī-ʾl-Kiçālo, est hic: كُنْتُ قد انفردتُ لتحرير هذه النسخة من هذا المجموع فى شهور سنة ثلاث وخمسمائة فلما انتهيتُ الى نقل ما كان وقع الىّ من ترسيل [24] كُتّاب هذا الجانب الشرقى من الاندلس لم اقع لهذا الرجل على كلام' فى نثار ولا نظام" فكاتَبَهُ [25] بعض الاخوان فى ذلك' ونشطنى ايضا على مخاطبته هنالك" فوردَتْ عليه الرقعتان وهو مجتاز على حضرة اشبيلية فى جملة اهل العسكر [26]; ex quibus itaque patet, ʾIbn-Bassāmum anno 503 adhuc in componendo tertio volumine versatum fuisse, et tunc temporis Hispali habitasse. His addendum erit ʾIbn-Bassāmum mortuum esse anno 542, si fides habenda sit iis quae retulit Cl. de Gayangos (vide supra p. 192).

23) Humore hic Codex laesus est, ita ut in fine versuum tantum ...الم, ..صد et ..واحتلا legi possit. Haud tamen difficile fuit literas quae deërant supplere, et nunc mea complementa confirmata video subscriptione Codicis Oxoniensis, quam infra exhibebo.

24) Cf. quae supra annotavi p. 6 ann. (23).

25) Codex فكاتبنى (sic); sed sententia evidenter demonstrat requiri فكاتبه (*scripsit utriusque nostrûm amicus quidam epistolam commendatitiam ad Ibn-abī-ʾl-Kiçālum*). Mendum inde explicandum est, quod in scripturâ Africanâ ultimus ductus literae ى non ad sinistram, sed ad dextram manum, ut hic in Codice, vergit, ita ut discrimen inter ـنى et ـه tantum in longiori ultimo ductu calami et addito puncto consistat.

26) Intelligitur hic sine dubio exercitus ille magnus quocum imperator ʿAlī, anno 503, Ceutâ Cordobam profectus est, ut regionibus Toletanis bellum inferret (vide *ʾal-Qartas*, ed. Tornberg, p. 106); in hoc itinere sine dubio Hispalin praeteriit.

Non apparet 'Ibn-Bassām*um* publicum quoddam gessisse munus, nec credo eum cuidam principi vel viro nobili fuisse ab actis, ut erant plerique reliqui viri literati qui eius tempore florebant. Haud ita raro enim de se loquitur, et puto eum non neglecturum fuisse, si reverâ istius generis munus gessisset, lectorem hac de re certiorem facere; praeterea reliqui scriptores eum semper simpliciter 'Ibn-Bassām*um* vocant, non addito *'al-Cātib* vel simili titulo. Unice itaque literis componendisque scriptis operam dedisse videtur. Vitam autem sustentavit ex donis, a viris literatis nobilibusque acceptis, quorum merita et scribendi facultatem in suis operibus celebravit. Ipse hoc ingenue fatetur in praefatione voluminis secundi, infra edendâ, ubi ait se de nonnullis viris literatis tacuisse quia exile tantum et macrum sibi obtulerant honorarium. Hoc modo multi Arabum vixerunt scriptores; narrat 'aç-Çafadī (apud de Gayangos *Hist. of the Moh. Dyn.* I. p. 339) etiam 'Ibn-Cāqān*em* istiusmodi honoraria ab aequalibus suis accepisse: quae honoraria conferri possunt cum illis quae nostro tempore viri elegantioris doctrinae in Europâ a bibliopolis accipiunt.

Unicum opus 'Ibn-Bassām*i* quod magnam apud Arabes celebritatem nactum est, et nomine certe etiam in Europâ innotuit, est *'ad-Daçīra fī mahāsini 'ahli- 'l-Ģezīra*, *Thesaurus de pulchris locis ex scriptis populi Hispaniae.* »Illud opus supplementum »vocare posses ad *Hortos* 'Ibn-Faragi," ait 'Ibn-Sa'īd (apud 'al-Maqqarī*um* MS. Goth. fol. 387 r.: وهى كالذيل على حدائق ابن فرج). Recte hoc: cum in Oriente, tum in Hispaniâ quovis aevo exstitit vir doctus et elegantiorum literarum studio insignis, qui aequalium merita celebraret horumque poësin colligeret; ita ut haec poëmatum, ut ita dicam, corpora, dummodo hodie omnia superessent, coniuncta anthologiam ex cuiuscunque aevi poëtis et simul historiam poëtarum efficerent. Temporis tamen iniuriâ permultae ex his collectionibus perierunt; periit etiam liber, *Hortorum* titulo insignitus, quem scripsit Abū-'Omar *Ahmed* 'ibn-Mohammed *'ibn-Farag* [27], ex urbe Jaen, quemque dedicavit (أَلَّفَهُ لِ) 'al-Hacamo 'al-Mostançiro. De hoc libro sequentia refert 'Ibn-Hazm (apud

27) Vita huius viri exstat in 'al-Homaidī*i* *Ģadwato 'l-moqtabis* (MS. Oxon., Hunt. 464, fol. 45 r. et v.) et in 'Ibn-Cāqān*is* *'al-Matmah* (vide supra p. 20 n°. 3). Incarceravit eum 'al-Hacam لامرٍ نقمه عليه i. e. *propter rem, propter quam eum culpavit*, ut ait 'al-Homaidī (Animadvertatur constructio illa verbi نقم c. على p. et acc. r., quae etiam cernitur in 'Ibn-Cāqān*is* loco (MS. A. I. p. 157): نقمْتم علىّ الراح). In carcere multa praeclara scripsit poëmata ibique diem supremum obiit. Praeter *'al-Hadāyiq* scripsit etiam كتاب فى المنتزين والقائمين بالاندلس واخبارهم *librum de iis qui in Hispaniâ seditionem moverunt eorumque historiis.* ('Ibn-Hazm apud 'al-Maqqarium MS. Goth. fol. 385 v. et 'al-Homaidī l. l.).

'al-Maqqarium MS. Goth. fol. 385 r.), quem descripsit eius discipulus 'al-Ḥomaidī (MS. Oxon. fol. 45 r.): عارض به [28] كتاب الزهرة لابى بكر [29] محمد بن داود * بن على الاصبهانى [30] الّا ان ابا بكر * ادخل مائة باب مائة بيت [31] وابو عمر اورد مائتى باب * فى كل [32] باب مائة بيت ليس منها باب تَكَرَّر اسمه لابى بكر ولم يورد فيه لغير اندلسى شيئا واحسن الاختيار ما شاء واجاد فبلغ الغاية واتى الكتاب فردا فى معناه. Ipse 'Ibn-Bassām (MS. Oxon. fol. 34 v.) de 'Ibn-Farago eiusque opere haec refert: قال ابن بسام وابن فرج هذا من اعتنى فى نثر محاسن اهل الجزيرة، واظهر حبايا (l. خبايا) فضائلهم المشهورة" فعارض "كتاب الزهرة للاصبهانى بتصنيف رائق، ترجمه بكتاب الحدائق". In hoc itaque libro 'Ibn-Farag verosimiliter aequalium quoque poëmata descripsit et itaque usque ad medium saeculum quartum descendit, et opus 'Ibn-Bassāmi continuatio operis 'Ibn-Faragi dici potest. Noster enim scriptor in suo 'ad-*Ḍacīrā* poëmata aliaque opera descripsit illorum virorum, qui floruerunt inde a tempore fatalis illius belli civilis quod, ineunte quinto Arabum saeculo, in Hispaniâ exarsit, usque ad tempus quo auctor scribebat, ipsum nempe initium saeculi sexti. Dixi 'Ibn-Bassām*um* incipere a tempore belli civilis, initio saeculi quinti: haud unum est argumentum quod me impellit ut ita statuam; primum in duobus illis 'ad-*Ḍacīrae* voluminibus quibus uti potui, nullum Caput inveni de viro qui *ante* hoc tempus vixerit; deinde dicit 'Ibn-Bassām (MS. Goth. fol. 85 v.), se de Calīfâ Solaimán-ibno-'l-Ḥacam locutum fuisse initio libri (سليمن بن الحكم المتقدم ذكره صدر هذا الكتاب), ut quoque de eius abactis 'Ibn-Bord (MS. Goth. fol. 5 r.: حسبما قد وضعتُ فى اخبار سليمن وكاتبه ابن برد اول هذا الديوان). Patet insuper librum incipere a bello illo civili, tum ex loco Cod. Oxon. (fol. 49 r.), ubi legitur: فامّا ابو جعفر فكتب صدر الفتنة المؤرَّخة اوّل هذا الكتاب, tum ex ipso initio partis tertiae (Codicis nempe Gothani), quod nempe versatur in illo tempore describendo quo Africani Cordobam vi occupaverant, anno scilicet 403, quum Cairān Āmirī*da* munus Ḥāgib*i* apud Calīf*am* ex 'Omaija*darum* gente, Hi-

---

28) Al-Ḥomaidī فيه.

29) Male omittitur in 'al-Maqq.

30) Al-Maqq. Cod. pro his رحمه الله. — Huius libri nomen certe Ḥagī-Califae non incognitum fuit: an plura de eo sciverit vehementer dubito, neque ex ieiunis istis verbis (III. p. 552): زهرة العلوم بالادب للشيخ ابن داود, efficerem.

31) Al-Ḥomaidī: ذكر مائة باب فى كل باب مائة بيت.

32) Al-Maqq. وكل.

šāmum, teneret. Describit ibi 'Ibn-Bassām illorum infelicem conditionem, qui, Hišāmi partibus addicti, ex Cordobâ fugerant, quâ opportunitate nonnulli versûs adducuntur Abū-'Omari 'al-Qastallii (mortui anno circiter (قريبا من) 420, secundum 'al-Ḥomaidium MS. Oxon. fol. 49 v.) qui ex illorum numero erat (صاحبهم). Hi versûs compositi sunt in laudem Cairāni, et deplorat poëta in iis absentiam a suis. De hoc 'al-Qastallio iam egisse 'Ibn-Bassāmum in totius operis initio, ipse testatur (MS. Goth. fol. 2 r.: حسبما قدّمناه صدر هذا الديوان).

Iam de 'ad-Ḍacīrae consilio et divisione videamus.

Propositum 'Ibn-Bassāmi fuit non ut de omnibus viris literatis ageret, qui saeculo quinto floruerunt, sed tantum de Cātibis et de poëtis huius aevi, a quâ normâ rarissime deflexit. Ait ipse, initio capitis de 'al-Motaffaro 'ibno-'l-Aftas (MS. Oxon. fol. 166 r.), hunc Badaioci regem inclaruisse: بكتاب [ابن] 33 المظفر فى خمسين مجلّدًا يشتمل على فنون وعلوم ومغازٍ وسير ومثل وخبر وجميع ما يختصّ به علم الادب ابقاه الله فى الناس خالدا 34 وليس بمعديد فى الشعراء والكتاب فانزد له فصلا من هذا الكتاب ولو كان مجموعنا هذا فى طبقات العلماء. Geographiae ratione habitâ, divisit auctor librum in *quatuor* partes, quarum *prima* agit de iis scriptoribus illustribus qui Cordobae et in regionibus circumiacentibus floruerunt. Citat ipse 'Ibn Bassām caput de Abū-'l-Walīd 'ibn-Zaidūn, quod exstat in primâ parte (MS. Oxon. fol. 41 r.: حسبما قدّمتُ ذكره فى اخباره من

33) Hoc ابن delendum est.

34) 'Ibn-Bassāmi votum, ut praeclarus hic 'al-Motaffari liber »semper inter homines remaneret," ut aere esset perennius, cecidit in irritum, nam ex quinquaginta illis voluminibus nullum, quantum scimus, in Europâ superest! Suspicatus est Cl. de Gayangos (*Hist. of the Moh. Dyn.* I. p. 425, 471) illud opus simul cum Aftasidarum dynastiâ interiisse; cui suspicioni longe abest ut assentiar: primum ex 'Ibn-Bassāmi verbis, qui haec viginti fere annos post eversam Aftasidarum dynastiam scripsit, manifesto apparet, eius tempore librum adhuc exstitisse; deinde adhuc anno 621 hoc opus exstitisse, efficere posse mihi videor ex verbis 'al-Marrākišii (apud Hoogvliet *Spec.* p. 9 sq.); quae enim hic scriptor de 'al-Motaffari libro refert, non ex antiquiori scriptore hausta sunt, sed ipse librum viderat; quod inde patet quod dicat librum *decem spissis voluminibus* constare, et antiquiores contra scriptores *quinquaginta* semper volumina enumerent; aliud itaque exemplar viderat 'al-Marrākišī, quod librarius in *decem*, non in quinquaginta dispertiverat volumina. — Caeterum non dubito quin illa *tadkira* (etiam *quinquaginta* voluminibus constans), de quâ 'Ibno-'l-Catib (in *'al-Holalo-'l-marqūma* ap. Casiri II. p. 212) loquitur, idem sit opus atque *Kitābo 'l-Motaffar*. Porro ex nostro 'Ibn-Bassāmi loco et aliis qui in 'al-Maqqarii opere exstant, suppleantur ieiuna ista et exilia quae de 'al-Motaffari libro retulit Hoogvliet (*Spec.* p. 33 in f.)

(القسم الاول), et iam ex iis quae supra monui, patuit partem primam de viris literatis Cordobensibus agere; cf. quoque infra in §. 3 MS. Oxon. fol. 71 v. *Secunda* pars (quae Oxonii servatur) agit de viris qui in Occidentali Hispaniae parte et in Lusitaniâ floruerunt; eius praefatio haec est:

بسم الله الرحمن الرحيم صلى الله على سيدنا ومولانا محمد وعلى آله

فصل فى ذكر الاعيان المشاهير، ارباب صناعة المنظوم والمنثور،، بحضرة اشبيلية ونواحيها، وما يصاقبها ويدانيها،، من بلاد ساحل البحر المحيط الرومى وهو الجانب الغربى من جزيرة الاندلس وايراد ما بلغنى من غرر اشعارهم، ومستظرف اخبارهم،، مع ما يتعلّق بها، ويذكر بسببها،، ✿

قال ابن بسام وحضرة اشبيلية على قدم الدهر كانت قاعدة هذا الجانب الغربى من الجزيرة وقرارة الرياسة ومركز الدول المتداولة ومنها مَبْدَت البلاد، وأنْبَتَت الجياد،، عليها الفرسان، كانّها العقبان،، وبهذا الافق نزل جند حمص من المشرق فسُمِّيَتْ حمص ولمّا كانت دار الاعزّة والاكابر، نابت فيها الخواطر،، وصارت مجمعًا لِصَوْب العقول وذَرَبِ العلوم، وميدانى فرسان المنثور والمنظوم،، لا سيما من اول المائة الخامسة من الهجرة حين بَرَّح كل حِزْب بما لديه، وغلب كل رئيس على ما فى يديه،، بعد الدولة العامرية فأَضْحَتْ a) اقطار الجزيرة يومئذ كبنى الاعيان، واهلها كما قال اخو بنى عذْوان،،

(الهجز) عذيرَ b) الحىّ من عدوا ن كانوا حيّة الارض

بغى c) بعضهُمْ بعضا فلم يُبْقوا d) على بعض

fol. 2 r. فاشتمل هذا القطر الغربى لاول تلك المدّة على يَتّقى حسب، وجمهور فى ادب،، مملكتان من لخم وتجيب مَصَّرْتا بلادَه، واكثرتا رُوَّادَه،، فاتاه العلم من كل فجّ عميق، وتبادَرَهُ العلماء من بين سابق ومسبوق،، وكلّ ما نشأ من هذين البيتين اميرٌ كان الى العلم اطلب، وفى اهله ارغب،، والسلطانُ سوقٌ يُجْلَبُ اليه، ما يَنْفق لديه،، حتى اجتمع فى الجانب

a) Cod. فاسحت. b) Cod. عذيرى. c) Cod. بكى. d) Cod. تبق.

الغربى على ضيق اكنافه، وتحيّف العدو تصمه الله لاطرافه" ما باهى الاقاليم العراقيه، وانسى بلغاء الدولة الديلميه" فقلّ ما رايتّ فيه شاثرا غير ماهر، ولا شاعرًا غير قاهر" دعوا ᵉ حر الكلام مليّا، وارادوه فما تأبّى، وطريقتهم فى الشعر الطريقة المثلى" التى ᶠ هى طريقة البحترى فى السلالة والمتانه، والعذوبة والرسانه" وانا اورد فى هذا القسم بعض ما انتهى الىّ من حرّ كلامهم، فى نثرهم ونظامهم" مشوبا ذلك كلّه بفنون فوائد ومعارف من اخبار يحسن الوقوف عليها على انّ الذى بلغنى من شعر قطْرٌ تماد مِنْ بحر، ونقطة من قَطْر" ولقد فاتنى كثير من الكتّاب . . . . . ᵍ من اعيان الشعراء ممن كان فى ذلك التاريخ منهم من لم اسمع بذكره، ومنهم من لم يسمع نقلى باثبات ما بلغنى من شعره" وربّما اجريتُ ذكر احدهم غير مُبوّب عليه، ولا مشيرًا اليه" اما لشىء اجاد فيه، وامّا ان يتعلق ذكره بذكر من اجريه" وقد ابدى بذكر الرجل لمكانه من الاحسان، لا لتقدّمه من الزمان" او لبعض ما يدعو اليه القول من نسق خبر، او موجب نظر" فاول ما ابتدأتُ به من اهل حمص آل عبّاد لثباتة ʰ ذكرهم، مع جودة شعرهم" ✿

Caput de eximiis et celebratis viris, proceribus in poësi et prosā ornatiori scribendis, qui floruerunt in urbe Hispali, huius ditionibus et regionibus propinquis 35 *vicinisque, ad tractūs litoris Oceani Hispanici* 36 *pertinentibus: in tractu nempe Occidentali Peninsulae Hispanicae. Traduntur hīc quae ad meam notitiam pervenerunt ex magnificis eorum poëmatum fragmentis et mirandis eorum historiis, et simul quae huc insuper spectant et hac datā opportunitate commemorantur.*

Ait Ibn-Bassām: Urbs Hispalis a longo inde tempore fuit metropolis huius tractūs occidentalis Peninsulae, mansio principatūs, centrum dynastiarum quarum

---

e) Cod. دعو. f) Cod. الذى. g) Lacuna in Codice; fortasse وجملة supplendum est. h) Cod. لتباتة.

---

35) Lexico addendum est 3ᵃᵐ formam verbi صقب significare *vicinus*, *propinquus fuit*. Cf. Ibn-Bassām (infra in §. 3 MS. Oxon. fol. 71 v.): احد الحصون المصاقبة لها; al-Marràkiši MS. 546 p. 132: الحصون المصاقبة للروم.

36) Quominus hic الرومى de *mari mediterraneo* accipiamus, vetat tum grammatica, tum geographia; est appositio praecedd. البحر المحيط, et quum *Hispani* saepe dicantur الروم, hic illam الرومى

altera alteram excipiebat; ab iis qui in hac urbe habitabant administrabantur provinciarum res; ex illâ exorti sunt viri praestantes; gaudebat equitibus, montibus [37] *comparandis. Ad hunc tractum habitatum venerunt incolae Emessae in Oriente, ideoque Emessa vocata est. At quum optimates in civitate sceptra capesserent* [38], *ingenia se ibi invicem quasi exceperunt, et urbs facta est honestissimus conventus in quo se effunderet mentis acumen et in quo disciplinis studeretur* [39], *et duplex hippodromus, tum equitibus prosae ornatioris, tum equitibus poëseos: inprimis ab initio quinti saeculi Higrae, quum quaevis cohors praeconium faceret, principem declarans suum praetorem* [40], *et quivis praetor summum imperium regionis quam administrabat sibi arrogaret, post collapsum imperium Âmirîdarum. Tunc temporis Peninsulae tractûs similes facti sunt filiis illis ex eodem patre eâdemque matre natis* [41]; *eorumque populus, ut dixit Âdwanîda:*

Oceani partem intelligendam puto, quae Hispaniam alluit. Etiam in inscriptione capitis de poëtis Badaioci (MS. Oxon. fol. 165 v.) verba exstant: بحَضْرة بطليوس وسائر بلاد البحر المحيط الرومى ☆

37) Cf. supra p. 137 ann. (383). Dubium tamen est an non vertendum sit: *aquilis comparandis.*

38) Ad literam: *quum aula exsisteret optimatium et patriciorum.*

39) Verbum درب cum infin. دَرَّبْ vel دروب saepius *studuit* significat. Ibno-'l-Câtib (MS. Cl. de Gayangos fol. 18 r.): كثير المطالعة والدروب; alibi (fol. 29 v.): فدَوَّنَ واستمع وروى ودرب وحرج وادب.

40) Liberius verti, attamen me scriptoris sensum assecutum esse spero. Sunt nempe duae voces, a radice برح derivatae, quae lexicographos nostros latuerunt: altera est subst. بَرَّاح quod *praeconem* designat. Pedro de Alcala (*Vocab. Esp. Arab.*) tum *andador pregonero* (sic lege pro mendoso *pregenero*), tum *pregonero*, vertit بَرَّاح; Pananti (*Lotgevallen in de Barbarijsche Roofstaten* II. p. 161) scribit *Para* et hoc *praeconem publicum* significare testatur. Altera est verbum بَرَّح *praeconium facere* (vide Alcala in *pregonar*), quod optime cum ب construi posse, docet verbum eiusdem potestatis نادى, quod etiam cum ب construitur. Iam quod ad totius loci sententiam attinet, verbis كل حزب sine dubio indicare voluit auctor cohortes istas Africanas quae summâ licentiâ rempublicam perturbabant et summum imperium ad se trahere studebant. Iam simul intelligitur cur auctor dicat بما et non بمن, quum tamen de *viro* (praetore) sermo sit; cum contemtu nempe hunc tamquam *rem* proponit, et vult: potestas praetoris vana erat umbra, et milites reverâ ista perpetrabant. Huius autem sententiae membri oppositio quasi est alterum membrum, in quo de *strenuis* illis praetoribus sermo est qui iussa militibus dabant, non a militibus accipiebant.

41) De locutione بنو الاعيان cf. commentarius ad al-Haririum (p. 394). Omnibus bene consideratis, maxime probabile mihi videtur hic Dobjânidas et Absidas spectari, inter quos grave illud bellum fuit quod nomine Dâhis et al-Gabrâ inclaruit (vide Pocock. *Spec. Hist. Arab.* p. 49; Rasmussen *Hist.*

- *Excusatam habeas Adwānidarum tribum, quae turpem agendi rationem secuta est.*
Altera eius pars alteram petivit: et nullam tribûs partem superstitem siverunt [42].

Arab. regn. p. 83 sqq.; ʾal-Maidānī plur. loc. caet.). Dobjānum et ʿAbsum fratres fuisse tum aliunde constat (vide Tabulam VIam in Eichhornii *Monum. antiq. Hist. Arab.*), tum a Scholiastâ ad carmen ʾIbn ʿAbdūnī (MS. Paris. p. 93) disertis verbis traditur. Eodem patre eâdemque matre eos natos fuisse non reperi quidem, sed nihil obstat quominus ita statuamus. Praeterea aliud argumentum est quod suadet, ut de illo bello hic cogitemus: saepius enim illud commemorat ʾIbn-Bassām; sic v. c. alio loco, ubi quoque de rerum perturbatione post eversam aulam Cordobensem sermo est (MS. Goth. fol. 1 r.) haec ait: بين يدى قتال لو احاط ببنى ذبيان نيئسوا من البقية.

42) Prima quaestio hic fuit, a quonam poëtâ hi versûs essent profecti. Iam quum ex Pocockii *Spec. Hist. Arab.* (p. 49) scirem inter ʿAdwānidas exstitisse poëtam Dū-ʾl-ʾaçbaʿ, et ex Kosegartenii *prooemio* ad *librum Cantilenarum* (p. 204) de hoc poëtâ caput inveniri in *Kitābo ʾl-ʾagānī*, consulendi erant huius operis Codices. Quum vero nos nullum talem Codicem hîc Leidae possideamus, gratus agnosco me sequentia debere Curetonio et Amario, viris amicissimis.

In *Kitābo ʾl-ʾagānī* (MS. Paris. I. fol. 158 v.), praemissâ genealogiâ poëtae Du-ʾl-ʾaçbaʿ, legitur eum fuisse: شعر فارس من قدماء الشعراء فى الجاهلية وله غارات كثيرة فى العرب ووقائع مشهورة. Quâ opportunitate carmen, cuius hic duo versûs in textu leguntur, compositum sit, traditur his verbis (ibid. fol. 159 r.): نزلت عدوان على ماء فاحصوا فيه سبعين الف غلام اغرل سوى من كان مختونا فى كثرة عددهم ثم باسهم بينهم فقال ذو الاصبع. Ipsum carmen quod sequitur, sic audit (MS. Paris. l. l.; MS. Mus. Brit. *Add. MS.* 9657 fol. 166; *Compendium* bri (Mus. Brit. *Add. MS. Rich.* 7339 fol. 197 v.):

(الهجز) عذير الحىّ من عَدْوا — نَ كانوا حيّة الارض
بغى بعضهُمْ [a] بعضا — فلم يُبْقوا [b] على بعض
فقد صاروا احاديث — بوقع القول والخفض
ومنهم كانت السادا — تُ والموفون بالقرض
ومنهم من يجير النا — س بالسنّة والفرض
ومنهم حَكَمٌ يقضى — فلا يُنْقَضُ ما يقضى

Excusatam habeas Adwānidarum tribum. quae turpem agendi rationem secuta est.
Altera eius pars alteram petivit: et nullam tribûs partem superstitem siverunt.

---

a) Alio loco in Lond. maiori ubi iidem vss. citantur (fol. 167 v.) بعضهم. b) Sic hic Lond. maior et minor; alio illo loco (fol. 167 v.) Lond. maior يلحوا; Paris. يبّصوا.

Illo itaque tempore hic tractus Occidentalis duabus gaudebat gentibus, nobilitate et magnâ literarum elegantiorum notitiâ insignibus, duabus dynastiis, alterâ Laemidica, alterâ Togaibidicâ 43, *quarum utraque tractûs oppida urbes reddidit; eiusque splendorem* 44 *auxit. Venit itaque ad illum disciplina ex quibusvis profundis montium claustris* 45, *et certatim ad illum venerunt viri docti, tum praestantes, tum mediocres. Quotiescunque ex his duabus gentibus princeps natus esset, hic disciplinae imcumbebat, huiusque cultores in aulâ suâ adesse volebat; et quum princeps sit forum ad quod affertur id quod ibi cum lucro vendatur, tales praestantes viri in tractum Occidentalem convenerunt, qui — licet hic tractus angustis limitibus sit circumscriptus, et hostis (quem Deus perdat!) limitum oras diminueret — aemulati sunt viros doctos in regionibus Irāqensibus* 46 *et e memoriâ elabi fecerunt viros eloquentes aulae Dailamiticae* 47. *Raro itaque ibi videbas equi*

Nunc quae iis acciderunt hominibus facta sunt confabulandi materies quando inter se, leni inprimis voce, loquuntur.

Attamen antea ex hac tritu nobiles principes prodierunt, tales qui ea quae aliis debebant religiose solvebant;

Tales qui homines protegere solebant, secundum Dei legem et statuta.

Prodiit ex eâ iudex qui tales sententias dabat, quae nunquam abrogarentur.

Ultimum versum explicant sequentia verba ex *Kitābo 'l-agāni*: فـمّـا قـول ذى الاصبع ومنهم حكم يقضى فانّه يعنى عامر بن الظرب العدوانى وكـان حكما للعرب تحكم اليه, quibuscum cf. Eichhorn *Monum.* p. 98.

Non dubito quin 'Ibn-Qotaiba haec poëtae verba ante oculos habuerit, ubi ait (apud Eichhorn *Monum.* p. 98): وعدوان — — كانت كثيرة السادة فتفرّقت ببغى بعضهم على بعض, et ex omnibus patet Dū-'l-açbaum carmen suum composuisse quum bello civili Adwānidarum res in peius ruissent. Sed nunc verba illa quae auctor *libri Cantilenarum* carmini praemittit et quibus opportunitatem quâ carmen compositum est, declarat, satis magnam mihi pariunt difficultatem, et quia nulla probanda mihi nata est coniectura, secundum quam nexum perspicerem inter haec verba et ipsum carmen; ἐπέχω.

43) Nempe Aftasīdarum.

44) Forma رِوَاءٌ Lexico addenda est.

45) Trita phrasis apud huius generis scriptores, pro *ex quovis loco*. V. aliud ex 'Ibn-Bassāmo exemplum infra in §. 3 (MS. Oxon. fol. 17 r.).

46) Cf. supra p. 15 ann. (63).

47) De huius aulae poëtis egit at-Taālibī in 2a et 3a parte (قسم) al-Jatīmae. Multis aula Dailamī inclaruit poëtis, sed ideo quoque hic ab 'Ibn-Bassāmo commemorari puto, quia ad hos poëtas pertinebat aç-çāhib Abū-'l-Qāsim 'Ismāīl ibn-Abbād, liberalis ille poëtarum fautor, cuius nomen plane simile est nomini Qāçii 'Ibn-Abbād, qui ad Hispalensem Abbādidarum dynastiam pertinebat.

domitorem quin simul esset vir acuti ingenii: raro itidem poëtam quin (equi) esset domitor. Ad se vocabant quasi decoram orationem et haec (apud eos) substitit [48]*; eam possidere volebant* [49]*, neque haec fastidientem se praebuit. Ratio quam in poësi secuti sunt, fuit praestantissima illa quam etiam secutus est al-Bohtori, quaeque eminet casto pulchri sensu* [50]*, gravitate, dulcedine, apto cogitationum nexu* [51]*. Ego in hac operis parte describam quaedam ex iis quae ad meam notitiam pervenerunt, quaeque pulchre dicta sunt: tum ex eorum prosâ ornatiori, tum ex eorum poësi; quibuscum miscebo varia scitu utilia et quae cognosci merentur ex historiis quas legere volupe est. Nihilominus quae ex poëmatibus ad meam notitiam pervenerunt, sunt tantum exiles guttae ex mari et punctum lineae rectae; etenim fugerunt me multi ex Câtibis* [*et complures*] *ex praestantibus poëtis, qui illo tempore floruerunt; ex his alios non commemoratos audivi; alii non liberaliter mihi pecuniam dederunt* [52] *ut describerem ex eorum poëmatibus quae ad me pervenerunt. Saepe aliquem commemoravi non tamen ita ut ei peculiare caput consecrarem, aut nomine in fronte addito eum distincte indicarem: sed commemoravi, sive quia aliquid egregie expresserat, sive quia quae de eo narranda habebam coniuncta erant cum iis quae de alio referebam. Incipio singulos viros commemorare, ratione habitâ eorum praestantiae, non vero temporis quo quisque viveret, sive etiam obtemperans iis quae iubet iusta orationis vel cogitationum series. Primum itaque ex populo Emessae dicam de gente Abbâdi*darum *propter stabilem gloriam quam adepta est, et poëseos praestantiam.*

In Nicollii et Puseyi *Addendis et Emend.* ad Catalogum Bibl. Bodleianae (II. p. 594) *creditur* volumen Oxoniense 2^{dam} tantum partem libri secundi exhibere; quam opinionem falsissimam esse complura docent: primum praefationis initium, ex quo patet hic *ipsam secundam partem* operis *incipere*, non continuari; deinde voluminis subscriptio, quam non intellexisse videntur Oxonienses, et ubi haec leguntur: تمّ السفر الثانى من كتاب الذخيرة بتمام القسم الثانى ويتلوه فى السفر الثالث اول القسم الثالث فى ذكر الجانب الشرقى من جزيرة الاندلس وتسمية من نجم فى افلاك افقه من كواكب العصر; denique opus ipsum.

48) Decora oratio hic cum *equâ*, in sq. sententiâ cum *puellâ* comparatur.

49) Lexico addenda haec est signif. 4^{ae} formae verbi راد.

50) Eodem sensu vocabulum سلالة occurrit in alio loco Ibn-Bassâmi (MS. Goth. fol. 85 r.), ubi de عذوبة et سلالة versuum sermo est.

51) Vox رسانة, Lexico est addenda.

52) Animadvertatur constructio verbi سمح cum acc. rei.

Pars *tertia*, quae continetur Codice Gothano, agit de iis viris qui in tractu Orientali Hispaniae floruerunt, eiusque inscriptio (supra p. 197 vs. 8 sqq.) plane convenit cum subscriptione Codicis Oxoniensis, et varia tantum lectio, fortasse praeferenda, in hac est, nempe فى افلاك افقه pro من افقه. Sed si procul dubio Codex Oxoniensis *integram* secundam partem offert, affirmare non auderem, Codice Gothano similiter *integram* tertiam partem contineri. Contrarium potius ex libri subscriptione efficerem; quum in subscriptione Codicis Oxoniensis altera *pars* indicetur, in subscriptione Codicis Gothani alterum tantum *caput* indicatur, ita ut in sequentibus tertia pars continuari, non quarta inchoari videatur. Est autem illa subscriptio haec: انتهى والحمد لله وكفى، وسلام (والسلام .l) على عباده الذى اصطفى» ويتلوه فى اول السفر الذى يليه فى ذكر الاديب ابى عامر بن الاصيل واجتلاب جملة من شعره والحمد لله رب العالمين ❀

Reperto hocce volumine Gothano, in animum induxi hic ea quae continet lectori impertiri breviterque eius summam indicare. At volumen accuratius pertractans, vidi illud tantopere se commendare rerum tractatarum pondere et gravitate, tot nova illud conferre ad historiam Arabum Hispanorum cum civilem, tum literariam, illustrandam, ut de iis mihi non liceret in transitu tantum loqui, sed deditâ operâ et separatim esset agendum. Scriptionem itaque paro de Codice illo Gothano, in quâ totius voluminis summam, quam accuratissime potuero, indicabo, multosque ex eo egregios locos edam, et quidem *omnes* ʾIbn-Ḥaiȷ̌ānis; continebit illa etiam verosimiliter brevem conspectum Codicis Oxoniensis. Hanc autem dissertationem sive separatim edere, sive Diario cuidam inserere mihi propositum est.

Pars *quarta* egisse videtur de viris qui in septentrionali Hispaniae parte floruerunt; de Toletanis v. c. eum agere, inde patet quod duobus locis dicat ʾIbn-Bassām se de Toleto ab Alphonso expugnatâ expositurum esse in parte *quartâ*. Alter est in capite de ʾIbn-Baqī (MS. Oxon. fol. 159 r.), ubi haec: اخرجْتُه فتنة طليطلة الآتى خبرُها فى القسم الرابع من هذا المجموع; alter in capite de ʾIbn-Ṭāhiro (MS. Goth. fol. 23 r.): قال ابو الحسن ونذكر ان شاء الله فى القسم الرابع نُكَتًا وجَوامع 53 تُـؤدّى الى كيفية تَغَلُّب 54 ادفونش طاغية طاغوت الجلالقة قصمها الله على مدينة طليطلة; cf. etiam ibidem paullo

53) Voc. نُكَت (plur. a نُكْتَة) hic *ingeniosas*, *reconditae doctrinae*, *arduas difficilesque sententias*, جوامع quod Belgice dicimus *kernachtige gezegden* denotat; de priori voce cf. Reiskii ann. ad Abū-'l-fedānum et Sacyi in *Anthol. Gramm. Arab.*, iam a Freytagio in Lexico citatas, quibus adde de Sacy *Chrest. Arab.* p. 357 vs. 6 (text. Arab.).

54) *Quae pervenire faciunt ad modum quo Alphonsus* caet. i. e. *quae explicant quomodo Alphonsus* caet.

infra. Ostendunt hi ipsius 'Ibn-Bassāmi loci, in quibus de *quartâ* operis parte loquitur, non probandam esse sententiam Cl. de Gayangos (*Hist. of the Moh. Dyn*, II. p. 513), qui in *tres* partes *ad-Dacîra*m divisum esse affirmat, et in *primâ* parte etiam de Toletanis agi statuit.

Singulae hae partes complura continent capita, quorum titulus est nomen viri literati, de quo agitur. In his Capitibus disponendis non chronologicam ordinem secutus est 'Ibn-Bassām, sed, maioris minorisve praestantiae ratione habitâ, illustrissimo cuique primum locum concessit, et sic ad inferiores descendit. Quod patet ex operis loco (MS. Goth. fol. 5 v. et 6 r.): قال ابن بسام وقد اثبتُّ ايضا فى هذا القسم من الشعراء والكُتّاب، ورسماء (ورؤساء ?vel ووُسَماء .l) اهل الاداب" مِمّنْ كان، فى ذلك الاوان" الى وقتنا هذا من كان عُرِف مكانه، واشتهر احسانه" وقدّمْتُ مَنْ تقدّمَ فى حلبة البيان، دون من سبق فى الزمان، على ما شرطتُّ فى صدر هذا الديوان". Idem testatur in praefatione partis secundae (vide supra p. 202 vs. 10). Sed in illâ parte quae de viris literatis Badaioci oppidorumque quae huic metropoli parebant, agit, e contrario chronologicam ordinem sequitur 'Ibn-Bassām. Ipse dicit in brevi ad hanc partem praefatione (MS. Oxon. fol. 165 v.): ونُقَدِّم منهم من تقدّم فى الزمان. Cuius rei causa si quaeritur, eam fuisse credo, quod illi de quibus in istâ parte loquitur auctor, ipsius erant cives; metuisse itâque 'Ibn-Bassām*um* ne horum contra se odium excitaret, si iam ipsâ capitum dispositione de eorum maiori minorive praestantiâ iudicaret; sed chronologicam secutus ordinem ab illo tutus erat, nam omnes laudat, neque inter singulos comparationem instituit.

In singulis capitibus 'Ibn-Bassām normam secutus est hanc: primum praemittit nonnulla ab ipso prosâ ornatiori conscripta, quibus vitam viri, cuius scribendi facultatis specimina traduntur, illustrat eiusque laudes praedicat; tunc sequuntur excerpta plerumque longissima ex eius scriptis, tum prosaicis (ornatior semper est illa prosa), tum poëticis. Plerumque tamen non integra poëmata descripsit, sed ex iis delectum fecit, quod ipse declarat, descripto carmini 'Abdo-'l-Galîl*i* ·ibn-Wahbūn haec subiungens (MS. Oxon. fol. 128 r.): أنْشِدُها على توالى الانتخاب، حسبما صنعْتُه فى اكثر اشعار هذا الكتاب". Etiam ex prosaicis, v. c. ex epistolis, plerumque tantum excerpta offert.

De libris quos consuluit 'Ibn-Bassām si quaeris, reperies eum, quâ erat doctrinâ, multos quidem legisse Orientalium libros eumque hos passim citare, sed perpaucis usum fuisse libris qui de illis viris agebant de quibus ipse scribebat. Etenim pleraque quae narrat ab aequalibus suis cognoverat, quorum nomina saepius affert; poëmata vel epistolas haud raro ab ipsis auctoribus acceperat, ut ab 'Ibn-abî-'l-Kiçālo, 'Ibn-Hātimo al-Higārio, aliis; praesto illa quoque habebat in chartulis quibusdam: in Codice Oxoniensi (fol. 49 v.)

inveni locum satis memorabilem, qui ostendit vel illo iam aevo, eodem tamen quo ipsi scriptores vixerant, difficile fuisse suum cuique tribuere scriptum, et in quo iudicium de suo opere ipse pronuntiat 'Ibn-Bassām: ونقلتُ ما اثبتُّ فى هذا المجموع من رسائل بنى الباجى من قراطيس تعاليق، وبطائق 55 وقعت الىّ تفاريق" منسوبة لهم فى الجملة وربّما اختلطت رسائل الاب، والابن لهذا السبب" وهذا الذى أصِفُ وأَشْرَح، ممّا لا يَضُرّ ولا يَقْرَح" لا سيما فى رواية حكاية لا يُخَلّ بها نسبتها 56 الى مَنْ يحكيها، وفى نشر نسيجة لا يَقُصّ من بهجتها اضافتُها الى من لم يحكها" وانّما هى ملح منظوم ومنثور وليست بحقائق علوم فَنّ كُلِّف فى صحّة الاسانيد، والفرق بين سَعْد وسَعيد، والفصل ما بين عُبَيْد وعَبيد" وعلى ايّ حال ورد هذا المجموع من مجهول او معلوم، فى منثور او منظوم" فبديع رائق، ومتأخّر ان شاء الله سابق". Alibi (MS. Oxon. fol. 182 r.) describit auctor 'Ibn-Abdūni *Qaçīdam* in ar-Rašīd*um*, نقلتُها من مُبَيَّضاته. De quâdam 'Ibno-'l-Qaçīrae epistolâ ait (MS. Oxon. fol. 71 r.): وقد وجدتُ هذه الرقعة فى بعض التعاليق منسوبة"

55) Iam Reiskius (ad Abū-'l-fedā*um* III. p. 646) annotavit vocem بطاقة » in genere *schedulam*, chartu- » lam omnem notare." Nullum tamen exemplum adscripsit, et Freytagius hanc Reiskii annotationem prorsus neglexit. Etymologiâ deceptus — بطاقة enim a Graeco πιττάκιον derivatum est — etiam ego in *Journ. Asiat.* (IVe série, III. p. 384) phrasin وهو يكتب البطاقة فيها, verti: *il écrivait les billets qui étaient envoyés par des pigeons.* Nunc tamen mihi constat, Reiskium vere monuisse, et apud scriptores Occidentis vocabulum بطاقة, si non semper, certe plerumque, in genere *schedulam* denotare. Exempla tantum sequentia adscribam: 'Ibn-Bassām (MS. Goth. fol. 212 v.): فجلس بمجلسه للسلام ورُفِعَتْ اليه من بطائق النظام نيف على عشرين قصيدة. 'Ibn-Batūta (MS. Cl. de Gayangos fol. 107 v.): Qāḍī et senatores pronuntiant de iis rebus de quibus pronuntiare iis licet, وما كان مفتقرا الى مشاورة السلطان كتبوا اليه فيه فيخرج لهم الجواب من حينه على ظهر البطاقة. Id. (fol. 203 v.): كانوا يكتبون بما يقتضيه نظره بطائق فيها شتمه وسبّه ويختمون عليها ويكتبون عليها وحقّ راس خوند عالم ما يقراها غيره ويرمونها بالمشور ليلا. Idem (fol. 220 v.): فقال (soltān*us*) ما لك من حاجة فاخرجْتُ بطاقة فيها ست مسائل. Idem (fol. 259 v.): كتب بطاقة الى السلطان يعلمه بذلك وختمها ودفعها لبعض الفتيان فاتى بالجواب على ظهرها. Dombay (*Gramm. ling. Mauro-Arab.* p. 78) vocem بطاقة *epistolam* vertit.

56) *Historiae cuius, quâ nititur, auctoritas non citatur* (بها pp. *simul cum illâ*). Cf. quae de phrasi حلّ الاشعار annotavit Cl. Weijers in *Orient.* I. p. 411 sq.

لابن الباجى. Saepe etiam *Dīwānis* poëmatum vel *risālarum* usus est; *dīwāno* v. c. poëmatum ·al-Moʿtaçidi (vide infra in §. 2 MS. Oxon. fol. 6 v.), *risālarum* ʿIbn-ʿAbdi-ʾl-Barri (MS. Goth. fol. 53 r.) caet. Nonnullos tamen Occidentalium citavit libros ex quibus quaedam descripsit, quorum alphabeticum catalogum hic lectori offerre, duplicem ob causam non inutile duxi; primum quia interest ut sciamus quibusnam fontibus ʿIbn-Bassāmus usus sit, et deinde quia fere omnes hi libri Ḥāgī-Calīfam prorsus latuisse videntur, et itaque nostra scientia historiae literariae Arabum Occidentalium, ex tali Catalogo augeri potest. Sequentes itaque citatos vidi:

a) “البديع ‘ فى فصل الربيع, auctore Abū-ʾl-Walīd ·ibn-ʿĀmir (MS. Oxon. fol. 53 v.). Librum ab Ḥāgī-Calīfâ non commemoratum reperi; de auctore loquitur ·al-Ḥomaidī (*Gadwato ʾl-moqtabis* MS. Oxon., Hunt. 464, fol. 69 r. et v.), qui eum vocat Abū-ʾl-Walīd ʿIsmāʿīl ·ibn-Moḥammed ·ibn-ʿĀmir ·ibn-Ḥabīb, et refert eum wezīrum et cātibum fuisse Hispali, literis elegantioribus et poësi operam dedisse, scripsisse librum فى فصل الربيع, et mortuum esse anno circiter (قريبًا من) 440. Etiam ʿIbn-Bassām (MS. Oxon. fol. 31 v. — 34 v.) de auctore egit; vocat eum الاديب ابو الوليد اسماعيل بن محمد الملقب بحبيب, narratque eum mortuum esse aetatis anno vicesimo secundo, et scripsisse كتاب البديع فى فصل الربيع, in quo Hispanorum tantum poëmata collegerit (جمع فيه اشعار اهل الاندلس خاصّة).

b) الحديقة, auctore Abū-ʿĀmir ·ibn-Maslamâ (MS. Oxon. fol. 103 v.). Neque hic liber ab Ḥāgī-Calīfâ commemoratur. De auctore egit ʿIbn-Bassām (MS. Oxon. fol. 26 r. — 28 v.) dicitque eum post eversam aulam Cordobensem adhaesisse ·al-Moʿtaçido quia multos agros in tractu Hispalensi possideret (تحيّز [57] الى المعتضد لاملاك قديمة كانت له فى البلد). De eius opere ·*al-Ḥadīqâ* his verbis loquitur ʿIbn-Bassām: تاليف جمعه للمعتضد سمّاه على ما اقتضاه مطابقة الزمان، ومذهب الاوان [58] “حديقة الارتياح، فى صفة حقيقة الراح” دلّ

57) Verbum تَحَيَّزَ cum من constructum significat *se seiunxit a*, ut apud ʿIbn-Cāqānem (·*al-Qalāyid* MS. A. II. p. 70), de viro ignobili genere oriundo: “تَمَيَّزَ بنفسه، وتَحَيَّزَ من جنسه”. Sed hoc verbum conferendum est cum alio, nempe انقطع, quod cum من constructum etiam significat *se seiunxit a*, sed cum الى *se a reliquis seiunxit ut uni tantum adhaereret* i. e. *omnino alicui deditus fuit*; iam تَحَيَّزَ الى prorsus idem exprimit. Quod reverâ ita esse, manifesto ostendit locus epistolae quam descripsit ʿIbn-Cāqān (apud Hoogvliet *Spec.* p. 55), ubi verba انقطع الى et تَحَيَّزَ الى coniunguntur. Est hic: “الانقطاع الى جِهَتِك، والتَّحَيُّز الى فِئَتِك”.

58) Non amabat ʿIbn-Bassām fucatos istos titulos, ex quibus argumentum libri non appareat; cf. inprimis

„على روايته، وجود عنايته. Alia praeterea scripsit opera tum poëtica tum prosaica (الى غير ذلك من نظمه ونثره). Ex *al-Ḥadîqâ* complura hausit 'Ibn-Bassâm, ut statim apparebit lectori si inscriptionem longi capitis exhibuero, quae in Codice Oxon. (fol. 55 r.) sic audit: فصل يشتمل على مقطوعات ابيات لجماعة من الادباء كانوا بعصر المعتضد عباد ولم اجد لهم اشعارًا تفسح لى فى طريق الاختيار الا ما اثبت لهم الوزير ابو عامر بن مسلمة فى غرض كتابه المترجم بالحديقة فكلُّ ما اثبتُّ لهم فى هذا الفصل فمن كتابه نسختُ، ومن خطّ يده نقلتُ" ❁

c) كتاب العمدة, auctore Abû-Alî 'ibn-Rašîq (MS. Goth. fol. 232 v.). Hic liber Ḥâgî-Câlîfae non ignotus fuit (vide ed. Flügel, II. p. 33), et vita auctoris invenitur in 'Ibn-Callicâne (ed. de Slane, I. p. 195).

d) نظم السلوك فى وعظ الملوك, auctore 'Ibno-'*l*-Labbânâ et

e) الهادى الى معرفة النسب العبادى, auctore Abû-Râfi. De duobus hisce operibus, qui in 'Ibn-Bassâmi locis hic edendis citantur, in *Epilogo* de historiae Abbâdîdarum fontibus, agam.

f) In Codice Gothano (fol. 85 r.) invenitur locus quem descripsit 'Ibn-Bassâm ex بعض تعاليق Abû-Mohammed*is* Alîi 'ibn-Ḥazm 'aš-Šâfi*i*. Est hic celebratissimus ille 'Ibn-Ḥazm, praeceptor 'al-Ḥomaidîi, cuius vita legitur in *Ǵadwato 'l-moqtabis* (MS. Oxon. fol. 131 v. — 132 v.), in 'Ibn-Câqân*is* '*al-Matmaḥ* (vide supra p. 19. n°. 8), in 'Ibn-Callicâne (ed. de Slane I. p. 471 sqq.), et de quo etiam nonnulla monuit 'an-Nowairî (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 499), in loco infra edendo.

g) *Historia, versibus conscripta*, auctore Abû-Tâlib 'al-Motanabbî ex Alcirâ. Hunc librum (Ḥâgî-Câlîfae ignotum) non ab 'Ibn-Bassâmo citatum vidi, sed in 'Ibn-Saîdo (citato ab 'al-Maqqarîo MS. Goth. fol. 387 r.) sequens locus exstat: وليحيى بن حكم الغزال تاريخ آلفه كله منظوما كما صنع ايضا بعده ابو طالب المتنبى من جزيرة شقر فى التاريخ الذى اورد منه صاحب الذخيرة ما اورد من كتاب الذخيرة لابن بسام فى جزيرة الاندلس ليس هذا مكان الاطناب فى تفصيلها وهى كالذيل على حدائق ابن فرج وفى عصرها صنف الفتح كتاب القلائد وهو مملوء بلاغة والمحاكمةُ بين الكتابَيْن ذُكِرَتْ بمكان اخر. Hic locus vertendus erit, tum quia aliter eum accipio atque Cl. de Gayangos (I. p. 194 sq.),

alius locus qui exstat infra in §. 3 (MS. Oxon. fol. 15 v.); ex ipsius opusculorum titulis (quos vide infra) patet, eum talem amasse titulum cuius primum quidem membrum fucatum esset, sed secundum argumentum declararet.

tum quia in sequentibus etiam ad eum provocabo. Mihi itaque non nisi hoc modo verti debere videtur: *Jahjâ ·ibn-Hacam ·al-Gazzāl auctor est historiae quam totam versibus scripsit, ut etiam post eum fecit Abū-Tālib ·al-Motanabbī, ex Alcirā, in historiā ex quā quaedam desumsit auctor* ·ad-Dacīrae. (*Ex libro* ·ad-Dacīrâ, *auctore Ibn-Bassāmo, de peninsulā Hispaniae* 59). *Non hic idoneus locus est in quo prolixius de hoc libro* (nempe ·*ad-Dacīrâ*) *distincte exponamus* [vel si legere mavis تفضيلها, *in quo prolixius de eius praestantiā exponamus*], *sed est quasi appendix ad* ·al-Hadāyiq *Ibn-Faragi* (vide supra p. 198 sq.). *Eodem tempore quo hic liber* [nempe ·*ad-Dacīra*] *editus est, scripsit ·al-Fatḥ* [·ibn-Cāqān] *librum* ·al-Qalāyid, *eloquentiae plenum; lis inter duos hos libros alio in loco commemorata est.* De postremis verbis infra etiam videbimus.

Sed ·Ibn-Bassām his auxiliis adiutus, saepe tamen poëtarum et cātib*orum* scriptiones *non* praesto habebat. In capite de Abū-Ǵa·faro Aḥmede ·ibn-Aijūb ·*al*-Limāyī, quod verosimiliter in *primā* operis parte exstabat, et ex quo locum citavit ·Ibno-·l-Catīb (*Lexic. Biogr.* MS. Cl. de Gayangos fol. 43 r.), haec verba reperiuntur: الا انّى لم اجد عند تحريرى هذه النسخة من كلامه الا بعض فصول من منثور، وهى تماد (ثماد .l) من بحور. In alius viri vitā (MS. Goth. fol. 85 r.): وله شعر كثير، واحسان مشهور" وعلى لفظه ديباجة رائقة غير انّه لم يمرّ بى من شعره عند نقلى هذا المجموع الا ابيات سمعتُ القوّاليى يتكاولونها (يتقاولونها .l 60) لعذوبتها وسلالتها 61. Et sic saepe, ut MS. Goth. fol. 110 r. et v.; 229 r. caet., idem declarat. Hanc ob causam etiam de opere suo augendo cogitabat auctor, ut ipse declarat in capite de ·Ibno-·l-Qaçīrâ (MS. Oxon. fol. 76 r.) his verbis: ولم يقع الىّ من شعره، ما اوشح هذا المجموع بذكره" ولا باس باثباته ان حصل. In capite de amico suo ·Ibno-·l-Ǵadd (MS. Oxon. fol. 86 v.) dicit se non omnes historias et scriptiones huius viri, quocum sibi esset studiorum vinculum, tradere posse, quia frustra ei obviam fieri studuisset. Addit autem: ولا باس من الزيادة ان انتهجتْ سبيلٌ 62. Alio loco (MS. Goth. fol. 125 r.) dicit de Jūsofo ·ibn-Ḥasdāj, patre illius Abū-·l-Faḍl ·ibn-

---

59) Est hoc *citatum*, ut dicimus. Affirmat ·Ibn-Sa·īd ipsum ·Ibn-Bassāmum testari se ex Abū-Tālibī libro hausisse.

60) Notabilis est hic permutatio inter ق et ك, quas literas confundere non solent Arabum librarii.

61) De voce سلالة cf. supra p. 206 ann. (50).

62) *Si via patet et conspicua est* i. e. *si fieri potest.* Haec signif. 8ae formae verbi نهج Lexico est addenda.

Hasdāj de quo illud caput agit: وقد رايتُ له شعرًا لم اروه فاجتلبه، ولا استجدته [63] فابحث عنه واطلبه. Talia autem additamenta neque in Codice Oxoniensi, neque in Gothano inveni, nec illud consilium exsecutus fuisse videtur auctor.

Viginti circiter annos post editum *ad-Dacīram*, 'Ibn-Cāqān suum *al-Qalāyid* edidit, opus in simili argumento versatum. Haud alienum erit hic brevem et generaliorem comparationem inter 'Ibn-Bassām*um* et 'Ibn-Cāqān*em* instituere, quâ factâ etiam apparebit quae mihi in 'Ibn-Bassām*i* stylo maxime animadvertenda visa sint. Iam quod ad *res* attinet, multae maioris utilitatis est opus 'Ibn-Bassām*i*; praeter praeclaros illos locos 'Ibn-Ḥaijān*is* quos operi suo intexuit, ipse etiam innumera confert ad historiam literariam et civilem Hispaniae saeculo quinto Arabum cognoscendam. Minime nego, ut a quibusdam VV. DD. factum esse dolemus, utile quoque esse opus 'Ibn-Cāqān*is*, dummodo eo uti scias, et historia illius temporis iam ex aliis scriptoribus tibi cognita sit; quod si ita est, ad illam illustrandam complura confert. Ac qui, difficultate libri *al-Qalāyid* perterritus, illum negligit, سُقطًا فى يديه, ut est in proverbio Arabico. Attamen 'Ibn-Bassām iam per se spectatus utilis est; *ad-Dacīra*e pretium in oculos incurrit. Differt quoque utriusque auctoris ingenium et stylus; uterque quidem prosâ illâ ornatiori usus est quam Arabes سآجع vocant, uterque est rhetor: sermonis similitas effecit ut quaedam phrases, dictiones, locutiones apud utrumque occurrant, quibus accedit quod eodem aevo uterque scripserit; attamen in pari fere laude dispar fuit ratio. Longe a me absit ut ex Europaei mente de utroque iudicium feram; scripserunt Arabibus: iure itaque postulant ut ex Arabis mente diiudicentur; sed si ego, cui frequenti exercitatione prosa illa ornatior non tantum, ut aliis, nauseam non movet, sed cui adeo placet, si ego, inquam, eatenus mihi in praestantiâ in hac arte diiudicandâ confidere auderem, ut ex Arabis aure et mente de eâ pronuntiarem, declarare non dubitarem palmam 'Ibn-Bassāmo praeripuisse 'Ibn-Cāqān*em*. Huic metaphoras audacissimas, verborum inter se resonantium copiam, nunquam deësse diceres: ultro sese offerre statueres; apud illum contra nescio quid impediti, sermonis quaedam egestas cernitur. Puro et genuino Arabum campestrium sermone neuter usus est. Antea quidem credebatur 'Ibn-Cāqān*em* singulis vocibus illum tribuisse sensum quem apud antiquos Arabes habebant quique commemoratus est nostris in Lexicis, quae, ex Arabum Lexicis desumta, nihil fere sunt nisi glossaria ad antiquos scriptores Arabes; putabatur illum voces non eo sensu accepisse quo apud aequales usu venerant, et falsa haec opinio multis erroribus in

63) Sic in Codice; ego legendum esse puto استخرته: ex illâ poësi non *delectum feci*; quod saepius exprimit 10ª forma verbi خار, licet in Lexico haec signif. non annotata sit; cf. v. c. supra p. 190 in ann. (1) locum 'an-Nowairī*i*.

locis a Weyersio et Hoogvlieto ex 'Ibn-Čāqāne editis, ansam dedit; sed non ita rem sese habere, 'Ibn-Čāqānem nostrorum tantum Lexicorum ope intelligi non posse, commentarius ad praecedens caput satis superque, spero, iam ostendit. Nihilominus magis tamen ad Arabicae orationis castitatem et elegantiam accedit 'Ibn-Čāqān quam 'Ibn-Bassām; hic magis etiam quam ille se ad aequalium sermonis usum accommodavit. Linguae itaque etiam puritati felicius studuit 'Ibn-Čāqān. Sed est alterum quod postulat hoc scribendi genus, et quo 'Ibn-Bassām 'Ibn-Čāqānem longe superavit: exquisitae volo doctrinae copiam. Erat reverà 'Ibn-Bassām vir, ut panci alii, doctus: antiquam Arabum historiam, poëtarum carmina, proverbia denique, in succum et sanguinem verterat. Hanc reconditam doctrinam 'Ibn-Čāqān leviter attingere maluerat; imo si quando hac in re vires periclitatur, haud raro turpiter labitur et ignorantiam prodit. Doctrinae illa copia effecit etiam ut 'Ibn-Bassām saepe recentiorum poëtarum versûs cum antiquiorum effatis compararet, recentiorum imitationes indagaret, datà opportunitate animadversione dignissima narraret quae ad antiquam Arabum historiam pertinent: ita ut opus condiderit non tantum multo utilius sed etiam multo iucundius lectu quam *'al-Qalāyid*.

Hucusque ex Arabis mente de summis illis duumviris exposui. Iam si interpreti quoque Europaeo conceditur, ut de iis suam pronuntiet sententiam, fatebitur se in utriusque operibus legendis et interpretandis magnis offendi difficultatibus: in *'al-Qalāyid* difficile est ubique perspicere quid auctor voluerit; difficile metaphoras illas caeterasque figuratas dictiones, quae a nostrà cogitandi ratione toto coelo differunt, explicare; in *'ad-Ďacīrā* loci ubi innuit auctor antiquam historiam, antiquorum poëtarum carmina, proverbia, interpreti magnam saepe pariunt difficultatem; praeterea non contentus fuit 'Ibn-Bassām antiquorum proverbiorum copià; vetera mutavit, nova sive finxit sive ab aequalibus usitata sua fecit; quo fit ut huius generis difficultates raro tollant quae hucusque laudabili diligentià edita sunt proverbia, in opere praeterea quod docti Arabis commentario caret. Sed haec omnia etiam effecerunt ut ad universam philologiam Arabicam illustrandam opus 'Ibn-Bassāmi insignis sit utilitatis.

Si unice 'Ibn-Čāqānis gloriae consulerem, hic iam comparationi finem imponerem; sed veritas postulat ut addamus hunc auctorem, summis laudibus ab Arabibus celebratum, virum fuisse inhonestum, impudentem; quod non tantum dico de *homine*, quippe cuius mores essent dissoluti, sed etiam de *auctore*. Et quidni talibus nominibus vocaremus hominem, qui ea quae ante eum scripserat 'Ibn-Bassām sexcenties pro suis venditavit, nunquam vero nominato auctore, de quo ne verbum quidem in 'Ibn-Čāqānis operibus? Ut levius illud taceam quod poëtarum et cātiborum scriptiones ex *'ad-Ďacīrā* descripserit 'Ibn-Čāqān; quod ab eodem viro ea se accepisse sine pudore affirmet, a quo ea acceperat 'Ibn-Bassām: monere sufficiat eum integra fere interdum capita ex hoc scriptore

descripsisse. Si nostrâ etiam aetate, inventâ arte typographicâ, istiusmodi furta literaria locum obtinent, facilius etiam erat ista committere quum manu scripti libri et pauci essent et paucorum tantum hominum in manibus versarentur. At iam ipse 'Ibn-Bassām opes sibi ereptas recuperare conatus est, siquidem recte verti verba 'Ibn-Saïdi quae exstant supra p. 211 vs. 2 a f., in versione p. 212 vs. 10. Etenim verba والمحاكمة بين الكتابين ذُكِرَتْ بمكان اخر ideo verti *lis inter duos libros alio loco commemorata est*, quia Infin. 3ae formae verbi حكم significat *coram iudice litem agere* (v. Meninski), ita ut dicantur duo libri ('ad-*Daçīra* et 'al-*Qalāyid*) *litem agere coram viris doctis*; quae tamen an reverâ sic vertenda sint docebit ipse 'Ibn-Saïdi 'al-*Mogrib*, si quando in Europâ aderit hic egregius liber [64]. Fortasse itaque 'Ibn-Bassām 'Ibn-Câqānem accusavi quod tot, non nominato auctore, pro suis venditaverat. Quidquid huius rei sit, quae ex 'Ibn-Bassāmo descripsit 'Ibn-Câqān alibi indicabo, sed nocuisse 'Ibn-Bassami libro librum 'Ibn-Câqānis pro certo habeo. *Al-Qalāyid* in universum, ni fallor, magis placebat, quia 'Ibn-Câqān ex Arabum opinione elegantius scripserat; deinde minoris erat molis, ne quartam quidem *ad-Dacīrae* partem excedebat, ita ut breviori temporis spatio a librariis, qui lucrum quam citissime accipere cupiebant, describi posset. Hinc etiam explicandum esse credo quod nos hodie in Europâ tot Codices operis 'al-*Qalāyid* possidemus, Codices vero operis 'ad-*Dacīra* tam rari sunt.

Magnam nihilominus famam nactum est 'ad-*Dacīra*, tum in Occidente tum in Oriente, et saepe cum laude citatur inprimis ab 'Ibn-Callicāne et 'an-Nowairio, hominibus Orientalibus; hic complura inde descripsit (vide *Encyclopaed.* MS. 273 p. 18, 21, 130, 131 caet.), inprimis in capite ubi de celebratis Hispaniae câtibis agit (MS. p. 545 sqq.). Occidentales scriptores qui inde hauserunt sive non nominato fonte (ut fecit 'al-Marrākišī), sive nominato, enumerare longum est, et 'Ibno-'l-Abbārum et 'al-Maqqarīum nominasse sufficiat. In Europâ solus qui hucusque perpauca ex 'Ibn-Bassāmo delibaverit, est Cl. de Gayangos.

Testante Hāgī-Calīfâ (III. p. 331), epitomen 'ad-*Dacīrae* scripsit Abū-'l-Façl Gimālo-'d-dīn Mohammed 'ibn-Mocarram, quem affirmat diem supremum obiisse anno 711. Quem

64) Non deperditus est 'Ibn-Saïdi liber. Certior factus sum Nobiliss. Thomam Reed, Anglorum apud Tunetanos consulem, eius exemplar possidere. Praeterea certiorem me fecit Vir Nobiliss. Comes Gråberg de Hemsö, eius exemplar inveniri in magnâ Mosqueâ oppidi Tanger, alterumque possedisse Šerīfum Sīdī Hasūna D'Ghies; hoc postremum exemplar incidisse in manûs Consulis Gallorum, Rousseau. Iam rogo ubinam hoc exemplar nunc sit; an in Russiâ, cum reliquis manu scriptis Rousseauii?

hominem non Hispanum fuisse efficio ex appellatione Ģimālo-'d-dīn, nec tamen eum in 'Ibn-Ḩabībī vel Abū-'l-Maḩasinī opere, sub anno 711, commemoratum reperi.

Sed praeter hoc magnum opus, 'ad-*Ḍacīra* dictum, quinque opera scripsit 'Ibn-Bassām quorum tituli Ḩāgī-Ćalīfae prorsus incogniti fuisse videntur, et quorum fortasse unum alterumve in quâdam Orientis, Africae vel Europae bibliothecâ neglectum iacet. Sequentes sunt eorum tituli:

1) “كتاب الاعتماد، على ما صحّ من اشعار المعتمد ابن عباد”. Vide quae de hoc libro, qui collectio est poëmatum 'al-Moʿtamidī 'ibn-Ābbād, dixit 'Ibn-Bassām infra in §. 3 (MS. Oxon. fol. 21 v.)

2) “كتاب الاكليل، المشتمل على شعر عبد الجليل”. In hoc libro collegit 'Ibn-Bassām, ordine alphabetico observato, poëmata Ābdo-'l-Ģalīlī 'ibn-Wahbūn.

3) “سلك الجواهر، فى ترسيل ابن طاهر”. De hoc opusculo loquitur in 'ad-*Ḍacīra* (MS. Goth. fol. 26 r.) his verbis: وابو عبد الرحمن اكثر احسانا، واوضح خبرًا وعيانا” مِنْ ان يحاط باخباره، ويعبر عن جلالة مقداره” وقد استوفيتُ معظم كلامه فى كتاب مفرد ترجمتُه “بسلك الجواهر، فى ترسيل ابن طاهر”. Vides in hoc libro excerpta offerri ex epistolis, prosâ ornatiori ab 'Ibn-Ṭāhiro, Valentiae principe, conscriptis.

4) “نخبة الاختيار، من اشعار ذى الوزارتين ابى بكر بن عمار”. Delectus ex carminibus 'Ibn-Āmmārī.

Haec quatuor opuscula coniunctim citantur ab 'Ibn-Bassāmo in capite de Ābdo-'l-Ģalīlo (MS. Oxon. fol. 125 v.), ubi dicit hunc poëtam nimis magnum numerum pulchrorum poëmatum condidisse quam ut illa omnia in 'ad-*Ḍacīra* commemorari possint. Hac opportunitate addit: فجمعتُ شعره على حروف المعاجم فى تصنيف ترجمتُه بكتاب الاكليل، المشتمل على شعر عبد الجليل” وكذلك فعلتُ فى اعيان سائر الوزراء الكُتّاب، لم يتّسع لاستيفاء محاسنهم هذا الكتاب” فجمعت فى تاليف ترجمتُه بسلك الجواهر، من نوادر ترسيل ابن طاهر” وفى تصنيف رابع رسمته [65] بكتاب الاعتماد، على ما صحّ من اشعار المعتمد ابن

65) Verbum رسم simpliciter *scripsit* exprimit, ut apud 'Ibn-Ćaldūnum ('*al-Moqaddamāt* MS. 1350. I. fol. 332 v.): وأخذهم اثنا المدارسة بالرسم; hinc رَسَمَ بِ plane idem exprimit atque وُصِفَ بِ, ut apud 'Ibno-'l-Ćatibum (MS. fol. 58 r.): مرسومًا بصداقته. Sed in nostro loco observandum est, idem verbum, cum ب tituli constructum, significare *inscripsit* librum: idem itaque exprimit quod تَرْجَمَ ب cuius verbi eadem significatio Lexico addatur; cf. supra p. 191 vs. 8; p. 199 vs. 8; p. 211 vs. 6 huius paginae vs. 14; 4 a f.; 2 a f.; sequentis paginae vs. 1 caet.

عباد» وفى كتاب خامس ترجمتُه بنخبة الاختيار، من اشعار ذى الوزارتين ابى بكر بن عمار» ولبعض الناس الى كلام بعض صغو، وذلك الكلام عند اخرين لغو» وانّما كان ذلك لتَبايُنِ النحائز، واختلاف الغرائز[66] « فاستوفيتُ فى هذه التواليف لكلّ فرقة مُرادَها، وخلّصتُ لهم مُوادَّها» ان شاء الله. Ex verbis وفى تصنيف رابع sqq. non efficiendum esse credo in prioribus de *tribus* operibus sermonem esse debere, et unum titulum excidisse, sed *ad-Dacîrqm* esse primum opus, secundum الاكليل, tertium سلك الجواهر, quartum كتاب الاعتماد caet. Sed praeter haec quatuor opuscula etiam

5) duo alia opera citata vidi, nempe ذخيرة الذخيرة et سرّ الذخيرة, sed fortasse diversis his titulis unum idemque opus significatur. In capite de 'Ibn-Çârâ (MS. Oxon. fol. 217 v.) haec legimus: وقد كتبتُ من ذلك (مقطوعات فى الهجاء nempe eius) فى كتابى المترجم بذخيرة الذخيرة جملة موفورة، ولطوائف (ولطائف .l) كثيرة», et infra in eodem capite (MS. fol. 220 v.): واستجَزْتُ اثبات هذا لانه لم يصَرِّح بأَحَدٍ وقد قُلْتُ فى غير ما موضع من كتابى هذا انى نزهته عن الهجاء، ولم اضعه ميدانا للسفهاء». *Hoc non descripsi*[67]*, quia neminem aperte spectat, et alio huius libri loco iam dixi, me hunc cohibuisse a versibus satyricis, neque hunc hippodromum quasi ignorantibus posuisse.* In vitâ 'Ibn-Rezîni (MS. Goth. fol. 30 r.), descripto huius principis carmine satyrico, ait: ولو الممتُ فى هذا الكتاب بشىء من التفسير لاجتلبتُ كلّ ما قيل فيه ولنشرتُ ما خفى على ذى الرياستين من مثاويه وقد ذكرتُ من ذلك جملة موفورة فى كتاب سرّ الذخيرة. Quum itaque idem consilium in ذخيرة الذخيرة et in سرّ الذخيرة cernatur, appareatque utrumque esse collectionem poëmatum satyricorum taliumve quae non ad omnium aures pervenire deberent, non dubito fere quin diversis illis titulis idem tamen opus spectaverit 'Ibn-Bassâm. Hoc inprimis opus superstes esse vellem!

Absolutâ disputatione de 'Ibn-Bassâmo, agendum adhuc est de 'Ibn-Ḥaijâne, cuius fragmenta, in *ad-Dacîrâ* descripta, insignia huius libri sunt ornamenta. Quâ in re fusiorem me fore exspectaveram; quum enim 'Ibn-Çallicân*em* (ed. de Slane, I. p. 246) testari vidissem al-Ḥomaidî*um* scripsisse vitam 'Ibn-Ḥaijân*is*, eiusdemque vitam scripsisse aç-Çabbî*um* ex Casirio (*Bibl. Escur.* II. p. 136) comperissem, magnam ex horum auctorum vitis utilitatem me consecuturum esse speraveram. At spes misere me fefellit. In al-Ḥomaidî

66) Plur. غرائز (a sing. غَرِيزَة) Lexico addatur.

67) 10ª forma verbi جاز proprie exprimit (collatâ 4ª) *suum in commodum praeteriit* i. e. *praeteriit* locum c. acc., *omisit* aliq. c. acc. Verbotenus itaque nostra phrasis significat: *omisi hoc describere.*

Gazwato 'l-moqtabis (MS. Oxon., Hunt. 464, fol. 85 v.) tantum haec de 'Ibn-Ḥaijāne reperiuntur:

حيان بن خلف بن حسين بن حيان ابو مروان القرطبى صاحب التاريخ الكبير فى اخبار الاندلس وملوكها وله حظٌ وافرٌ من العلم والبيان وصدق الايراد ذكره ابو محمد على بن احمد [68] واثنى عليه وادركناه بزماننا ✿

Aç-Çabbīus, cuius locum mihi ex Codice Societ. Asiat. Parisiensis (fol. 138 operis *Bogjato 'l-moltamis*), descripsit Illustr. Amari, 'al-Ḥomaidīi verba (omissis وادركناه بزماننا) simpliciter descripsit. Sequentia itaque tantum de 'Ibn-Ḥaijāne narranda habeo.

Abū-Merwān Ḥaijān filius Çalafi, qui filius erat Ḥosaini, q. f. e. Ḥaijānis, q. f. e. Wahbi, q. f. e. Ḥaijānis, qui libertinus erat Çalīfae 'Abdo-'r-rahmāni, natus est anno 377 in urbe Cordobâ, quapropter 'al-Qortobī vocatur; iuvenis grammaticae et traditionibus studuit, et ex scholis evasit vir doctissimus, elegantiorum literarum cognitione clarissimus. At historiae scribendae inprimis operam navavit, et, historicorum Hispanorum facile princeps, tria scripsit opera. In opere, decem voluminibus constante, cui titulus: *'al-moqtabis fī ta'rīki 'l-Andalos*, agit de antiquiori Hispaniae historiâ; illud 'Ibn-Ḥazm (apud 'al-Maqqarīum MS. Goth. fol. 385 v.), 'Ibn-Ḥaijānis aequalis, his verbis commemorat: كتاب التاريخ الكبير فى اخبار اهل الاندلس تاليف ابى مروان بن حيان نحو عشرة اسفار من أجلّ كتاب أُلّف فى هذا المعنى. In altero opere, sexaginta voluminibus constante et *'al-Matīn* dicto, sui temporis historiam enarrat 'Ibn-Ḥaijān (cf. supra p. 190). Tertium opus est تاريخ فقهاء قرطبة لابن حيان, quod fontibus suis annumerat 'Ibno-'l-Çaūb (*Lexic. Biogr.* MS. fol. 3 r.). Obiit 'Ibn-Ḥaijān primo hebdomadis die, vicesimo septimo mensis Rebī'i primi anni 469.

Laudant Arabes in 'Ibn-Ḥaijānis libris veracitatem, dictionis delectum, elegantiam, concinnitatem. Cui iudicio prorsus assentior, et declarare non vereor illos libros, dummodo superstites essent omnes, clarissimâ luce nunc satis obscuram Hispaniae historiam illustraturos fore, et tantopere excellere ut efficerent ut nos reliquis de hac periodo libris historicis facile careremus. Fuse narrat, nec tamen ieiunus et verbosus longorum Annalium scriptor est, sed, pragmatice historiam scribens, in rerum causas inquirit, de quibus sapienter, docte, solerter disputat, ut post eum fecerunt critici Historici 'Ibn-Sa'īd et 'Ibn-Çaldūn. Orationis egregia est facultas; est illa cum ab humili ac pedestri dicendi genere, tum a fucatâ magniloquentiâ aeque aliena; simplex, nec tamen ornatu destituta, sed vi, copiâ, gravitate se commendans; metaphorae nonnunquam et proverbia; classica

68) Est hic celebratissimus 'Ibn-Ḥazm, 'al-Ḥomaidīi praeceptor, de quo vide supra p. 211.

nec tamen affectatâ quâdam castitate ab auctoris aequalium usu recedens. Quae omnia faciunt ut quos ex Arabum historicis ei comparem, habeam perpaucos, quem anteponam, neminem.

Ex praeclaris illis septuaginta et quae excedunt voluminibus, quae summus historicus scripsit, — *unum* tantum in Europâ, quantum scio, superest! Est hoc tertium volumen operis *'al-Moqtabis*, quod in bibliothecâ Bodleianâ (Bodl. 509) asservaturne dicam an sepultum iacet? Huic accedunt quaedam fragmenta et excerpta a recentioribus scriptoribus servata, inter quae primum locum tenent fragmenta illa insignia quae descripsit 'Ibn-Bassâm ex *'al-Matîn*.

Appendix quoque exstitit ad *'al-Matîn*, ut refert 'Ibn-Sa'îd, verbis supra (p. 190 vs. 2—5) citatis haec statim subiungens: وقد ذيّل عليه ابو الحجّاج البياسى احد معاصرينا
وهو الآن بافريقية فى حضرتها تونس عند سلطانها تحت احسانه الغَمْر[69] ✿

Iam de Codicibus 'Ibn-Bassâmi' brevis sim. Codex Oxoniensis, secundam operis partem complectens, tam pulchre est exaratus ut pauci alii Codices Africani; commendat se praeterea internâ bonitate, et summum ei adiudicarem pretium, nisi lacunas offerret sat multas inprimis in initio operis: videbis enim librarium in historiâ 'Abbâdi*darum* saepe dimidium versum vacuum reliquisse. Literae huius Codicis sunt minutissimae, nec tamen lectu difficiles; in fine Codicis scriptura haud adeo nitida est et apparet librarium ibi festinasse. Quânam aetate Codex scriptus sit, non traditur, videtur tamen mihi satis antiquus. Longe autem recentiorem esse Codicem Gothanum ex pluribus mihi constat indiciis; primum in eo habemus lineas illas rubras et caeruleas quae quamque paginam cingunt, literae maiusculae eodem colore pictae sunt; deinde charta et scriptura similes sunt Codici 'Ibn-Batûtae quem possidet Cl. de Gayangos, et qui saeculo superiori ineunte exaratus est; neque itaque hoc tempore antiquiorem esse Codicem Gothanum autumo. Hic, ut Oxoniensis, est formae maximae, et continet folia 233. De internâ eius bonitate haud ita magnifice statuere possum; lacunas is quoque habet sat multas, et menda haud pauca lectori difficultatem pariunt. Praeterea Codex passim in superiori paginarum parte humiditate laesus est. Utut est, gaudeo me casu quodam hunc Codicem reperisse. Quodsi autem introductio a me huic capiti praemissa, ipsique loci quorum editionem iam aggredior, hoc effecerint, ut, agnito summo pretio operum 'Ibn-Bassâmi', Viris Doctis contingat, sive in Europae, sive in Orientis Africaeve bibliothecâ, aliud *'ad-Dachîrae* volumen, vel unum alterumve ex minoribus 'Ibn-Bassâmi' operibus deprehendere, magis etiam laetabor.

69) Haec verba male quasi de *'ad-Dachîrâ* dicta essent, accepit Cl. de Gayangos in versione 'al-Maqqarii (I. p. 193).

§. 1. De origine dynastiae et de Abū-'l-Qāsimo Mohammede ibn-Abbād.

MS. Oxon. fol. 2 r.:

فصل فى ذكر القاضى ابى القاسم محمد بن عبّاد وايراد جملة من اخباره، واجتلاب قطعة من اشعاره" ✿

قال ابن بسام كان ذو الوزارتين القاضى ابو القاسم محمد بن اسماعيل بن عبّاد متغلب على اشبيلية ممّن له فى العلم والادب باع، ولذوى المعارف عنده سوق وارتفاع" وكان يشارك الشعراء والبلغاء [a] فى صنعة الشعر وحَوْك البلاغة بسطًا لهم واقامةً لهممهم ولما كان فى طبعه من ذلك ايضا وقد ذكر الوزير ابو رافع الفضل بن على بن احمد بن حزم الفارسى فى كتابه الموسوم بالهادى، الى معرفة النسب العبّادى" كيف طلع نجمه، وثبت فى ديوان fol. 2 v.
الملوك اسمه" وقد اثبتُّ من ذلك ما امتدّ بى اليه سبب، واتّصل بينه وبين ما انا بسبيله نسب" ووَصَلْتُ به ما لم اجد لابى رافع زيادةً على ما بيّن، وتمامًا على الذى احسن" قال ابو رافع القاضى ابن عباد هو ابو القاسم محمد بن ذى الوزارتين ابى الوليد اسماعيل بن محمد بن اسماعيل بن قريش بن عباد بن عمرو بن اسلم بن عمرو بن عطاف ابن نعيم وعطاف هو الداخل منهم بالاندلس فى طاعة بلج بن بشر القشيرى وكان عطاف من اهل حمص من صقع الشام لخمى النسب صريحا وموضعه من حمص العريش والعريش فى اخر الجفار [b] بين مصر والشام ونزل بالاندلس بقرية يومين من اقليم طُشّانة من ارض اشبيلية قال ابن حيان [c] واسماعيل [d] بن عباد قاضيهم قديم [e] الولاية ورَجُلُ الغرب قاطبةً المتصل الرياسة فى الجماعة والفتنة [f] وكان أَيْسَرَ مُكْثِرٍ [g] بالاندلس وقته ينفق من ماله وغلّاته لم يجمع درهمًا قط من مال السلطان ولا خِدَمه وكان واسع اليد بالمشاركة أَوَى صنوف الجالية من قرطبة عند احتدام الفتنة وكان معلومًا بوفور العقل وسبوغ [h] العلم والركانة مع الدهاء وبعد النظر واصابة القرطسة فاما ذو الوزارتين ابو القاسم ابنه فادرك متمهّلا وسما بَعْدُ

---

a) Copulam ego addidi; cf. ad vers. h. l. b) Cod. الحفار. c) Sequens locus (usque ad ونجا هم من ملك البرابرة) etiam legitur apud 'Ibno-'l-Abbār MS. Paris. fol. 47 r. et v. d) 'Ibno-'l-Abbār omittit و. e) Id. addit articulum. f) Cod. والفتية. g) 'Ibno-'l-Abbār من. h) Cod. وسبوع.

الى بلوغ الغاية فخلّط ما شاء وركب الجرائم [a] الصعبة وكان القاسم بن حمود قد اصطنعه بعد مهلك ابيه اسماعيل وردّ عليه ميراثه من قضاء بلده بَعْدَ بُعْدِه عنه مدّةً وحصل منه بمنزلة الثقة فخانه بخون الايام عند ادبارها عنه ايثاراً للحزم وطلباً للعافية [b] فصدّه عن اشبيلية بلده لما قصده من قرطبة مفلولا وكان الذى وطد له ذلك نفر من اكابرها المرتسمين بالوزارة متاغبين [c] فى ذلك لوزراء قرطبة على تَحْميلهم [d] لابن عباد كِبْرَ ذلك لانافته عليهم فى الحال وسعة النِّعْمَة واحصائهم [e] عليه مِلْكَ ثلث اشبيلية ضيعةً وغلّةً يتخادعونه [f] بذلك عن نَشْبِه [g] ابقاء منهم على نعمهم وهو يشترى بذلك انفسهم ولا يشعرون الى ان وقعوا [h] فى الهوّة وكانوا جماعةً منهم بنو ابى بكر الزبيدى النحوى وبنو يريم صنائع ابن عباد وغيرهم راض بهم الامورَ واستمال العامة فلما تَواطَأَتْ [i] له قَبْض ايدى اصحابه هولاء وسما بنفسه فاسقط جماعتهم [k] وجرت له فى تدبيرهم امور يشقّ احصاؤها رَكبَ فيها . . . [l] طرق طُلّاب الدول حتى انفرد بسابقته ومهّد لدولته واجتمع اهل عمله [m] على طاعته فدانوا له وسلك [n] سيرة اصحاب [o] الممالك الذين [p] بالاندلس لاول وقته وقام باصحّ عزم وايقظ جدّ واخترع فى fol. 3 r.
الرياسة وجوها تقدّم فيها كثيرا منهم [q] وامتثل رسم [s] ابن يعيش صاحب طليطلة من بينهم فى تَمَسُّكِه بخطّة القضاء وارتسامه باسمه [r] وانعاله على ذلك افعال الجبابرة واقبل [s] لاول وقته [t] يضمّ الرجال [t] الاحرار من كل صنف ويشترى العبيد والجدُّ يساعده والامور تنقاد له الى ان ساوى ملوك الطوائف وزاد على اكثرهم بكثافة [u] سلطانه وكثرة غلمانه فنَفَّعَ الله به كافةَ رعيّته ونجّاهم من ملك البرابرة وتَدَرَّجَ فى تدبير ذلك اولا اولا ومارسه شأْنًا شأنا الى ان استولى على امده ومهّد قواعد سلطانه وشدّ اواخيه واخباره ماثورة مشهورة قال ابن حيان ومن اشهر اخباره انه نظر فى شان من بقى يومئذ من فتيان بنى مروان فسقط [v] اليه خبر الدعىّ المُشَبِّه

---

a) Cod. الجراثيم. b) Cod. للعاقبة. c) Hoc omittitur in Codice, lacunâ indicatâ hoc signo .·.. d) Cod. تخميلهم. e) 'Ibno-'l-Abbār واخصائهم. f) Cod. فتخادعونه. g) Cod. نسبه; 'Ibno-'l-Abbār نشبة. h) Cod. رفعوا. i) 'Ibno-'l-Abbār تَوَطَّدَتْ. k) Sequentia verba, usque ad وسلك, omittit 'Ibno-'l-Abbār, qui tamen, addito وقال, ipse significavit suam omissionem. l) Parva lacuna in Cod. m) Cod. علمه. n) Cur in Cod. huic voci superinscriptum sit كذا non assequor; textus enim sanus est, ut patet quoque ex 'Ibno-'l-Abbāri Codice. o) Cod. اصحابه. p) Omittitur in Cod. q) Hic in 'Ibno-'l-Abbāri Codice est lacuna, et sola litera ultima (م) servatâ est. r) Id. بها. s) Omittit id. t) Omittit id. u) Cod. بكثافة. v) Cod. hic repetit يومئذ.

بهشام بن الحكم وكان قد تحدّث انه افلت من يدى سليمن قاهِرَةً وانه غاب ببلاد [a] المشرق مدّته الطويلة ثم عاد الى الاندلس فقدح ذلك فى قلوب الناس لمقدّمات سلفت فى ذكر هذا الرجل والشكّ فى موته اذ كان سليمن قاتله قد ترك ابداءه للناس حسبما فعلته خدمة الملوك قَبْلُ فيمن خلعوه امّا استخفافا من سليمن يومئذ بمن ملك نواصيهم بالقهر او ما شاء الله من غلطٍ اصاب المقدارُ قَصْدَهُ لقضاء سبق فى علم الله فى الكتاب فلم تزل طائفة من شيعته تنعى موته وتَرْوِى فى ذلك روايات تبعد عن الحقيقة وتصدر عن نسوان وخصيان من اهل القصر بقرطبة الى علق ذلك بمن فوقهم من شيع المروانية فشدّوا اواخى خلاصه وقطعوا على حياته ووصفوا انه اضطرب بقرطبة فى دولة البرابر ممتهنًا نفسه فى طلب المعيشة ثم زعموا بعد حين انه عبر الى ارض المشرق . . . [b] فى ذلك الافق وقصر كل المناسك هنالك ووطِئَ كل بقعة ثم كرّ راجعا الى دياره لامد محدودة ولكرّة [c] الدولة المروانية لتحدّث على يديه الانباء البديعة فدانوا كما تَسَمَّعَ بالرجعة دَيْنُونَةُ الشيعةِ وتاهوا فى ذلك تيه تقليد سخر منهم اهل التحصيل الى ان ظهر على زعمهم بالمرية سنة ستّ وعشرين فى ايام زهير الصقلبى ولم تزل قصّة هذا المشبّه بهشام تدب فى قلوب الناس دبيب النار فى الفحم فدبّر ابن عباد خَبَرَه واعتبل الغرّة فى ذلك وانّه اقلّ ما يجىء له منه دفع مكروه ابن حمود ونظم الناس على حربه فاخبر انه حصل هشام عنده وجمع من بقى باشبيلية من نساء [d] القصر والحرم فاعترف به اكثرهم ووقفوا على عينه واوما الى ثقاته [e] عنده بما يريد فيه فاجتنبوا خْلافه وابتغوا موافقته فوجد ابن عباد بذلك السبيل الى ما دبّره من حرب ابن حمود / fol. 3 r.

وحجبه عن اعين الناس وبثّ كتبه بذلك الى جميع الروساء واستنهضهم الى الاجتهاد على هذا الخليفة المخبو بفكّ الرقاب وكرّةِ الايامِ والجهاد دونه فكثر الخوضُ بالاندلس فى ذلك ومالت نفوس اهل قرطبة فى نصبه امامًا للجماعة واشخصوا الرسل للوقوف على عين هشام وثبتت الشهادة فيه فَذَّدَ [f] ابن [g] جهور وغيره فى ذلك شهادات على علم منهم ابتغاء عرض الدنيا واذعانا من . . . [i] ايضا لما راه من دفع ابن حمود الفاغر فاه على حضرة قرطبة فرجع منه سريعا الى الاعتراف بالخطا بقيّة عمره بعد عظيمٍ ممّا انبعثتْ فى ذلك من الفتن وجَرَتْ من المحن وصَرْعٍ من الجبابرة ونقل من الدول انتهى كلام ابن حيان قال ابن بسام

---

a) Cod. لبلاد. b) In Cod. parva hic est lacuna. c) Cod. ونكرّة. d) Cod. سناء e) Cod. ثقاتهم. f) Cod. عباد. g) Cf. ad vers. h. l. h) Cod. بن. i) Lacuna in Codice.

وكان القاضى ابن عباد كما وُصِفَ زاخرَ العُباب، متالّق الشهاب، أَذْكَى مَنْ كَاسَ وكاد
وأَدْهَى من اتّهم وانجد ياخذ وكانه يدع، ويطير فيُحْسَبُ انه وقع، فتغلب على اشبيلية
وليس له اوان ذلك معقل الا وله شرّ راتب، وعليه امير غالب، فان الامر بها عليه لتميّزه
بخطة القضاء التى لم يجانب رداءها، ولا سلّم لاحد بعدُ لواءها، الى ان استوسق الامر
ليحيى بن على الحمودى حسبما تقدم فاضطرّ اهل اشبيلية الى الاذعان لمطاعته، والدخول
فيما دخل فيه الناس من جماعته، واداره لامور جَرَتْ على رهون تكون بيده فضَنَّ كلٌّ
بولده وبادر القاضى فراهنه ابنه عبادًا فانفرد بالتدبير، واستولى على الامور، واستظهر على
ذلك بهدم البيوتات [a]، وتشتيت ذوى الهيئات، واول ما بدا به من ذلك نكبة شَيْخَي المصر
يومئذ الزبيدى وابن بريم طواهما طَيَّ السجلّ، وقبضهما قبض الظلّ، فايّد القاضى يومئذ
بحبيب قديره، ودارت عليه رحى تدبيره، رجلٍ من اهل بادية اشبيلية لم تكن له نباهة
مذكورة، ولا سابقة مشهورة، اوسع اهل زمانه شرًّا، واوسعهم خديعةً ومكرًا، وايّد ايضا بابنه
اسماعيل طود اصالة، وجِبّير بسالة، مِحَشّ تلك النار، وسابق ذلك المضمار، فبين هذين
استوسقت له الأمور، وتَدَفَّقَتْ تلك البحور، وله اخبار مشهورة، وقصص ماثورة، فيها بعض
الطول، وهى عادلة عن تلك السبيل، لاكنّى أُلِمُّ منها بِلُمْعَة قال ابن حيان تعطلت قصبة
باجة فى ذلك الاوان بسبب فتنة البرابرة وخربت على قدم بنائها فى الجاهلية واتّصال عمرانها
فى الاسلام ومكانها من طيب المدّة واتّساع الخطّة وكانت آفاتُها من اختلاف اهلها قديما
ولقاه [b] شُؤْمِ العصبيّةِ بين العرب منهم والمولدين الى اخر الايام فسما لها ابن عباد وابن
مسلمة المعروف بابن الافطس وذهبا يومئذ . . . [c] فاستظهر القاضى ابن عباد فى ذلك fol. 4 r.
بحليفه محمد بن عبد الله البرزّلى صاحب قرمونة . . . . . [d] ابنه اسماعيل لبنائها فسبقه
ولد ابن مسلمة اليها الملقّب بالمظفّر وجاءه مدد ابن طيفور . . . . . [e] من امراء الساحل
فنزل ابن عباد عليه بباجة وضربت خيله الى ناحية يابرة والغرب . . . . . [f] واتّصلَ الحصار
بابن الافطس بباجة وانصرج الجمع عن اسره وقتل كبار رجاله وبعث بالاسر الى ابيه وكان فى
جملتهم اخٌ لابن طيفور صُلِبَ باشبيلية وحُبِسَ ولدُ ابن الافطس عند صاحب قرمونة ابن عبد
الله وبلغت هذه الغارة من ابن الافطس الغاية وتجاوزَ البلاء فرَغَمَتْهُ المهابةُ وقَبَضَ جناحه

a) Cod. البيتوتات. b) Cod. ونفا. c) Lacuna in Cod. d) Lacuna in Codice. e) Lacuna in Cod. f) Lacuna in Cod.

باسر ابنه ووهن ابن طيفور بقتل اخيه وكان ابن عبد الله بقرمونة قطب رحى الفتنة كثيرا
ما يُحَرِّض القاضى ابن عباد الى الخروج الى بلد ابن الافطس والى قرطبة فيعمّ الجهات
كلّها تدويخا كلما آب من جهة صار الى سواها حتى *أَثَّرَ آثارًا[a] قبيحة فارتفع طَمَعُ وزراء
قرطبة المدبرين لها فيه[b] لانّه كان لا يوافقهم على دعوة اموى لفرط شذوذه عن الجماعة
وانما كان مذهبه طمس رسم الخلافة من معالمها بقرطبة وتَسْيِيرها اسوةَ اشبيليةَ فى اسنادها الى
رئيس من اهلها وطَرْد قريش عن سلطانها ابْطالًا للامامة ورسوخا فى الخارجية ودفعا لامر الله
فقطع سبل قرطبة وشدّ[c] حصرها فتمسك الوزراء بحبل بعض البرابر من بنى برزيل بجهة
شذونة وكانوا على قديم الايام جمرة زناتة باسًا وصَرامَةً[d] واعتضدوا بهم مدّة واعتضد ايضا
ابن الافطس بطائفة اخرى منهم فكان فى كل بلد جملة[e] منها سالَتْ عن اهل البلاد سُيُولُ
بها وخلطوا الشرّ بين روسائها واستخرجوا بذلك ما اظهره من دنانيرهم وخلعهم وجاحوا
ذات ايديهم وعلّموهم كيف يوكل الكتف فنال العجب عندنا بقرطبة وغيرها من صعاليك
قليل عددهم، منقطع مددهم“ اقتسموا قواعد الارض فى وقت معًا مُضَرِّبين بين ملوكها،
راتعين فى كلاها، باقرين (?) على فِلْذتها“ حلّوا محلّ الملح فى الطعام بباسهم الشديد،
وقاموا مقام الفولاذ فى الحديد“ فلا يُقْتَل الاعداء الا بهم، ولا تعمر الارض الا فى جوارهم“
فطائفة عند ابن الافطس تقاوم اصحابها قَبْلُ ابن عباد، وطائفة عندنا بقرطبة تَحَيَّزَ
اهلها عن الاضداد، فسبحن الذى اظهرهم ومَكَّنَ فى الارض لهم الى وقت وميعاد“ وكان
انطلاق المظفر من يد ابن عبد الله فى ربيع الاول من سنة احدى وعشرين فى خبر طويل
وعرض عليه ابن عبد الله يوم اطلقه ان يجتاز على القاضى ابن عباد فى المنّ عليه بفكه[f]
فابى من ذلك وقال مقامى فى اسرك اشرف عندى من تَحَمُّلِ منّته فلمّا انفردتْ باليد عندى fol. 4 r.
والا أَبْقَيْتنى على حالى فاعجب ابن عبد الله بمقاله ونافَسَ فى اسداء اليد عنده لكمال
خصاله وأَكْرَمَ تشييعه فنَفَذَ الى ابيه يومئذ ببطليوس وقد هُذِّبَتْ[g] محنتُه وتمّت أَدَواتُه

---

a) Cod. اثرا اثرا. Si alterum istud اثرا servandum esset, pro قبيحة legendum foret قبيحًا; servato قبيحة, conferri possunt alii loci, ut al-Marrākišī (MS. 546 p. 16): مه آثارُ سوء قبيحة. b) Cod. منه; cf. ad vers. h. l. c) Cod. وشدّ. d) Cod. وصرامه. e) Cod. حملة. f) Cod. لفكه. Cf. de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ٩٧ vs. 4 a f.: ما منّ الله عليهم به caet g) Cod. هذبته.

وقويت حنكته وكان مُرَجَّلا معقلا اديبا عالما فرجع الى مقاومة ابن عباد فلما كان فى سنة خمس وعشرين وجه ابن عباد بابنه اسماعيل مع عسكر الى ارض العدوّ تحت معاقدة بينه وبين ابن الافطس فلما اوغل اسماعيل ببلده يريد ارض غليسية وابن الافطس مُضْمِرٌ الغدرَ به بادر بجميع رجال تعدّد ª ورصده فى شعب ضيق فى طريق فَقْوٌ له ولم يعلم ابن عباد بشىء من تدبيره حتى حصل فى الأَشْوِطَة فبادر اسماعيل بالنجاة لنفسه واسلم جميع عسكره له وجرت عليه فى مهربه مع جملة من اصحابه شدّة لَجَأً فيها الى ذبح خيله والاغتذاء بلحومها ونجا بدمائه الى مدينة اشبونة اخر عمله من ساحل البحر المحيط فاصطلم ابن الافطس عسكره اصطلامًا لم يسمع بمثله ووقع سرعان العدوّ من النصارى على كثير منهم فاقتنصوهم اقتناصا وقتلوا منهم امّة وكانت حادثة شنيعة بقيت بهما عداوتهما الى اخر وقتهما ✿

قال ابن بسام ومن شعر ذى الوزارتين قوله

(المنسرح) ᵇ يا حَبَّذا ᶜ الياسمين اذ يَزْهَرْ … فوق غصون رطيبة نُضَّرْ
قد امتطى للجمال ᵈ ذروتها … فوق بساط من سندس أَخْضَرْ
كانّه والعيون ترمقه … زمرّد فى خلاله جوهَرْ

وقال

(السريع) ᵉ وياسمين حسن المنظر … يفوق فى المَرْءى وفى المَخْبَرِ
كانّه من فوق اغصانه … دراهم فى مطرف اخضر

وقال

(الطويل) ᶠ ترى ناصر ᵍ الظيان ʰ فوق غصونه ⁱ … اذا هو ᵏ من ماء السحائب يغتذى ˡ
وصفّت ᵐ به اوراقه فى رياضه … وقد قُدَّ بعض مثل بعض وقد حذى
كصفر من الياقوت يلمعن ⁿ بالضحى … منضدة ᵒ من فوق قضب الزمرد ᵖ

a) Cod. تعدده ; cf. ad vers. h. l. b) Idem carmen exstat apud 'Ibno-'l-Abbārum (MS. Paris. fol. 47 v.). c) 'Ibno-'l-Abbār جدّ. d) Cod. للجبال. e) Idem carmen offert 'Ibno-'l-Abbār (l. l.). f) Etiam hoc carmen reperitur apud eundem (fol. 48 r.). g) 'Ibno-'l-Abbār ناظر. h) Cod. الظيان. i) 'Ibno-'l-Abbār pro his فى لون. k) Omittit Id. l) Id. يعتدنى ; Cod. يغتدى. m) Cod. وحفّت. n) Id. يلبس. o) Id. منضّرة. p) Id. د pro ذ.

p. 220. CAPUT DE QÂÇIO ABŪ-'L-QĀSIM MOHAMMED 'IBN-ÀBBĀD, IN QUO QUAEDAM EX EIUS REBUS GESTIS NARRANTUR ET NONNULLA EX EIUS POËMATIBUS DESCRIBUNTUR.

AIT 'IBN-BASSĀM: Vir utroque Wezîr*atu* ornatus, Qâç*ius* Abū-'l-Qāsim Mohammed 'ibn-'Ismâîl 'ibn-Àbbād, vi summo imperio Hispali potitus, ex illorum erat numero qui multum valebant in disciplinis et in literis elegantioribus; apud eum viris eruditis quasi erat forum [1], et magno in honore eos habebat; poëtarum et oratorum [2] socius erat in poëmatibus condendis, et in ornatiori prosâ texendâ, tum quia eos ad alacritatem excitabat eorumque ingenii specimina eliciebat, tum quia eius indoles ad has artes exercendas apta erat. Wezîr*us* Abū-Râfi' 'al-Façl 'ibn-Àlī 'ibn-Ahmed 'ibn-Hazm 'al-Fârisī, in libro suo c. t. ***Ductor ad cognitionem genealogiae Àbbādi***dae [3] narravit quo modo eius stella orta est, et quo modo eius nomen inscriptum est in catalogo regum, ex quibus descripsi quae hac opportunitate commemorari debent et quae argumenti similitas cum meo proposito coniungit [4], et his addidi quae apud Abū-Râfi'*um* non inveni, ut ea quae explicavit augerem, et quae recte dixit complerem.

AIT ABŪ-RÂFI': Al-Qâçī 'Ibn-Àbbād est Abū-'l-Qāsim Mohammed, filius viri utroque Wezîr*atu* ornati Abū-'l-Walîd*i* 'Ismâîl*is*, qui filius erat Mohammed*is*, q. f. e. 'Ismâîl*is*, q. f. e. Qoraiš*i*, q. f. e. Àbbād*i*, q. f. e. Àmr*i*, q. f. e. Aslam*i*, q. f. e. Àmr*i*, q. f. e. 'Itâf*i* [5], q. f. e. No'aim*i* [6]; 'Itâf*us* autem primus erat ex hac gente qui Hispaniam intravit; ertinebat ille ad exercitum Balg*i* 'ibn-Bišr 'al-Qošairī; erat ex populo Emessae in Syriâ, ex puro immixtoque Laćmî*dico* genere oriundus; relictâ Emessâ, habitavit 'al-Àriš [7], qui locus situs est in fine 'al-Ģifâr*i* [8] inter Aegyptum et Syriam; in Hispaniâ habitavit

1) Ubi nempe virorum eruditorum merces (i. e. ingenii specimina) bene vendebantur.

2) Copula necessario hic addenda fuit; البلغاء enim non appositio est praecedentis vocis الشعراء, sed *scriptores elegantioris prosae* exprimit. Nunc video 'al-Homaidi*um* (MS. Oxon. fol. 35 v.) ex quo verba له في العام usque ad طبعه من ذلك descripta sunt, etiam copulam addere.

3) De hoc libro eiusque auctore vide in *Epilogo.*

4) 8ª forma verbi وصل non tantum significat *coniunctus fuit*, ut est in Lexico, sed etiam *coniunxit;* cf. aliud exemplum statim infra in loco 'Ibn-Haijân*is* (supra in textu p. 220 vs. 4 a f.).

5) Sic hoc nomen pronuntiare iubet 'Ibno-'l-Àbbâr (MS. Paris. fol. 47 r.), non Àttâf ut in 'Ibn-Bassâmi Codice scriptum est et ut pronuntiavit de Slane (*Ibn Khallican's Biogr. Dict.* III. p. 186).

6) Nomen نعيم pronuntians Noaim, secutus sum 'al-Qâmûs*um* (ed. Calc., p. 1701), illud nomen proprium ut زبير pronuntiare iubentem.

7) De 'al-Àriš, veterum Rhinocolurâ, cf. Abū-'l-fedâ*i* *Geograph.*, ed. Paris., p. 109.

8) De 'al-Ģifâro, praeter Abū-'l-fedâ*um* (l. l.), inprimis conferenda est Hamakeri annot. ad *Fotûho Miçr* p. 182 sq.

vicum Jaumîn [9], ad ditionem urbis Toššenae (*Tocina*), tractumque Hispalensem pertinentem.

Ait 'Ibn-Ḥaijān: 'Ismâîl ·ibn-Âbbâd Qâcius ex hac gente qui ante multos annos praefecturam exercuit [10], κατ' ἐξοχὴν vir Occidentis dici merebatur [11], et coniungebat principatum in senatu cum principatu in bello. Minus quam caeteri omnes qui eius tempore vivebant, opus colligebat; pecuniam erogabat ex privato suo aerario et ex terrarum suarum proventu; nunquam vel nummum aeneum suum in usum colligebat, qui pertineret ad opes Soltâni huiusve famulorum. Liberalissimus quoque erat ut alios bonorum suorum participes faceret: varios enim exules Cordobenses hospitio excepit, quum bellum civile in illâ urbe arderet. Notus erat praeterea praeclarâ sapientiâ, copiosâ doctrinâ, animi constantiâ, quibuscum coniunctae erant mentis subtilitas, rerum futurarum providentia; acri insuper ingenio praeditus, rem semper acu tangebat [12].

Vir utroque Wezîratu ornatus Abû-'l-Qâsim, eius filius, adolescens cum prudentiâ se continuit [13], sed deinde, vir factus, se extulit ut ad ipsam remotissimam metam perveniret: tunc omnia turbavit, miscuit sibique crudelia crimina pro iumentis cepit. Beneficia p. 221.

---

9) Non تويمين, ut 'Ibn-Câllicânis Codices offerunt. In libro manu scripto, qui ad antiquam Hispalis topographiam illustrandam utilissimus foret, nisi nomina propria vehementer corrupta offerret, nempe *Repartimiento de la muy noble y leal ciudad de Sebilla que hiço el Rey don Alonso el dezimo, Rey de Castilla y Leon que por excelencia fue llamado el sabio, era de 1291, ques Año del Señor 1253* (Mus. Britann., MS. Egerton 478) sermo est (fol. 2 v.) de » El aldea que dezian en » tienpo de Moros Torconina, a que puso el Rey [nempe Alphonsus X^{us}] nombre de Molina." Fortasse legendum est *Toriomina*, quod esset Arabicum طور يومين. Vocabulum طور in universum *montem* exprimit (vide Quatremère *Hist. des sult. maml.* I. 1. p. 79), et fieri potest, ut vicus de quo hic sermo est, in monte situs fuerit. — Quia in sqq. Codicem illum Hispanicum, qui in Museo Britannico asservatur, saepius citabo, paucis hic describendus est. Est in formâ quae folio dicitur haud ita magnâ, et praeter Indicem continet folia 113. Scriptus est anno 1623 a Blas de Salazar, qui ipsum archetypum ad literam (*a la letra*), ut affirmat, descripsit: nihilque nisi armorum insignia (*escudos de armas*), quae in Codice picta sunt, addidit.

10) Sic phrasin قديم الولاية vertendam arbitror, collato loco apud 'Ibn-Batûtam (MS. Cl. de Gayangos fol. 284 v.) obvio: قُدَماء فى الاسلام *qui a longo inde tempore Islâmismum profitentur.*

11) Cf. phrasis apud 'Ibno-'l-Catîb (*Lexic. Biogr.* MS. fol. 34 v.): إمامُ المغرب قاطبةً.

12) Forma قرطسة, i. q. قرطاس (nempe *scopum*) exprimens, Lexico est addenda.

13) 5^a forma verbi مهل hunc vel similem saepe habet sensum; cf. Bidp. *Fab.* p. 4: فراى إعمال الحيلة والتَّمَهُّل, ubi est *lente et cum prudentiâ se gerere.*

ei praestiterat [14] post mortem patris 'Ismā'ilis 'al-Qāsim 'ibn Ḥamūd, eique suam haereditatem restituerat, munus nempe Qāḍī in suâ urbe, a quo aliquamdiu remotus fuerat: hic princeps eum suâ fiduciâ dignum iudicaverat, sed, quum fortuna huic tergum verteret et perfide eum relinqueret, perfide simul eum reliquit Abū-'l-Qāsim, rerum exitum quem bene perspectum habebat, caeteris anteponens, et sui ipsius incolumitati prospiciens; repulit eum hanc ob causam ab Hispali urbe suâ, quum illuc se Cordobâ, ruptâ exercitûs acie, conferret. Hoc ei facile reddiderunt nonnulli proceres, qui se Wezīros vocabant [15], hac in re aemuli [16] Wezīrorum Cordobensium, etiamsi maiorem huius muneris partem in 'Ibn-'Abbādum deferrent, quia eos conditione bonorumque abundantiâ superabat, et sciebant illum tertiam Hispalis partem possidere, quod attinet ad agros et reditûs, studentes eum sic fallere ita ut se averteret ab opibus suis curandis, simulque studentes suas opes sibi servare [17]; hoc modo ipsos sibi emit, quod non animadverterunt antequam in foveam cecidissent. Magno erant numero, et inter eos erant filii Abu-Becri 'az-Zobaidii grammatici, filii Jarīmi, ministri 'Ibn-'Abbādi, alii; his domuit quasi res [18] sibique populum conciliavit; quum autem omnia secum consentientia [19] videret, impedivit illos suos socios quominus aliquid agerent [20], sibi soli imperium arrogavit, et reliquos exauctoravit [21]; quod autem ad modum attinet quo cum iis egit, talia commisit quae enumerare molestum est, et in quibus vehebatur .... in viis illorum qui regna sibi acquirere student, donec iam solus caeteros praevertisset, omnia suo imperio recte concinnasset, et universus

---

14) Simplex اصطنع c. a. p. significare: *praestitit alicui beneficia, benigno modo aliquem tractavit*, Lexico est addendum. Vide aliud exemplum in de Sacy, *Chrest. Arab.* II. p. ٣٢ vs. 1.

15) Haec significatio 8ae formae verbi رسم Lexico est addenda; cf. aliud ex 'Ibn-Ḥaijāne exemplum supra in textu p. 221 vs. 6 a f.

16) De tertiâ formâ verbi نغى cf. omnino de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. 322.

17) Sententia paullo intricatior est, attamen auctor, ni fallor, hoc voluit: Weziri illi summum imperium in 'Ibn-'Abbādum contulerunt, eo consilio ut hoc occupatus opum suarum, (نشب hoc sensu apud 'Ibn-Ḥaijānem frequens est) curam non haberet, et ut ipsi eo magis suis opibus curandis et augendis operam navare possent.

18) Eadem metaphora exstat apud de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ١٥ vs. 2 a f.: اذا راضَ يحيى الامرَ.

19) Ex 'Ibno-'l-'Abbāri lectione: *sibi bene firmata.*

20) Conferenda est phrasis, in Lexico annotata, قَبَضَ يَدَهُ عنه, quae proprie exprimit: *contraxit manum, se a re capiendâ avertens*, quae phrasi quae hic legitur sine dubio originem dedit.

21) Sic verti, quia 4a verbi سقط forma significat *exauctoravit, dimisit* milites, ut apud 'an-Nowairium (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 479): أَسْقَطَ من جنده نحو من سبعة الاف, et (ibid. p. 480): الذين أَسْقَطَهم محمّدٌ من جنده ❀

regionis populus iam praesto esset ad obedientiam ei praestandam, et hanc reverâ praestaret. Agendi modum secutus est illorum dynastarum qui eius iuventutis tempore in Hispaniâ fuerant; firmo egit proposito et vigilantissimâ sedulitate; multa nova ad regni administrationem pertinentia, primus invenit, in quibus multos alios ex illis praeivit; sed vestigium 'Ibn-Ja'îŝi, Toleti principis, eâ in re pressit, quod munus Qâḍî retineret et hoc nomine se vocaret; nihilominus egit ut agere solent tyranni. Statim colligere incepit viros liberos varia exercentes, et emere servos, ita ut — opem ferente fortunâ et rebus se sibi accommodantibus — par fieret reliquorum Hispaniae dynastarum, horumque plurimos superaret insigni suâ potestate et pedissequorum numero. Tunc effecit Deus ut omnes eius subditi ex eo utilitatem caperent [22], eosque liberavit ab imperio Berberorum. Haec vero molitus, Abu-'l-Qâsim gradatim adscendit illisque negotiis sensim sensimqne operam dedit, donec suum attigisset scopum, potestatis suae fundamenta recte disposuisset huiusque funes constrinxisset. Eius historiae inter homines commemorantur et notae sunt.

Ait etiam 'Ibn-Ḥaijân: Ex notissimis eius historiis est quod oculos convertit ad pedissequos illos Merwânîdarum, qui superstites erant [23]: tunc ei nuntius allatus est de suppositicio illo viro, qui Hiŝâmum 'ibno-'l-Ḥacam similitudine referebat [24], quique iam p. 222.
prae se tulerat se ex manibus Solaimânis celeritate [25] effugisse, diu se in Orientis regionibus latuisse, et deinde ad Hispaniam rediisse. Tunc haec historia radices egit in hominum cordibus [26], quia iam antea de illo viro (Hiŝâmo) sermo fuerat, et de eius morte dubitabatur, quoniam Solaimân, eius interfector, neglexerat eius cadaver hominibus monstrare, ut mos erat famulorum regum, si quem imperio privarent; quod sive inde ex-

22) 2a forma verbi نفع Lexico est addenda. Occurrit etiam in de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. ٧٨ vs. 2 a f.

23) Hic, ni fallor quaedam cogitatione, hunc in modum, supplenda sunt: *eo consilio ut ex iis quendam Hiŝâmum esse declararet; sed hac curâ exoneratus est, quia caet.*

24) Pronuntiavi المُشَبِّه ut partic. activ., collato loco 'an-Nowairîi (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 483): قتلوا مَنْ شُبِّهَ بالبربر بها. Fieri tamen potest ut pronuntiandum sit المُشَبَّه ut partic. pass., et tunc foret: *qui putabatur Hiŝâmus*, collato 'an-Nowairio (*Hist. Aeg.* MS. 2 *o.* fol. 114 v.): اخبرنى انه شاهد رجلا — فشبّهته ببعض من اعرفه — فلم اجده ذلك وشبّهته باخر *Narravit mihi se vidisse virum quendam; — hunc, dixit, quendam esse putavi ex iis quos noveram — sed vidi rem haud ita sese habere; tunc alium quendam eum esse putavi.*

25) Sic قاهِرَةً vertendum existimo, collato Pedro de Alcala (*Vocab. Esp. Arab.*) qui *ahinco* vertit قاهرة.

26) Notanda est phrasis hic obvia, quae proverbialis videtur, et quam verbotenus sic verterem: *istud, erodentis vermis instar, in hominum cordibus natum est.*

plicandum sit, quod Solaimān tunc despectui haberet illos quorum viros nobiles iam vi dominio tenebat, sive inde quod, ex Dei voluntate, error obtinuisset [27], semper fatum suum attigit scopum propter Dei decretum, sive ab aeterno tempore in divinâ mente sive in libro Eius (*'al-Qorāno*), constitutum [28]. Tunc continenter nonnulli ex eius asseclis palam quidem eius mortem annunciabant, sed simul hac de re historias narrabant, quae a veritate alienae sunt et quae proficiscebantur a feminis et eunuchis palatii Cordobensis; hae tamen adhaeserunt quasi viris maioris dignitatis ex asseclis Merwānī*darum*, qui eum incolumem evasisse statuerunt, et decreverunt eum adhuc vivere [29]; narraverunt eum, regnum tenentibus Berber*ibus*, Cordobam pervagatum fuisse, sponte opificium exercentem [30], ut victum quaereret. Deinde narraverunt eum in Orientem traiecisse, [eum constitisse]

---

27) Nempe, ita ut alius pro Hišāmo interfectus fuerit, ipse vero fugâ se morti subtraxerit.

28) Significat haec sententia: *quidquid acciderit, semper hoc accidit decreto fati*; cf. ex parte supra p. 176 vs. 1.

29) Animadvertatur verbum قدّاع h. s. hic cum على construi.

30) Vocabulum مِهْنَة, in plur. مِهَن, *opificium*, *ars quam quis exercet* significat. Lego apud 'an-Nowairīum (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 479), qui de militibus dimissis loquitur: وعادوا الى مِهَنِهم فانتفع بهم الناس; apud Ibn-Bassāmum (infra in §. 3 MS. Oxon. fol. 71 r.): المتصرفين فى صغار المهن. Ibn-Gobair (*Itinerarium* MS. 320 (1) p. 194): وليس بمسينة (Messina) هذه من المسلمين الا نفر يسير من ذوى المِهَن ولذلك لا يستوحش بها المُسْلِم الغريب, in quo loco ذوو المهن *opifices* denotat. Ex hoc loco corrigi potest locus Ibn-Ḥaijānis (apud Ibn-Bassām MS. Goth. fol. 142 r.) qui de textore isto Ḥacamo, qui regnante Hišāmo III°. Wezīr*atum* adeptus est, loquens, ait: وكان من مغرس ذى ومهنة مرذولة. Legendum est: وكان مِنْ مَغْرِسٍ ذوى مِهْنَةٍ مَرْذُولَةٍ. Ipsa 8a forma verbi مهن in alio loco Ibn-Ḥaijānis significat: *opificium exercuit*, *opifex fuit*. Narrat (MS. Goth. fol. 3 v.), tempore belli civilis multos viros, Moslim*os*, Sclavonios, Hispanos Christianos, Bascos, se Valentiam contulisse: وانْتَمَتْ جماعةٌ هذه الاصناف الممتهنة الاصاغر معهم الى وَلاء بنى عامر وانْتَفَتْ عن نَسَبِها ابتغاء عرض الدنيا, *cumque iis magnus numerus ex istis hominum plebeiorum generibus, quae opificia exercent, se recepit in tutelam ditionis Āmirī*darum, *et se separavit a suâ familiâ, bona mundana acquirere cupiens.* (Quod ad 8am formam verbi نمى c. الى attinet, cf. de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ٧١ vs. 6). Non dubito itaque quin 8a verbi مهن forma hic significet *opificium exercuit*. Ex Lexico vel *famulus* (servus?) *factus esset* Hišām*us*, quod vix credibile.

in illâ regione, ibi vespertino tempore devertisse [31] in quodvis aedificium Dei cultui destinatum, et unumquemque terrae tractum peragrasse: eum deinde exacto temporis spatio [32], domum rediisse, quum iterum Merwânî*darum* genti imperium restitueretur, quia laeti illi rumores ei narrati erant. De eius reditu certiores facti [33], plurimi ex eius asseclis se ei submiserunt [34], et hac in re errarunt, ut errant viri qui, neglectâ rerum investigatione, aliorum auctoritatem sequuntur, et quos ludibrio habent philosophi [35]; donec tandem, ut narrabant, appareret Almeriae, anno 426, diebus Zohairî Sclavonii. Non cessavit historia huius viri qui Hišâm*um* similitudine referebat, in hominum cordibus prorepere ut repit ignis in carbone; tunc cogitavit 'Ibn-Âbbâd de iis quae de hoc viro ferebantur, et his nixus dolum machinatus est; vel minima enim utilitas quae inde ad ipsum redundare poterat, haec erat quod ingrato 'Ibn-Hamûdî imperio se subtrahere et omnes homines ad bellum contra hunc gerendum excitare posset. Prae se itaque tulit, Hišâm*um* apud se devenisse; collegit omnes feminas quae Hispali superstites erant et antea ad palatium vel gynaeceum pertinuerant, quarum plurimae [36] illum virum agnoverunt

31) Haec si recte intellexi, Lexico addendum est verbum قحصر c. acc. significare *vespertino tempore venit ad*. Fortasse tamen legendum est قصد, *venisse ad*.

32) Textum mutare non ausus sum, licet mihi ignotum sit vocab. أمد feminini esse generis.

33) Ne quâ dubium sit an 5ª forma verbi سمع reverà cum ب construatur, adscribo locum ex *Historiâ Âbdo-'l-Wâdi*darum (MS. 24 (2) fol. 94 v.): فَتَسَمَّعَ يغمور اسن باقباله عليه.

34) Forma دينونة est collectiva, ducta a singul. دَيْنُونٌ, quae Lexico est addenda. Hanc adiectivi formam فَعْلُولٌ neque in Sacyi neque in Ewaldi grammaticâ reperi; sed conferenda est Hebraeorum forma in וֹן, ut יְשֻׁרוּן a יָשָׁר. Haud improbabile mihi videtur illam formam فَعْلُولٌ *diminutivam* esse, et tunc usurpari quando *cum contemtu* loquuntur Arabes. Caeterum conferenda est infinitivi forma فَعْلُولَةٌ (cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 283), quae in formis med. و vel ى satis frequens est, et ab 'Ibn-Haijân*e* valde amatur, ut شَيْخُوخَةٌ a شاخ ('Ibn-Haijân apud 'Ibn-Bassâm MS. Goth. fol. 140 v. vs. 9 a f.; 142 r. vs. 3), et بَيْنُونَةٌ, ut (MS. Goth. fol. 142 r.): اولى البينونات *viri nobiles, patricii*.

35) Explicationem vocis technicae تقليد ex 'at-*Tarîfât* iam dedit Freytag in Lexico; in loco ibi descripto pro معتقد legendum est مُعتقدًا, ut recte exstat in ed. Constantinopolitanâ (p. 36). Huic opposita est vox تحصيل quae proprie *conclusionem ex praemissis* (in philosophiâ) denotat.

36) Non dubitavi quin pro corrupto isto سناء quod hic in Codice legitur, restituendum esset نساء, cui emendationi non obstat pron. *masc.* هم quod hic in textu legitur. Cf. Ewaldi *Gramm. Crit.* II. p. 189 med. Masc. hic in pronomine et in sq. verbo etiam ex vagâ notione vocis مَنْ explicare posses.

et viderunt eum eundem esse atque Hišāmum; innuit autem 'Ibn-Ābbād certis suis hominibus, iis significans quid suà agendi ratione assequi studeret. Quo factum ut eius inimici iam gradum retro darent, et eius auctoritatem sequi cuperent. Sic itaque 'Ibn-Ābbad causam interservit bello quod cum 'Ibn-Ḥamudo gerere moliebatur. Virum illum [pseudo-Hišamum] hominum oculis subtraxit, sed de eius praesentiâ omnes viros nobiles principesve per literas certiores fecit, eosque incitavit ut omnes vires intenderent pro hoc Califâ occultato, servis manumittendis 37, eo quod talem impetum in hostem facerent qui in celebribus proeliis obtinet 38, et bello eius nomine gerendo. Tunc plurimi in Hispaniâ se praecipites in hoc negotium iecerunt; voluerunt Cordobenses eum senatûs praesidem constituere, et creaverunt 39 legatos qui viderent utrum vir ille reverâ esset Hišāmus; tunc firmum de eo testimonium datum est; 'Ibn-Ǵahwar enim et alii hac de re testimonia divulgaverunt 40, licet quid huius rei verum esset probe scirent, desiderio bonorum mundanorum permoti et .... ['Ibn-Ǵahwar autem] etiam sic egit, quia sic studebat 'Ibn-Ḥamūdum repellere, qui urbe Cordobâ potiri moliebatur 41; sed cito ab hac re rediit ad confitendum se falsi quid affirmasse, quâ in confessione per reliquum vitae spatium permansit, postquam viderat graves res quae inde excitatae sunt et ortae 42, bella nempe civilia, calamitates, tyrannos suos adversarios prostrantes, imperia nunc in hunc nunc in illum collata. Huc usque 'Ibn-Ḥaijān.

p. 223. Ait 'Ibn-Bassām: Qāḍius 'Ibn-Ābbād, si famam sequimur, erat exundans fluctus vel

---

37) Ut nempe hi, libertate donati, milites fierent.

38) Hoc tantum sensu verba كرّة الايام accipi posse, mihi videtur. Verbum كرّ, cum على constructum, significat *impetum fecit in* aliq, ut in Koseg. *Chrest. Arab.* p. 96, ubi de 'Antarâ dicitur: يطعن بالقصب الفارسي اوراق الشاجر، ويكرّ عليها في البرّ الاقفر". Hinc كرّة *impetum in hostem* denotat, ut ap. 'Ibn-Saîd) ap. Freyt. *Chrest. Arab. gramm. hist.* p. 141): والثوار في المعاقل تنزو وتروم الكرة ✿

39) Haec significatio 4ae formae verbi شخص Lexico est addenda.

40) Affirmare non audeo, me hic recte Codicem legisse: in apographo meo ندو cum interrogandi signo scriptum est, ex quibus literarum ductibus tantum نَدَّد elicere potui. Iam ab alterâ parte, collato scholio ad 'al-Ḥaririum (p. 11), haud improbabile mihi videtur, hoc verbum cum accusativo construi posse: ندّ البعيرُ enim significat *fugax fuit camelus*; hinc ندّد البعيرَ foret *fugacem reddidit camelum*, unde *divulgandi* notio fluxit; ab alterâ vero parte mirum est hic copulam desiderari.

41) De phrasi فغر فاءه vel فمه vide supra p. 28 ann. (86) et cf. p. 49 vs 1.

42) Observanda hic est logica constructio: grammatica enim postularet انبعث et جرى, sed auctor انبعثت et جرت scripsit, quia iam de sequentibus collectivis فتن et محن cogitabat.

coruscans flamma; acris ingenii virum declarabat 43 illum qui astutus erat et dolis decipiebat; subtilis mentis illum esse dicebat, qui quemvis suspectum habebat; efferebat se ut caperet, et dixisses illum deponere; efferebat se ut volaret, et putabatur illum delabi. Hispali summum imperium adeptus est, quum cuivis castello stabile adesset malum, et quâvis arce potitus esset exercitûs dux. Regnabat in urbe quia insigne *Qâḑî* munus gerebat, cuius pallium deinde in nullum alium transtulit cuiusque vexillum nemini tradidit; tandem firmum factum est 44 imperium Jaḥjâ*i* ·ibn-Ălî*i* ·al-Ḥamûdî*i*, ut in praecedentibus narratum est; tunc coactus est Hispalis populus se huius imperio submittere, eique eandem obedientiam praestare quam ei praestabant eius asseclae; propter quasdam quae acciderant res, ab Hispalensibus obsides poposcit 45, qui apud se remanerent; tunc unusquisque tenaci animo filio suo adhaesit, sed properanter Qâḑî*us* ei filium suum Ăbbâd*um* tamquam obsidem tradidit 46, quo factum est ut [sibi populum quum sic conciliavisset] iam solus regnaret, et imperio potiretur. Hoc potitus est 47 delendis nobilibus gentibus et dispergendis viris nobilitate conspicuis 48, cuius rei primum documentum edidit quum dignitate suâ privaret duos illos qui tunc consules erant urbis, ·az-Zobaidî*um* 49 et ·Ibn-

---

43) Haec significatio 4^ae^ formae verbi ذكا Lexico est addenda; 4^a^ forma verbi دها, quae statim sequitur, prorsus in Lexico desideratur. Omnino autem cum hoc loco conferendus est locus ·Ibn-Câqânis, quem supra edidi p. 51 vs. 3 a f.

44) Proprie scribendum esset استوثق, sed استوسق fere frequentius est apud historicos. Ex multis exemplis citare sufficiat ·as-Sojûtî *Ḥosno 'l-moḥâḑara* (MS. 113 fol. 53 v.): لما استوسق له الامر; ·Ibno-'l-Câtib (MS. Cl. de Gayangos fol. 67 r.): استوسق له الامر. Cf. etiam supra in textu p. 223 vs. 13; infra in §. 3 MS. Oxon. fol. 10 r.; 72 r.

45) Verbotenus: *eos* (i. e. *eorum animos*) *convertit ad obsides.*

46) Lexico addendum est, 3^am^ formam verbi رهن, cum duplici accusativo constructam, significare: *tamquam obsidem tradidit aliquem alicui.*

47) Ut 10^a^ forma verbi ظهر, cum ب personae constructa, saepius significat *vicit* aliquem, sic eadem forma, cum على rei, saepius exprimit *potitus est* re, quod Lexico addatur. ·Ibn-Bassâm (MS. Goth. fol. 6 r.) de ·Ibn-Ămmâro: وقعد بها (Murcia) مقعد الرؤساء ، وخاطب سلطانه مخاطبة الاكفا « فاستظهرا (فاستظهر l.) على ذلك بجرّ الاذيال ، وافساد قلوب الرجال » معتقدا ان الرياسة كاسا يشربها; ·Ibn-Câqân (·*al-Qalâyid* MS. A. I. p. 196): الوُجْهة التى استظهرْتَ عليها باضدادك, *tractus quo ope tuorum auxiliatorum potitus es.*

48) Cf. supra p. 166 ann.^ie^ vs. 4 et ibi in ann. (*a*) sic corrige: I. e. *erant viri generis nobilitate conspicui.*

49) Hac datâ opportunitate, brevem ·al-Ḥomaidî*i* de hoc viro paragraphum publici iuris faciam. Invenitur illa in *Gadwaẓo 'l-moqtabis* (MS. Oxon., Hunt. 464, fol. 16 v.) et sic sonat: محمد بن محمد

Jarîm*um*, quos eâdem facilitate complicuit quà complicatur libri folium 50, et quos subito comprehendit, ut comprehendit quasi umbra homines. Quo facto, Qâçî*us* adiutore usus est 51 Habîbo 52 suo pari, qui quasi axis erat molarum imperii 53 Qâçî*i*, viro ex agro Hispalensi oriundo, ex ignobili genere nato, et ex ignotis proavis oriundo 54, primo inter aequales mali copiâ, primo item copiâ dolorum et machinarum. Adiutore etiam usus

---

ابن الحسن الزبيدى ابو الوليد من اهل الادب والرياسة ذكره ابو محمد على بن احمد ابن سعيد الفقيه وهو احد الثلاثة الذين تقدّموا باشبيلية فى تدبير الامور على ما تقدّمنا قبلُ ثمّ أُخْرِجَ عنها ودخل القيروان ثمّ استوطن المرية وولى القضاء بها وقد شاهدتُه هنالك بعد الاربعين واربع مائة وسمعتُه يقول انه سمع كتاب مختصر العين من ابيه وأَخْرَجَهُ الينا وقرأه عليه بعضُ اصحابنا وقد روى عن عمّه عبد الله ايضا ۞

Ad posteriorem huius paragraphi partem, ut ad verba 'Ibn-Haijân*is*, quae supra habuimus, (text. p. 221 vs. 8, version. p. 228 vs. 6 a f.) intelligenda, sciendum est huius 'az-Zobaidi*i* patrem fuisse 'Abû-Becr*um* Mohammed*em* 'ibno-'l-Hasan 'az-Zobaidî 'an-nahwî, celebratum philologum, cuius vita est in 'al-Homaidî*o* (l. l. fol. 20 v. sq., non 80 ut scribit de Gayangos II. p. 478), in 'Ibn-Câqân*is* '*al-Matmah* (vide supra p. 19 n°. 7), in 'Ibn-Callicâne (ed. de Slane, I. p. 722) et in 'aç-Çabbî*o*, ut iam monuit Cl. de Gayangos (l. l.). Complura hic scripsit opera in quibus etiam est epitome libri '*al-Ain* dicti, cuius auctor est Calîl 'ibn-Ahmed. — Caeterum animadvertenda est phrasis: أَخْرَجَ الينا ذلك الكتاب quae simpliciter significare videtur: *monstravit nobis illum librum*, et in quâ *docendi* notio non inesse posse, sequentia, ni fallor, demonstrant.

50) Cf. 'al-Harîrî '*al-Maqâmât* p. 93: فاحجمتُ عن القول إِحْجامَ المرتاب، وطويتُ ذكره كطلى السنجلّ للكتاب ; 'Abû-'l-alâ (citatus a Scholiastâ 'al-Harîrî*i* p. 601):

(الطويل) طويتُ الصبى طىّ السجلّ وزارنى   زمانٌ له بالشيب حكم واسجالُ

51) Haec signif. 2ae forma verbi أَيَّدَ (cum ب pers.) Lexico est addenda; cf. cognomen المُؤَيَّد بالله.

52) Hac datâ opportunitate brevem paragraphum quam 'al-Homaidî (*Gadwato 'l-moqtabis* MS. Oxon. fol. 85 r.) de hoc viro offert, publici iuris faciam. Ait: حبيب بن عامر ابو عبدْ الله ذو الوزارتين كان اديبًا فاضلًا مذكورًا بغير نوع من المكارم وكان رئيسًا جليلًا باشبيلية ايامَ بنى عباد ۞

53) Frequens apud 'Ibn-Bassâm*um* metaphora. Citare sufficiat MS. Goth. fol. 10 r.: دارت عليه الرياسة مدار لم تَدُرْهُ رحى على قطب ۞

54) Cf. infra in §. 3 MS. Oxon. fol. 71 v.: "لم تكن له سابقة قديمة، ونباهة معاومة; 'Ibn-Câqân '*al-Matmah* MS. fol. 51 v.: وارتمى الى رتبة لم تكن لبنيه بمطابقة، فسما دون سابقة.

est filio 'Ismāīle, viro qui mentis firmitate monti erat similis, qui strenuitate gigas [55] videbatur, qui rutabulum quasi erat quo iste ignis excuebatur, qui in hoc equorum cursu caeteros praevertebat. Hos a latere habenti stabile factum est imperium et effuderunt se ista maria. Eius historiae cognitae sunt, et quae de eo narrantur nota sunt; sunt autem multa neque huc pertinent, attamen pauca attingam [56].

Ait 'Ibn-Haijān: Illo tempore colli quasi monilibus privatum est castellum Bāgae, propter bellum inter varias Berber*orum* tribûs, et devastatum est licet iam antiquis Paganismi temporibus aedificatum fuisset [57], semper 'Islām*ismi* tempore bene fuisset habi-

---

55) Vocab. جبّير hic idem significat quod alioquin جبّار dicitur.

56) Verbum لمع in formâ quartâ proprie *micuit*, *micuit digitis* significat, et hinc *breviter*, *summatim aliquid* (ب) *indicare*, *attingere aliquid*, ut apud 'Ibn-Ćaldūnum (in de Sacy *Chrest. Arab.* p. ۱۱۸): فى فصل علم التاريخ وتحقيق مذاهبه والالماع بما يعرض للمؤرّخين من المَغالط والاوهام, فلنلمع بشىء من امرهم ;Ibn-Bassām infra in §. 2 MS. Oxon. fol. 7 v.: وذكر شىء من اسبابها; Id. fol. 9 v.: ألمعْتُ et deinde (ibid.): وقد سرد قصصهما ابو مروان بن حيان وسألمع بعيونها; MS. Goth. fol. 134 v.: ورايتُ هنا ان ألمِعَ بيسير من اخبار ابى الطيب منها بما فيه كفاية. Substantivum لُمْعَة, cuius plur. est لُمَع, in universum *splendens*, *nitens quoddam* exprimit, ut in verbis 'al-Ṯaālibīi, in praefatione 'al-Jatīmae (MS.): اختلسْتُ لمعة من ظلمة الدهر وانتهزتُ رقدة من عين الزمان, et hinc *locum nitentem*, *orationis lumen* designat. Sic iam recte statuit Cl. Kosegarten (*Kītābo 'l-agānī* I. p. 218), qui rectissime animadvertit perperam dicta esse quae protulit Cl. Weijers (in *Orient.* I. p. 392 sq.), pluralem لمع, quod لُمَّع pronuntiat, a sing. لامِع ducens; sed Kosegartenius, nullum exemplum singularis لمعة hoc sensu positi proferens, suam sententiam non probavit. Ex nostro itaque loco patet singul. لُمْعَة hoc sensu usurpari, et addo 'Ibn-Bassām MS. Goth. fol. 229 r.: ولم اظفر من كلامه —— فى تحرير هذه النسخة الا بلمعة كهلال ليلة. Satis frequens est plur. لُمَع et exemplis a Weijersio (l. l.) ex 'Ibn-Ćaqāne citatis addi possunt: *Kītābo 'l-agānī* (in praefatione); 'al-Jatīma (MS. 502 p. 489): فى ذكر ابن العميد وايراد لُمَع من اوصافه واخباره. Quum autem لمعة in universum *nitens quoddam* exprimat, haud mirum est لمعة hodie vocari Tarābolosī (Tripoli) in Africâ *parvum speculum*, quod disertis verbis testatur Lyon (*Travels in Northern Africa* p. 153) qui scribit *Lamma.*

57) „Beja is the *Pax Iulia*, or *Colonia Pacensis*, of Pliny." Cl. de Gayangos *Hist. of the Moh. Dyn.* I. p. 368.

tatum [58], insignem locum occuparet bonis abundanti temporis spatio, per quod exstiterat, et vasta essent loca eius aedificiis tecta. In peius ruit illud [59] ab antiquioribus temporibus quibus inter eius populum orta est dissensio et mali ominis aemulatio, ex nimis suae gentis amore orta, quae a se invicem avertit Arabes genuinos et non genuinos, usque ad tempora de quibus loquimur. Tunc se versus illud direxerunt 'Ibn-Ăbbād et 'Ibn-Maslama qui nomine 'Ibno-'l-Aftas*i* notus est, et illo tempore iverunt..... Tunc Qāç*ius* 'Ibn-Ăbbād opem imploravit a confoederato suo, Mohammed*e* -ibn-Ăbdi-'*l*-lāh -al-Birzali, principe Carmonae, [et misit] filium suum 'Ismāīl*em* ad illud castellum aedificandum, sed prius ad illud pervenit filius 'Ibn-Maslam*ae*, -al-Motaffar cognominatus, cui se adiunxerunt suppetiae 'Ibn-Taifūr*i*....., qui ad 'Emir*os* litoris maris pertinebat. Tunc 'Ibn-Ăbbād eum Bāg*ae* obsedit, eiusque equites incursiones fecerunt in hostium terras, usque ad tractum Evorae et -al-Garb*i* progredientes........, attamen interea 'Ibno-'l-Aftas sine remissione Bāg*ae* obsidebatur, et manifestum erat eius milites captivos continenter colligi eiusque duces continenter interfici. 'Ismāīl -ibn-Ăbbād captivos ad patrem misit, in quorum numero erat frater quidam 'Ibn-Taifūr*i*, qui Hispali cruci affixus est; filius 'Ibno-'l-Aftas*i* in carcere principis Carmonae, 'Ibn-Ăbdi-'*l*-lāh*i*, est inclusus. Haec incursio 'Ibno-'l-Aftas*um* summo dolore affecit et immoderata fuit eius sollicitudo; ita ut
p. 224. eum invitum subiugarent [60] timor et alae fractio [61] filii captivitate; 'Ibn-Taifur similiter debilis erat fratris nece. 'Ibn-Ăbdi-'*l*-lāh Carmonae erat quasi axis molarum belli civilis; saepe instigabat Qāç*ium* 'Ibn-Ăbbād*um* ad incursionem faciendam in terras 'Ibno-'l-Aftas*i* et in terram Cordobensem, ita ut hic omnes regiones sibi subiiceret; quotiescunque ex alterâ regione rediret, in alteram tetendit, donec turpi clade harum incolas affecisset. Tunc desiderium eius vincendi et potiundi [62], quod fovebant Wezīr*i* Cordobae, qui hanc

58) Patet عُمْرَان hic infinitivum esse verbi عمر; in Lexico, tamquam Infin., non annotata est haec forma.

59) Supra logicam constructionem in 'Ibn-Ḥaijān*e* observavimus, et vidimus eum femin. usurpasse, ubi grammatica masc. postulabat; sed ibi causa aderat, quam hic non video. Fortasse itaque pro وكانت, scribendum est وكان.

60) Hanc significationem, quae in Lexico deëst, hic 2ae formae verbi رغم, adscribendam esse, contextus suadet; confirmatur ea praeterea etymologiâ; prima enim forma significat: *vilis*, *abiectus*, *subditus fuit; invitus subiugatus et vilis fuit* caet.: hinc secunda: *vilem*, *abiectum*, *subditum reddidit*, *subiugavit*.

61) Phrasin عقابا لا يهاض لها جناح supra habuimus p. 50 vs. 4. هيض جناحه est proverbialis locutio, quae etiam occurrit in MS. Goth. 'Ibn-Bassām*i* (fol. 23 r.): فرجع لعنه الله وقد هيض جناحه ۞

62) Quum منه hic, quantum video, nullum praebeat sensum, illud in فيه mutavi; saepius illa confusio inter من et فى obtinet in Codicibus, et ut emendationem et versionem meam tuear, adscribam

urbem administrabant, eo etiam auctum est, quod Qāḍ*ius*, prorsus se a senatûs placitis removens, non cum iis consentiret in consilio quod habebant, ut quendam ex 'Omaija*darum* gente iterum Calîf*am* constituerent. Etenim unice studebat vestigium Calîf*atûs* delere a loco cui ille adhaerebat [63]; cupiebat ut ille, tamquam columen fulcrorum Hispalis, se ad certum quendam principem ex huius urbis populo, conferret; volebat Qoraš*itas* ab imperio, cum illo coniuncto, repellere, quia parvi faciebat 'Imām*atum*, firmus erat in haeresi et avertere volebat Dei iussum. Latrociniis itaque viis ad Cordobam ducentes, infestavit, et ipsam urbem in angustiam redegit. Tunc Wezîr*i* illi opem imploraverunt a nonnullis Berber*is*, ad Birzālî*das* pertinentibus et in tractu Sidoniae habitantibus, qui ab antiquis inde temporibus accensa quasi pruna Zenāt*arum* fuerant virtute bellicâ et strenuitate; horum itaque in humeris aliquamdiu innixi sunt. Similiter 'Ibno-'l-Aftas innixus est aliâ ex his turbâ; ita ut iam in quâvis regione ex iis turba adesset, per quam (lachrymarum) torrentes a regionum incolis fluxerunt; dissensionem excitarunt isti viri inter regionum proceres [64], et simul tamquam tributa acceperunt dînāros et pretiosas vestes, quas hi palam ostendebant [65]; horum possessiones exitio dederunt, eosque docuerunt quomodo scapula edatur [66]. Tunc nos, Cordobae et alibi degentes, diu mirati sumus,

---

sequentia exempla: Bidp. *Fab.* p. 6; Koseg. *Chrest.* p. 84 vs. 6 a f.; 'an Nowairî (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 451): طمعوا فى الامراء وخلعوهم مرّة بعد اخرى; Id. (MS. p. 463): تقدّمَ اليهم فى قلّة من العسكر فطمع فيه اهل طليطلة والفرنج واسرعوا اليه; Id. (MS. p. 485): فعزم على مراسلة البربر فى الصلح لما راى من اضطراب الجند عليه وطمعهم فيه. Hinc phrasis, in quâ 4ª forma verbi occurrit: أَطْمَعْتَ فِىْ العدوّ ('Ibn-Câqân in Hoogvlieti *Spec.* p. 50) vertenda est: *cupidum reddidisti me potiundi hostem.*

63) Si textus sanus est, Lexico addatur مَعاف esse nomen loci a verbo عاف.

64) Sic hanc phrasin verto, collatâ illâ quae mox sequitur, مُضَرِّبين بين ملوكها.

65) Sic hic vertendam esse 4am formam verbi ظهر docet alius locus Ibn-Ḥaijânis (MS. Goth. fol. 50 r.), ubi hoc verbum cum على p. et acc. r. construitur. Est hic: ياخذ كلّ ما اظهره عليه من نشب ويقرّره على ما اخفاه عنده ❁

66) Est hoc proverbium, ab 'al-Maidânio non annotatum, sed etiam ab 'al-Ḫarîrio usurpatum, ubi ait ('*al-Maqāmāt* p. 578): "فَبَيِّنْ لى كيف أَقْتَحِلُ، ومن اين تُؤْكَلُ الكتف", ad quem locum Scholiasta docet *scapulam* esu difficiliorem esse quam reliquas carnis partes, quia cartilaginosa est et caro ossibus quasi est irretita; addit proverbium significare: *docuit alium quo optimo modo rem aggrederetur.* Si haec proverbii explicatio etiam hic admittenda est, sententia nostri loci est: *docuerunt isti Berberi regionum principes quo callido vel insolenti modo propositum quis assequi posset.*

pauperes latrones, numero paucos et auxilio destitutos, inter se dividere terrae urbes uno eodemque tempore, dissensionem inter harum reges excitare, iucunde edere et bibere in harum utrâque......(?) harum cives[67]. Strenuâ suâ virtute bellicâ illum locum in civitatibus occuparunt, quem occupat sal in cibo, et chalybs quasi erant in ferro[68], ita ut non nisi horum operâ hostes interficerentur, et terra habitari non posset nisi istorum in clientelâ. Milites autem, qui ad illam cohortem pertinebant quae apud 'Ibno-'l-Aftas*um* erat, antea pro 'Ibn-Äbbādo pugnaverant[69], et milites cohortis, quae apud nos Cordobae erat, se a commilitonibus suis separaverant. Laudatus sit Ille qui iis potestatem dedit et firmum iis in terrâ domicilium dedit ad certum usque et constitutum tempus[70]!

Al-Motaffar ex carcere 'Ibn-Äbdi-'*l*-lâh*i* liber dimissus est mense Rebî*ï* primi anni 421, postquam multa ei acciderant. Die quo eum libertate donabat, proposuit ei 'Ibn-Äbdi-'*l*-lâh, ut in itinere 'al-Qâç*ium* 'Ibn-Äbbâd*um* visitaret[71], quia hic benigne eum libertate

---

67) Post باقرين interrogandi signum posui; mihi enim corruptum videtur hoc vocabulum, sed quid ei substituendum sit, non video; legerem فاغرين, dummodo mihi constaret hoc verbum sic nude, sine addito فماً, poni posse. فلذتها proprie *urbium segmenta hepatis* i. e. *harum optimos et nobilissimos cives* exprimit; cf. cum annotatione ad *Vitam Tîmûri* (I. p. 170), iam a Freytagio in Lexico citatâ, annot. de Sacy in *Chrest. Arab.* I. p. 42. — Hac datâ opportunitate, corrigendus est error qui exstat supra (p. 140) in versione carminis 'Ibno-'*l*-Labbânae. Verba Arabica (p. 61 carminis vs. 25) وكم حملت تلك القطائع من قطعات اكباد verti: *et quot segmenta iecoris abstulerunt hae naves.* Sed vertenda sunt: *et quot carissimos a. h. n.* قطعة الكبد enim idem significat atque فلذة الكبد (vide Scholia ad 'al-Haririum p. 170); iam فلذة الكبد etiam *carissimum* denotare, annotavit Meninski; eundem sensum habere قطعة الكبد patet ex *Fabulâ Milesiâ Äntari* (MS. 1541 p. 9) فكل واحد منهم حدثته نفسه انه ولده وقطعة من كبده, et deinde (ibid.): هذا ولدى وقطعة من كبدى

68) Utraque haec sententia proverbialis videtur; ad primam conferendus est alius 'Ibn-Haiÿânis locus (MS. Goth. fol. 48 v.): ولم تزل آفة الناس منذ خلقوا فى صنفين منهم هم كالملح فيهم الامراء والفقهاء, فما القول فى ارض فسد ملحها الذى هو اصل الصلاح لجميع, et deinde (fol. 49 r.): أغذيتها. Cf. etiam aliud proverbium, quod a Freytagio (*Proverb. Arab.* III. p. 493) notatum est: امرءة بلا حياء كطعام بلا ملح, quod significat in tali feminâ illud desiderari quod maxime necessarium est. — Alteram phrasin me reperire non memini.

69) Sic 6ª forma verbi قام c. acc. p. hic mihi vertenda videtur; cf. 3ᵃᵐ formam.

70) Phrases مكن فى الارض لهم et الى وقت وميعاد sunt Qorânicae.

71) 8ª forma verbi جاز proprie usurpatur quando sermo est de urbe et respondet Gallico *passer par*, ut apud 'Ibn-Gobair*um* (*Itiner.* MS. 320 (1) p. 2): وكان الاجتياز على جيان لقضاء بعض الاسباب.

donaverat. Sed hoc recusans, dixit: Maiori honori mihi est ut tuâ maneam in captivita-
te, quam ut ab isto beneficium 72 accipiam, sive itaque tu solus in me beneficium con-
fer, sive, si hoc recusas, iube ut tuâ in captivitate maneam. Quo audito, 'Ibn-Abdi-'l-
lâh eius dictum miratus est, summa in eum contulit beneficia 73, quia nempe 'al-Motaffar
vir erat egregiis moribus, et magno honore eum affecit quum ei valediceret et domum
5) Ad 5^am formam verbi هار inprimis cf. locum ex 'at-*Ta'rîfât* in Freytagii Lexico descriptum. 'Ibn-Ḥaijān (apud 'Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 140 v.): ومعظم الامور يدبيرها بجهله — وتَهَوُّره; et alibi (ibid. fol. 142 v.): فتى شديد التهوّر والجهالة.

6) Cf. omnino supra p. 250 vs. 3 a f. sq. Quomodo de Slane verba ومثبت قتلع فما ابقى vertere potuerit: *obstinate, he abandoned his resolutions; even when he spared, he assaulted*, me non intelligere fateor.

7) Secundum sententiae membrum in 'Ibn-Ćallicānis Codicibus desideratur; primum male vertit de Slane. Pro حرب enim legisse videtur حزب et vertit: *and the people* (were his) *partisans*; quod Arabice dici posse والناس حزب, satis confidenter negare audeo. حَرْب contra tamquam adiectivum indeclin. (quia nempe propr. est infin.) usurpari, recte docet Freyt. in Lex.

8) Vocab. عَدِيدٌ etiam de *magno* militum *numero* usurpatur in sq. loco 'Ibno-'l-Ćatibí (MS. Cl. de Gayangos fol. 175 r.): "وبها العدّة والعديد، من الفرسان والصناديد", *ibi est apparatus bellicus et magnus numerus ex equitibus et viris strenuis.*

peret eius apparatus bellicus. Initio imperii interfecit Wezîrum patris Habîbum illum de quo iam sermo fuit, confodiens quasi iugulum dierum [9], quorum imperium iam suae manui tradidit et alii tyranno foedissimo, cuius auxilio (hostium) agmen dissipavit. Tunc continenter secabat et laevigabat [10], colligebat et dispergebat [11]; in quâvis regione ei erat hippodromus, et in quovis colle latrones [12]; bellum quod hostibus inferebat, erat venenum minime lentum, et sagitta a scopo suo minime aberrans; pax inter ipsum et hostem constituta erat malum a quo non tutus erat hic, et res in usumfructum tantum concessa [13] ad propinquum usque tempus.

De eo loquitur 'Ibn-Ḥaijân his verbis: Vesperâ diei quarti hebdomadis, die sexto mensis Ǵomâdâ primae anni 461, subito Cordobam allatus est nuntius de morte 'al-Motaçidi 'Abbâdi, suo tempore primi inter omnes 'Emîros Hispaniae; leo fuerat inter reges, at simul flamma belli civilis; pulvere pede collato opprobrium texerat [14], at simul inter

9) Cf. Schol. ad 'al-Harîrium p. 454 vs. 2 a f. *Dies* hic *summum imperium* indicant, quod tamquam hostis proponitur, quem feriit et captivum fecit 'al-Motaçidus.

10) Metaphora a lignariis desumta est, qui lignum *secant* et *laevigant*.

11) Similiter in alio 'Ibn-Bassâmi loco (MS. Goth. fol. 10 r.) legitur de principe: فقطع ووصل.

12) Sic hic verti vocab. خُوّان (plur. a خائن), collato loco in Koseg. *Chrest.* p. 70 vs 3 a f.: قطعتْ الطريق وخنتُ السبيل, ubi خان السبيل est *infestavit viam publicam, latrocinatus est.*

13) متاع hic idem quod مُتْعَة significat, nempe *res cuius ususfructus tantum, non item possessio, alicui obtigit.* Cf. quae de مُتْعَة annotavit Cl. Weijers *Spec.* p. 98 ann. (128).

14) De verbo دحص haec in *'al-Qâmûso* (ed. Calc. p. 901) exstant: دَحَصَ بِرِجْلِهِ كَمَنَعَ فَحَصَ بها وعن الامر بحث; usurpatur igitur: quum aliquid in pulverem cecidit, et vir pede removet terram et istud sic quaerit. Ex hac vero explicatione parum lucis accipit noster locus, qui nec ipse ostendit quid phrasis داحص العار sibi velit. Gaudeo itaque me eandem in loco 'Ibn-Bassâmi reperisse, in quo parallelismus eius vim satis ostendit. Exstat ille locus in MS. Goth. fol. 25 r., ubi haec leguntur: والحال بين العدوّ وبين عساكر امير المسلمين إدْبارٌ وإقْبال حتى دحص عارَها" وغسل شنارها". In phrasi دحص العار verbum دحصَ itaque mihi significare videtur: *pede cumulavit terram*, non ut deperditam rem quaereret, sed *ut rem tegendam pulvere tegeret*, et locum 'Ibn-Bassâmi verto: *Inter hostes et exercitûs Imperatoris Fidelium vario Marte pugnatum est, donec eius* (Valentiae) *opprobrium hic* (Imperator Fidelium), *pede pulvere collato* (vel *cumulato*), *tegisset, et abluisset ingens dedecus quo urbs affecta erat.* Nunc quaestio adhuc restat *cuiusnam* opprobrium in nostro 'Ibn-Ḥaijânis loco significetur. Collato vero eodem 'Ibn-Bassâmi loco, haud a veritate alienum mihi videtur, *Hispaniae* opprobrium innui, quo nempe affecta erat a Christianis, et quod removit 'al-Motaçidus multis de his victoriis reportatis; cui interpretationi etiam sequentia, ubi de principis الوقائع المبيرة sermo est, favent.

se rixari effecerat [15] odia hominum; vir de quo praeclara narrabantur, at qui simul foeda peccata commiserat; qui inclaruerat proeliis quae (hostes) exitio dederant, et nobilibus suis propositis, at simul superbâ morum diritate. Tunc eum feriit Deus unâ ex suis sagittis, quae nunquam aberrant et statim mortem inferunt. Quamdiu vixerat, nervos intenderat ut adscenderet, per totam vitam adscenderat coelum suum petens, et quamdiu vixerat desiderio impletus fuerat Peninsulae potiundae, hanc contemtam habens dum ille vestis laciniam tolleret ad bellum civile excitandum, cuius simile nunquam exstiterat. Tunc eum ad se recepit Deus, lectui incumbentem propter anginam quâ per breve tantum spatium affectus fuerat, et quae cito ei molestiam creaverat; narratum est, hunc morbum similem fuisse rei derepente incidenti. Initium eius regni, post mortem patris Qâçii, fuit die secundo hebdomadis, ineunte Ḉomâdâ secundâ anni 433; mortuus est die septimo hebdomadis, secundo Ḉomâdâe secundae anni 461, et sepultus vesperâ diei primi sequentis hebdomadis; ignoscat ei Deus quae commisit peccata! Attribuuntur ei lapsu temporis, quod attinet ad [16] ingentem eius crudelitatem, immoderationem in suppliciis, suspicacem animum, et contemtum quem erga clientes fovebat, historiae turpissimae, quarum plerarumque veritatem sapienti nullum validum demonstrat argumentum [17], attamen licet mihi [18] ut illas commemorem; et a quoquo [19] ex harum latenti parte liber fuerit, non liber fuit a turpissimâ morum diritate, neque a magnâ crudelitate, neque a suspicaci animo erga illos qui ei obedientiam praestabant [20]: quae indolis sunt proprietates . . . . [21]. Imitatus est [22] agendi modum Ahmedis 'ibn-

15) Lectio Codicis Ibn-Bassâmi (ومالك) parum habet quo se commendet; alteram, quam admisi, lectionem مُدَوَّك habeo pro participio a verbo دَوَّكَ, denominativo a subst. دوكة *rixa*; cf. etiam 1ª et 6ª forma verbi.

16) فى باب i. q. فى exprimere non annotarem, quia satis notum est, nisi in Lexico haec phrasis desideraretur.

17) Cave ne عليها cum يقوم coniungas: pertinet ad دليل, nempe دليل عليها, et يقوم est eodem sensu quo قَائِمٌ, *quod stat*, i. e. *validum*.

18) Proprie *licet sermoni*. 7ª forma verbi ساغ, quae etiam occurrit in 'ar-Râçii carmine, infra ex 'al-*Carîdâ* (MS. Paris. fol. 153 r.) edendo, Lexico est addenda.

19) Rectissime observavit Ewaldus (*Gramm. crit.* I. p. 358) particulam مَهْمَا (quae hic in utroque Codice مهمى scripta est) etiam *quicquid* significare.

20) طاعة hic collectivum est a طاعٍ (pro طائع); terminatione ـة additâ collectivum formatur; vide Ewald *Gramm. crit.* I. p. 176.

21) In textu hic Codices accurate secutus sum, licet corruptus mihi videatur locus: ego certe illum non intelligo. Fortasse alii me feliciores erunt.

ʼabî-Ahmed ʼal-Motawakkil, ultimi ex strenuis Califis ʽAbbâsîdarum, qui dispersum in Oriente imperium collegit, qui impetum fecit in illos qui eo potiri studebant [23], et quo mortuo dynastia eversa est. Assumsit itaque ʽAbbâd eius cognomen ʼal-Motaçid, et quo acuto erat ingenio eius historias in populis regendis legit, quae viris ingenio praeditis exempla sunt quae doceant quomodo quis ad principatûs metam pervenire possit, duro usus sceptro et turpem ostendens morum diritatem; ex his enim horrenda perpetravit, quae qui audivit, inprimis ab eo qui comperta oculis protulit, terrore affectus est. Ferunt hunc duri animi ʽEmîrum ʽAbbâdum se ad ista composuisse, nullum tamen argumentum [24] adducentes, et in imperio suo, quod ordinavit ope cuspidum hastarum, non ces- p. 243.

---

22) Verbum تَقَيَّلَ c. acc. p. significat *imitatus est aliquem;* cf. supra in textu p. 249 vs. 12. Idem verbum etiam cum ب pers. construitur, ut in loco ʼIbn-Haijânis (apud ʼIbn-Bassâm MS. Goth. fol. 28 r.): سما ـ الى ـ التَّقَيُّلِ بجاره اسماعيل بن ذى النون فى الشرود عن سلطان قرطبة ✿

23) 8ª forma verbi نزا significat *seditionem movit, rebellis fuit*, et hinc *summum sibi aliquâ in regione imperium arrogavit.* Supra (p. 198 ann. (27)) iam libri titulum habuimus in quo مُنْتَزِ idem quod قائم, nempe *rebellem*, exprimit. Cf. etiam supra in textu p. 250 vs. 9 a f. et vs. 1 a f.; p. 251 vs. 12 et vs. 1 a f.; ʼIbn-Haijân (apud ʼIbn-Bassâm MS. Goth. fol. 4 v.): سلك على هذه السبيل اكثر التوار (الثُّوَّار .l) المنتزين عن (فى .l) اكنافها ؛ الثائرين فى اطرافها "; Id. (ibid. fol. 28 r.): فاستوى له من ذلك ما اراده هو وغيره من جميع ما انتزى فى الاطراف غربا وشرقا وقبلة وجوفا; ʼIbn-Bassâm (MS. Oxon. fol. 106 r.): واما انتزاوه بمرسية فمشهور; ʼIbn-Caldûn (MS. 1350. IV. fol. 46 v.): هاجت الفتن وانتزى كل رئيس بناحيته فملكوها عليه كلّها. *Rebellare contra aliquem* est انتزى على فلان, ut apud ʼIbn-Câqânem (ʼal-Qalâyid MS. A. I. p. 155): ثم راى ان يَنْتَزِىَ على مُوَلّيه. In nostro autem loco verba انتزى على المملكة est *potiri studuit imperio*, et in loco ʼIbn-Bassâmî (MS. Goth. fol. 6 r.) verba وانتزى له من حينه على مرسية وقعد بها مقعد الرؤساء significant: *Murciâ potitus est.* Alia huius significationis exempla habeas haec: ʼIbn-Bassâm (MS. Goth. fol. 5 r.): ومنهم مجاهد المنتزى يومئذ على دانية والجزائر شرقية (.l الشرقية); alibi (fol. 23 v.): ابن هود المنتزى الى وقتنا هذا على سرقسطة.

24) Haec significatio vocis دلالة Lexico addenda est; occurrit etiam apud ʼan-Nowairium (*Hist. Aeg.* MS. 2 o. fol. 114 v.): وفى هذا دلالة على ان الله تعالى امدّ هذه الطائفة بملائكته فى; apud ʼIbno-ʼl-Catîbum (ap. ʼal-Maqqarium MS. Goth. fol. 367 v.): بهذا دلالة على هذه الغزاة قوة فطنته ومعرفته ✿

sit (exemplo suo), et inprimis occupatus fuit bellis suscitandis, regibus decipiendis, regionibus turbandis [25], et opibus haereditate acceptis diligenter custodiendis, ingentem insuper possidens [26] numerum ex iis rebus quae ad regem pertinent, ex apparatu regio et ex principis ornatu; aedificavit itaque alta palatia, coluit [27] fundos [28] proventu abundantes, acquisivit splendidas vestes et magno pretio constantes res pretiosas et pulchras, in stabulis suis disposuit veloces equos, emit pulchros pedissequos, sumsit sibi satellites, quos selegit ex quovis hominum agmine, et quorum cohortes rexit, nunc copiosa iis dans stipendia [29], nunc maiora iis promittens, sponsioni suae fideliter satisfaciens [30] et suis stans promissis [31]: hac in re aliter agens quam reliqui eius aequales et regendi modum secutus quem sequi difficile erat eius aequalibus ex regibus Hispaniae. Sic ex iis tales exercuit viros qui bellorum erant concitores [32] et quorum ope suos hostes exitio dabat.

Ex singularibus eius historiis, quae quam maxime mirae videntur, haec est, illum propositum suum assecutum esse et istos superbos populos exitio dedisse, dum ipse illos non coram spectabat, commodâ usus vitâ ita ut se averteret a pugnâ cum iis subeundâ [33], sua proposita moliens trono insidens et mandata edens quo perfido modo istos tractari vellet, dum ipse in interiori palatii recessu esset; nunquam ad hostem vel victum ex eius

---

25) Haec significatio 4ae formae verbi هرج Lexico addatur.

26) 5am verbi وفر formam significare *copiosus fuit*, in Lexico non est annotatum; vide aliud exemplum in de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. ١٣٧ vs. 7 a f.

27) Haec significatio 8ae formae verbi عمر (pp. *coluit suum in commodum*) Lexico addatur.

28) Haec quoque signif. vocis عمارة Lexico addenda est; correxi ex hoc loco alium qui exstat supra in textu p. 248 vs. 2 a f.

29) Vocabulum عَطَا, plur. أَعْطِيَةٌ, non tantum *primis Islâmismi temporibus*, ut legitur in Lexico, *stipendium militare* denotabat, sed, quantum scio, *semper* hanc habuit potestatem. Complura ex historicis hic citare possem exempla, sed res notissima est.

30) Temeritatem evitans lectionem Codicis, الصيال exhibentis, retinui; quo facto sic verteram: *nunc maiora iis promittens, si rectâ in hostem tenderent et suis starent promissis.* Sed quum sic nescio quid contorti oriatur, et verba الوفاء بالوعيد multo melius de principe quam de militibus dicantur, praestat fortasse pro الصيال corrigere الضمان; quâ emendatione admissâ, ille sensus oritur quem in versione indicavi.

31) Haec signif. vocis وعيد Lexico addatur.

32) Plur. مساعير (a sing. مِسْعَرٌ) Lexico addatur.

33) 3a forma verbi كبد significat *se opponere* alicui (c. a. p.) vel cuidam rei (c. a. r.), ut apud Ibn-Gobairum (*Itinerar.* MS. 320 (1) p. 207): مكابدة الشوق اليها, *se opponere desiderio puellae videndae.*

adversariis profectus est nisi semel vel bis; postea in suo lustro manebat, in huius medio suas res administrans. Interdiu se applicuit [34] stabiliendis consiliis, et totam noctem tantum impendit voluptatibus fruendis. Continenter itaque ei vini pocula in orbem agebantur, eiusque compotatores ei propinantes dicebant: multos occidas homines! Res autem illa quae fecit ut hostium nunquam oblivisceretur [35] erat hortus prope palatii portam, qui semper fructûs proferebat ex illorum capitibus quae ad ipsum ferebantur, inauribus ornata, et schedulis instructa in quibus occisorum nomina erant scripta et quae laudando efferebant quae ex his erant obscura. His capitibus visis eius animus alacer et laetus erat, reliqui vero homines, vel leviter illis adspectis, terrore percutiebantur. Coniungebat ille noctis voluptates cum indulgentiâ erga suas machinationes, et alacritatem ad lusum renovabat [36] ingenti suâ duritie. Omnibus sese immiscebat [37] et p. 244.
quodvis cor audiebat quasi et videbat; nequsquam autem ullus ex eius astutis viris ad eius animi fundum pervenit, neque eius imum assecutus est, neque unquam tutus erat ab eius dolis. Tales erant eius mores ab initio usque ad finem imperii.

Ante Abbâdum, Mohammed ʿibn-ʿAbdi-ʾl-Ġabbâr, cognominatus ʿal-Mahdî, qui dispersit id quod Cordobae collectum erat [38], et qui exitiale illud bellum civile excitavit [39], sibi paraverat talem hortum, qui hostium capita ostenderet [40], iis diebus quibus frequenter ad eum mittebat Wâḍiḥ, eunuchus Âmirîda capita rebellium, imperii initio; his ornavit portam urbis Medina Selim dictae, et parte eorum conseruit — supra altos palos [41] ea ostendentes, in fluminis ripâ et e regione eius palatii ea disponens — horrendum

34) Si recte hic emendavi, Lexico addendum est 2am formam verbi جرد idem denotare atque 5am, nempe *applicuit se* negotio c. ل.

35) Lexico addatur 3am formam verbi نسى c. عن (vel fortasse in Codice من scriptum est) significare *fecit ut oblivisceretur.*

36) Haec signif. 8ae formae verbi بدع Lexico addatur.

37) Eleganter in Arabicis: *in quovis negotio ei erat negotiolum.*

38) Id est qui effecit ut omnia Cordobae turbarentur, miscerentur; cf. ʿIbn-Ċaldûn (MS. 1350 t. IV. fol. 20 r.): افترق شمل الجماعة بقرطبة (bellorum nempe civilium tempore, quum quisque in suo tractu summum imperium sibi arrogaret); deinde (ibid.): ولما افترق شمل الجماعة وتغلّب البربر على الامر, et cf. etiam quae de phrasi *res collectae dispersae sunt* annotavi supra p. 159 ann. (507).

39) 7a forma verbi بعث non tantum significat *excitatus est* (ut supra in loco ʿIbn-Ḥaijânis p. 222 vs. 2 a f.) sed etiam *excitavit* (pp. *sibi*, *suum in commodum*); in alio enim ʿIbn-Ḥaijânis loco (apud ʿIbn-Bassâm MS. Goth. fol. 28 v.) exstat منبعث الفتنة, unde vitiosum متبعث, quod hic in Codice legitur, correxi.

40) Cf. Cl.i de Gayangos versionem ʿal-Maqqarii II. p. 227.

41) De variis significationibus vocis خَشَبَة, in plur. خَشَب, fuse disputavi in meo *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes* p. 283—286.

hortum, largum et longum, densatis et ad lineam dispositis [42] ordinibus constantem, [et sub his capitibus posuit] lychnos in quibus ignis erat accensus, ut laete virerent. Hunc hortum commemoraverunt eius poëtae; sic, verbi gratiâ, ait Çâ'id 'ibno-'l-Ḥasan [43] in carminis initio:

Collyrium oculi et recreatio animi sunt horti qui proferunt fructûs capitum.

Hic quiescere facit Deus conamina; (agnosce) fructûs capitum ex his plantis [44]!

Nunquam antea vidi aliquid diri, quod simul esset dulce et suave, dictu horrendum, et iucundum tamen argumentum colloquii virorum amicitiâ et elegantioribus literis coniunctorum.

Quali quantoque affectu hi horti aures implebunt, si iam tanto affectu a filiis foliorum chartae implentur [45].

Post hunc hortum, qui corda hominum terrore implebat, superbiebat [46] 'Abbâd capsulâ quâdam fatali, quam pluris faciebat quam capsulam unionum, et quae in interiori palatii recessu recondita erat; deposuerat in illâ capita regum quos gladio suo exitio dederat, caput, verbi causâ, Moḥammed*is* 'ibn-'Abdi-'*l*-lâh*i* 'al-Birzâl*i*, prunae ardentis belli civilis, capita Ḥâgib*orum* 'Ibn-Cazrûn*i*, 'Ibn-Nûḥ*i* aliorum, quorum capita coniunxit cum capite eorum 'Imâm*i* Califae Jaḥjâ*i* 'ibn-'Alî 'ibn-Ḥamûd, qui iam ante eos istum honorem adeptus erat! Tunc eorum lacerata corpora vilipendens, peculiari curâ eorum capita custodivit quae operculo texit et mundavit, ... [47], non eo consilio ut mortuos honore

---

42) Lexico addendum est verbum سطر significare *ad lineam disposuit.*

43) Permulta et fortasse talia quae suo pretio non prorsus carent, de hoc viro monere possem, sed iam scriptam de eius vitâ et operibus dissertationem suppressi, quia nimis longa est, et a meo proposito aliena. Fortasse aliâ datâ opportunitate eam publici iuris faciam. Hic monere sufficiat eius vitam exstare in 'Ibn-Callicân*e* (ed. de Slane, I. p. 322; vers. Anglicae I. p. 632 sq.); longum et grave de eo caput inveniri in 'al-Ḥomaidî*i* *Ġadwato 'l-moqtabis* (MS. Oxon., Hunt. 464, fol. 100 v. — 103 r.); longissimum et gravissimum in 'al-Maqqarî*i* libro sexto (MS. Goth. fol. 360 r. — 366 r.)

44) Plur. غروس, a sing. غَرْس, Lexico addendum esse, iam dixi supra p. 164 ann. (540). — Sententia secundi huius hemistichii haec esse videtur: vide quemnam fructum ferant improba conamina, de quibus rebelles cogitabant; maximo dedecore iam affecti sunt.

45) Sententia est: si iam terrore implentur qui haec legunt, quanto magis terrore implebuntur qui haec vivâ voce narrata audient.

46) 3ª forma verbi بها cum ب significat *superbiit* aliquâ re, ut apud 'Ibn-Câqânem (*'al-Qalâyid* MS. A. I. p. 196): باهت به الايام. Mirum iterum hic est femininum (وكانت); cf. supra ann. (59) in p. 236.

47) Valde dubito an istud للثراء sanum sit, et vertere nolui *et mundavit a pulvere*, quia non credo hoc تنظيفها للثراء dici licere. Fortasse legendum est للزرى, vel in 8ª formâ, للازدراء, *eo consilio ut mortuos dedecore afficeret.*

afficeret, et illa deposuit in thecis 48 quae illa custodiebant. Manebant illa, quorum numerus semper augebatur, apud eum, et ei qui de illis inquirebat, respondere videbantur: a nobis exemplum sume. Huc usque 'Ibn-Ḥaijān.

Ait 'Ibn-Bassām: Captâ Hispali et 'al-Mo'tamido imperio privato, narratum est mihi, inventum fuisse saccum obsignatum, qui pecuniam thesaurumve continere putabatur; sed capitibus repletus erat. Gravissima haec aestimabatur res et (homines) terrore perculit illa! Restitutum est quodvis ex iis caput superstitibus in urbe posteris. Ille qui haec mihi narravit, viderat caput Jaḥjâ' 'ibn-'Alî 'ibn-Ḥamūd, cuius graphidis vestigia 49 adhuc distincte agnoscebantur, etiamsi figura esset mutata. Restitutum est illud cuidam eius filio, qui illud sepelivit.

Ait 'Ibn-Ḥaijān: Praeditus quoque erat 'Abbād decorâ formâ, corpore cuius partes p. 245.
sibi invicem respondebant, colossicâ staturâ; praeterea conspicuus erat liberalitate 50, penetranti 51 ingenio, praesentiâ animi, perspicacitate 52; his quoque superabat aequales. Deinde, antequam ambitio eius animum deflexisset ad imperium sibi acquirendum, attente incubuerat 53 literis elegantioribus, accedente acuto et felici ingenio; acquisiverat 54 itaque, quo penetranti erat intellectu copiosam harum notitiam, quam literis consignaverat, sine severo serioque studio et non penetrans in huius disciplinae profunditatem, neque multa ad eam pertinentia legens, neque omnes intendens vires 55 ut huius scientiae libros acquireret; praeterea eius indoles ei dedit ut ex voluntate pulchram orationem pronuntiaret, et poëmatia recitaret, quae venusta erant quod ad cogitata attinet, in quibus com-

---

48) Plur. مصاون Lexico addatur.

49) Sic verti, quia Alcala (*Vocab. Esp. Arab.*) *debuxo en escorte* vertit رَشْم. Caeterum apud 'Ibn-Ḥaijānem (MS. Goth. fol. 142 v.) vox رَشْم prorsus eodem sensu atque apud 'Ibn-Bassāmum occurrit. Verba haec sunt: وطافوا بالراس وقد محا الطين رَشْمَه.

50) »Literally: *Copiousness of fingers.*" De Slane l. l. p. 202.

51) Infinitivus ثقوب *penetrare*, qui statim infra (vide textum p. 245 vs. 3) iterum occurrit, *hoc sensu* in Lexico non annotatus est.

52) Ex egregiâ lectione Codicum meorum, corrigatur istud monstrum صدق الحسن, quod 'Ibn-Challicânis Codices offerunt. صدق الحسّ Belgice verteremus *juiste, fijne takt.*

53) Phrasis نظر فى saepius significat *incubuit* arti vel disciplinae. Sic in de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. ١١٥: نظر فى علم النجوم; apud 'Ibno-'l-Châtibum (MS. Cl. de Gayangos fol. 24 r.): نظر فى العقليات واصول الفقه ☆

54) Lexico addatur, verbum حصل cum على significare *acquisivit* rem; cf. Bidp. *Fab.* p. 3, et 'Ibn-Ḥaijān (apud 'Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 49 r.): فحصلوا من غنائم بربشتر على ما لا يُقدر كثرةً.

55) De 3ª formâ verbi نفس cf. supra p. 239 ann. (73).

ponendis eum iuvabat felix eius ingenium, et in quibus optime expressit quae dicere vellet; haec, propter eorum praestantiam, literis consignaverunt viri elegantioris doctrinae. Tales erant eius mores quorum pars hominibus erat cognita, pars eos latebat, iisque accedebat manus quae beneficia, tamquam copiosam pluviam, emittebat, et quâ imitabatur nubes. Mirae et inauditae sunt historiae Ábbâdí quod attinet ad omnes eius res gestas, variaque eius proposita tum palam facta, tum recondita. Licet summo cum studio suum imperium firmare studeret, tamen mulieribus erat deditus; magnum itaque ex his numerum sibi sumsit, ad varias species pertinentes, et hac in re ad talem venit metam, ad qualem nullus ex eius aequalibus pervenit; dicunt eum reliquisse tantum ex variarum specierum concubinis [56], septuaginta circiter ancillas, praeter nobilem suam uxorem, quae maximâ dignitate apud eum gaudebat, unicam eius uxorem, filiam Mogâhidí ·al-Âmirií, sororem Álií ·ibn-Mogâhid, principis Deniae. Multiplicata igitur est progenies Ábbâdí, quia tam saepe concubitum exercebat et magnâ vi virili [57] erat praeditus; dicuntque eum viginti circiter habuisse filios et totidem filias. Hucusque 'Ibn-Haijân.

Ait 'Ibn-Bassâm: Ferunt ·al-Mo·taçidí morem fuisse ut quosdam versûs mitteret . . . . (?), et vidi eius fratris filium, 'Ismâîlem collegisse poëmata patrui in *Dîwâno*. Ego hic nonnulla ex illâ poësi describam.

Quaedam ex eius poëmatibus, cum quibusdam raptim et in transitu narratis, quae cum illis coniuncta sunt ex miris eius historiis.

Dixit:

Diceres nostra florida iasmina esse astra alba in coelo;

Et strias rubras in eorum lateribus esse virginis genam quam tetigit floridus iuvenis [58].

Recitavit et hoc:

Bibe primâ aurorâ et adspice albos flores chamaemelorum [59];

---

56) Vox سَرِيرِيَّةٌ *concubinam*, *pellicem* exprimens, Lexico est addenda. Derivata est a voce سرير quae *lectum*, *torum* denotat; neque huius vocis haec significatio in Lexico est annotata, sed manifesto patet ea ex notabili 'Ibn-Batûtae loco (*Itiner.* MS. fol. 213 r.) in quo Indorum lecti describuntur, ex Alcalà (*Voc. Esp. Arab.*), qui *cama para dormir* et *cama rica* vertit سَرِير, et *cama de pobres* سَرِير المساكين, et denique ex Lane (*Modern Egyptians* I. p. 227).

57) Verbotenus: *et propter eius vim ad hanc rem.* Obiter observare liceat in aliis locis simplex قُوَّة saepe *vim virilem* exprimere, ut in de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. ٥٠ vs. 5 a f.

58) Nempe: *quam osculatus est.*

59) De chamaemelo (nobis *camilla*) cf. quae monuit Cl. Jaynboll in *Orient.* I. p. 268.

Sciasque te Infidelem esse, quamdiu non tamquam dogma credas tempore matutino bibendum esse [60]. p. 246.

Tempus enim frigidi quid est, nisi illud calefacias vino [61].

Et hoc:

Venit ad te 'Ommo-'l-Hasan venustam cantilenam canens.

Lente canit, ut modus canendi est Medinensium.

Diceres illam me, catenâ ligatum, ducere, et me capistro cohiberi [62].

Arborum folia quae eam tegunt, sunt eius cortinae, quando canit ramis occultata.

Sententia huius versûs similis est dicto 'Ibno-'l-Mo'tazzi [63]:

Arboris vertices in quâ aves quasi inter se dimicant; diceres humorem roris [64] iis elocatum esse.

Diceres turtures et luscinias quae in nostrâ vicinitate sunt, esse cantatrices, et folia arborum esse cortinas quae has nostris oculis celant.

Dixit unus ex aequalibus nostris, nempe Wezirus Abû-Mohammed 'ibn-'Abdûn:

O odor viridarii [65]! per flatûs tuos [66] venit ad me purus tuus odor simul cum zephyris Martii!

Terra splendidis vestibus induta est et fere eam combureret ignis florum, nisi adesset rivulus eius profluens.

Aves canunt foliis arborum tectae, quasi essent fidicinae quae cortinis hominum oculis subtrahuntur.

Sententia secundi versûs 'Ibn-'Abdûni pertinet ad locos communes; alter ille de lachrymis ait:

---

60) قال ب est frequentissima et cuivis nota phrasis, *aliquid* (in dogmaticâ) *credere;* Lexico addatur illa.

61) Video nunc, in 'al-Maqqarii opere pro بالدهر legi فالدهر, quod longe melius est et vertendo expressi.

62) Comparat hic poëta se ipsum cum camelo, quae animalia cantu valde delectantur, et facillime ab agasonibus canentibus se impelli sinunt. Cantilenam quae hac in re cantatur, anglice dedit Burckhardt (*Notes on the Bedouins and Wahabys* p. 146). Cf. etiam supra p. 61 vs. 8 et infra carmen 'al-Mo'tamidi.

63) Elegantissimi huius poëtae (nati anno 247 vel 246, interfecti anno 296) vita exstat in Ibn-Callicâne (ed. de Slane, I. p. 363 sqq.).

64) Phrasis سقيطا الطل etiam in 'Ibn-Zaidûni versu in Cl. Weijers *Spec.* (p. 49) occurrit; cf. editoris ann. (p. 175).

65) De hac vocis زَهْر significatione cf. supra p. 97 ann. (128).

66) Ad emendationem meam tuendam conferri velim auctores quos supra citavi p. 8 ann. (28)

Nisi lachrymae adessent et effunderentur, terram, valedicendi testem, combureret ardor iecoris.

Magis tamen quam hoc, ad dictum 'Ibn-Ābdūni accedit versus 'Ibn-Rabāḥi 67:

Ignis quem nutrit nubes aquâ suâ: hanc ob causam favillas non proiicit.

Ex pulcherrimis versibus 'al-Moʿtaçidi est hic:

Bibimus dum 68 caet.

Dixit etiam Mogāhidum allocutus:

O mi intime amice Abū-'l-Ġaiš 69 caet.

In longiori carmine, in quo patrem suum Qāçlum alloquitur, ait:

Obedivi tibi caet.

Saepe 'al-Moʿtaçidus, in carminibus suis, recreationem petiit a 70 commemorandâ cohorte illâ, quae tunc bellum cum ipso gerebat. Hinc sequentes versûs:

Profecto! Bene iam munita es, o Ronda! ita ut facta sis nostro regno colli monile!

Nos te donavimus lanceis et gladiis acutis,

Et exercitibus, qui strenui sunt in proposito persequendo, qui ad summum pertingunt terminum quando impetum in hostem faciunt 71.

Iam vident me suum esse dominum, et ego video eos meum esse praesidium 72.

Vitâ privabo hostes meos, dummodo satis longa sit mea vita.

---

67) Textum mutare nolui, quia nomen Rabāḥ Arabicum est (cf. 'Ibn-Ćallicān, ed. de Slane, I. p. 441); sed quum nullus mihi cognitus sit antiquus poëta qui nomen 'Ibn-Rabāḥ gesserit, suspicor legendum esse ابن رياح et tunc Noçaib 'ibn-Rijāḥ significaretur, de quo caput exstat in *Kitābo 'l-agāni* (vide Moelleri *Catal. Bibl. Goth.* p. 213). Hoc inde etiam probabilius fit quod infra (vide in §. 3 MS. Oxon. fol. 15 v.) citat 'Ibn-Bassām versum Noçaibi, quem eundem atque nostrum 'Ibn-Rijāḥ esse puto. (Pronuntiavi Noçaib, non Naçib, quia in *'al-Qāmūso* (ed. Calc. p. 162) praecipitur ut nomen poetae نصيب pronuntietur ut *Zobair*. — In sq. vs. voce *ignis* indicantur *flores*.

68) Hoc carmen infra vertetur, ubi ad 'Ibno-'l-Ābbāri locum pervenerimus.

69) Infra vertetur, in 'Ibno-'l-Ābbāri capite, ut quoque sequens carmen.

70) 8ae formae verbi راح, cum الى rei, hic eandem potestatem adscribendam puto quam supra (p. 157 ann. (499)) 10ae propriam esse vidimus. Eodem modo explico locum 'Ibno-'l-Ćatībi (MS. fol. 36 r.): فرايته متعلّقا بالادب مرتاحا اليه, et alium 'Ibn-Bassāmi (infra in §. 3 MS. Oxon. fol. 12 r.).

71) 8am formam verbi نهى hic significatione 6ae accipio, et الشدّة pro accusativo habeo *quod attinet ad impetum in hostem.*

72) Hanc potestatem vox عُدّة saepius habet. Legitur alicubi in *Forūḥo Miçr:* هو عُدّتنا; cf. Bidp. *Fab.* p. 194 vs. 3; Kosegarten *Chrest. Arab.* p. 61 vs. 8; 'al-Marrākiši MS. p. 123: إذ كان غير الله للمرء عُدّة

Tentabitur a me eorum error, ut semper mea ambitio se renovet 73.
Quot numerosos exercitûs ex istis necavi, et quot post horum necem iterum necavi!
Eorum capita certâ serie tamquam colli monile ordinavi, et ornaverunt illa collum portae meae!

Al-Moʻtaçid*us* tunc temporis hoc suo carmine de Rondâ (homines) eâdem admiratione affecit, quâ eos affecerat Ḥassân ibn-Tâbit Qaçîdâ suâ cuius homoeoteleuton erat litera *mîm* 74, et homines illud memoriâ custodiebant et ediscebant quia magna vis in eius ideis et stylo inerat. Quia autem de Rondâ et iis qui tunc ibi imperium exercebant locutus est, paucis hîc eorum res explicabimus 75. Primum bellum intulit regionibus ab occidente Hispa- p. 247.

73) Non certus sum me hunc versum recte vertisse. Phrasis ازداد جدّةً etiam alibi occurrit, ut in Freytagii *Chrest. Arab. gramm. hist.* p. 146: ما يزداد مع قَرْمِ إلزمان إلّا جدّةً, quo loco nixus etiam hic lectionem جدة alteri حدّة praetuli. هوى *ambitionem* verti; cf. supra in textu p. 245 vs. 2. Sed quaenam sententia sit versûs haud ita facile est dictu; fortasse hoc voluit poëta: interdum cum hostibus meis inducias pangam, iisque quietem concedam, ut iis deinde iterum bellum inferam, et mea ambitio sic continenter renovetur. Cf. locum Ibn-Bassâmî supra in textu p. 250 vs. 3 a f.

74) De celebrato poëtâ Ḥassân ibn-Tâbit, qui sexaginta annos ante, et sexaginta post Islâm*ismum* vixit, cff. auctores laudati a de Sacy in *Anthol. gramm. Arab.* p. 141 sq. et a Freytagio in Indice ad al-Maidân*ium*. Ex eius poëmate in م de quo hic sermo est, duos versûs descripsit at-Tibrîzî (ad *al-Ḥamâsa*m p. 88) et Scholiasta Ibn-Câqân*is* in Cl. Weijersii *Spec.* p. 66, quibus quinque alios ex Codice nostro libri *Ojûno 'l-aṫar* addidit Hamakerus in doctissimâ annotatione, Weijersii *Specimini* insertâ. Perstringit in illo carmine poëta ignaviam al-Ḥâriṫ*i* ibn-Hišâm ibno-'l-Mogîra. Iam quod ad nostra Ibn-Bassâm*î* verba attinet, in textu verbum وأعجب illis vocalibus instrui curavi, quae passivae formae propriae sunt, et locum verteram: *Al-Moʻtaçidus tunc temporis hoc suo carmine de Rondâ eodem modo vanus erat, quo vanus erat Ḥassân ibn-Tâbit propter Qaçîda*m *suam cuius homoeoteleuton erat litera* mîm. Sed quum mihi non notum esset, Ḥassân*um* vanum fuisse propter carmen suum, et scirem caput de hoc poëtâ exstare in *Kitâbo 'l-agânî*, literis amicissimum Amari*um* rogavi, ut hoc caput perlegere vellet, ut videret utrum inde noster locus lucem quandam accipere posset. Solitâ humanitate Vir Ill. votis statim satisfecit, at respondit mihi, caput de Ḥassâno ibn-Tâbit inveniri quidem in Codicis Parisiensis volumine primo (fol. 239 r. — 247 v.), sed ibi nullum carmen in م exstare. Quum itaque nihil suadeat ut statuamus Ḥassân*um* suo carmine vanum fuisse, sed contra certum sit magnam illud celebritatem nactum fuisse, et vel barbaris hominibus innotuisse (cf. Hamaker l. l. p. 68), multo melius est pronuntiare وأعجب in activo, ita ut subintelligendum sit النّاس *homines*, cui interpretationi etiam sequentia Ibn-Bassâm*î* verba magis favent.

75) De 4ª formâ verbi لمع cf. supra p. 235 ann. (56). Exemplis ibi citatis adde Ibn-Bassâm MS. Oxon. fol. 165 r.: والمعْتَ انا بطرف ممّا وقع لهم معه هنالك.

lis sitis, ubi magnus principum numerus et plurimi Ćalifae erant; hi quasi fumus eius ignis et spuma eius undae erant, praeterquam quod stabilis ibi esset pes adversarii sui 76, ·al-Moiaffari ·ibno-'l-Áftas; hic enim cum eo de belli 77 vestibus certabat, et usque ad vitae finem ei huius pocula bibenda praebuit. Ambo saepe in hoc proelii campo et hippodromo cucurrerunt, eorumque historias iusto ordine narravit Abū-Merwān ·ibn-Ḫaijān, ex quibus potiora attingam, et quae versabo sursum deorsum 78.

Quaedam ex eius bellis cum ·al-Moiaffar*o* aliisque 'Emir*is* Occidentis gestis.

Ait 'Ibn-Ḫaijān; Inimicitia inter 'Abbād*um* et ·al-Moiaffar*um* tunc primum apparuit, quum Jaḥjā, princeps Nieblae, quem 'Abbād aggressus est, auxilium imploraret ·al-Moiaffari ·ibno-'l-Áftas, qui eum auxiliatus est, propter eum inquietum ostendit animum 79, suam potentiam collegit, sua confinia militibus destituit, exercitum suum contraxit et se Nieblam contulit ut opem ferret 'Ibn-Jaḥjā*o* et perderet illos qui huic adversa-

---

76) Fateor non necessariam esse meam emendationem; si pro قَرِيعِهِم, quod edidi (*eorum principis*), legis قَرِيعه sententia aeque bene procedit.

77) Pronomen in لبوسها ad praecedens غرب اشبيلية, quod etiam in praecedentibus tamquam femininum construitur, pertinere posset. Sed aliud pronomen in كوسها ad غرب اشبيلية spectare non potest, nam quid esset *pocula regionis?* Contra nota phrasis est: *alicui belli pocula potanda dare.* Et reverà iam supra (p. 50 vs. 8; cf. ann. (237) in p. 116) vidimus, vocab. حَرْب (quod fem. gen. est), plane ut خمر reticeri posse, et pron. fem. ad illud indicandum sufficere. Sic quoque infra reticetur (in §. 3 MS. Oxon. fol. 12 r.). Idem etiam hic locum obtinere puto; *de belli vestibus certare* phrasis quidem est satis longe quaesita, sed minus offendit, si potius de *victoriae* vestibus cogitas, quae belli est sequela.

78) Ad haec verba cf. Rever. Valeton *Spec.* p. ٥ et ann. (3) in p. 7, et supra in textu p. 258 vs. 5 a f.

79) 7ae formae verbi زعج variae significationes propriae sunt, quae in Lexico desiderantur. Per se posita significat *inquietus fuit;* cf. de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. ٤٣ vs. 3; *Noct. Arab.*, ed. Macnaghten I. p. 30; 'Ibn-Ḫaijān (apud 'Ibn-Bassām MS. Goth. fol. 141 v.): فانزعج وخاف على نفسه. Hinc انزعج لفلان, ut in nostro textu, *inquietus fuit propter aliquem.* Deinde significat *fugit*, vel absolute ut apud 'Ibno 'l-Ćatib (fol. 182 v., in capite de ·al-Mo'tamido, infra edendo): فانزعجوا امامه, et apud 'Ibn-Ḫaijān*em* (apud 'Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 49 v.): فازعجوا لذلك فنالهم من الازدحام قريبًا مِمّا نالهم فى خروجهم عنها, ubi sine dubio pro vitioso فازعجوا legendum est فانزعجوا, vel cum الى loci *fugit ad*, ut supra in textu p. 252 vs. 9 a f. et apud 'Ibn-Ḫaijān*em* (ap. 'Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 67 r.): فانزعج عند نزول الحادثة من حضرته طليطلة الى قلعة قرنكه (Cuenca .l قونكة) من طرف اعماله ✿

bantur [80], ignem belli civilis accendens, quo libenter caruissent homines, donec ipse veniret apud 'Ibn-Jaḥjâum et 'Ibn-Àbbâd*um* ab eo repelleret. Incitavit quoque complures eius confoederatos Berberos ut 'Ibn-Jaḥjâi partes amplecterentur, qui properanter se cum eo coniunxerunt, rerum exitum non perspicientes, et qui etiam excitarunt Moḥammed*em* 'ibno-'l-Qâsim ut cum iis faceret; hic iis adhaesit. Studio itaque 'Ibno-'l-Aftasi unum p. 248.
omnibus fuit consilium, cumque iis se Hispalin contulit, dum parebant eorum principi Bâdîs-'ibn-Ḥabûs, eorum domino nobilitate, ad quem confugiebant in calamitatibus, a cuius iudicio pendebant et circum quem, tamquam circum columnam, se invicem premebant [81]. Wezîro 'Ibn-Çahwaro doluit haec eorum expeditio: semper enim talibus commovebatur. Hic omnes vires intendit ut eos ab eorum proposito averteret et fide dignos legatos misit ad eorum potiorem partem, praeterquam ad illos qui alium Càlîf*am* agnoscebant, inter quos erat Àbbâd qui Càlîf*as* agnoscebat Merwânîd*as*, et Moḥammed 'ibn-'Idrîs, princeps Malagae, qui Càlîf*as* agnoscebat Ḥamûdîd*as*, eo consilio ut hanc partem longe averteret a vano suo conamine [82], nam ipse et senatus Cordobensis neutralitatem servabant [83], quemcunque tandem alii Càlîf*am* agnoscerent. Sed quum ad eos eius legati venissent, eorum pertinacia tantum aucta est. Nihilominus 'Ibn-Çahwar semper eos proverbiis et apologiis ab eorum proposito avertere studuit, eosque absterrere conatus est, malum rei exitum iis proponens, donec inter eos similis fieret hortatori populi Pharaonis, quod attinet ad eius admonitiones: ab eorum parte firmos montes inveniens; serpentes enim surdi non fascinantur [84]; populus autem in variis irit viis [85] hippodromi erroris. Quum 'Ibn-Àbbâd certo sciret [86] 'Ibno-'l-Aftas*um* Badaiocum reliquisse, eum se cum exercitu

80) Lectionem Codicis, خلّفه offerentis, secutus sum; quae si admittenda est, 2ª forma verbi خلف hic eo sensu occurrit quo 3ª in Lexico annotata est. Forlasse tamen pronuntiandum est خَلْقَهُ, et fieri potest ut phrasis اضاع من خلفه idem significet atque illa شرّد من خلفه, quam supra habuimus (p. 242 vs. 2).

81) Dubito an istud يزحمون sanum sit.

82) Sic خلقه hic mihi vertendum videtur, *vana cogitatio*, *vanum propositum*, *conamen*.

83) Haec notabilis significatio 5ªᵉ formae verbi وقف, quae cum etymologiâ optime convenit, Lexico addatur.

84) Arabes *dirum serpentem* vocant *surdum*, quia eius ira incantamentis cohiberi non potest. Commentator 'al-Ḥarîrî (p. 495): الحيّة الصمّاء وهى التى لا تقبل الرقى لشدتها; cf. 'Ibn-Ḥaijân (apud 'Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 28 v.).

85) Proprie *a se invicem discesserunt* homines, currentes in caet. Haec significatio 8ªᵉ formae verbi شقّ Lexico addenda est.

86) Phrasis صحّ عنده ذلك *hoc certo scit*, quae etiam in *Commentario ad Ibn-Àbdûni carmen* (MS Paris. p. 146), apud 'an-Nowairîum (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 443) et alibi occurrit, Lex. est add.

suo Nieblam contulisse, ut 'Ibn-Jaḥjâum defenderet, et socios suos exspectare, equites emisit, qui incursionem fecerunt in terram 'Ibno-'l-Aftasi, hanc populati sunt, strenue se gesserunt [87] et talia facinora perpetraverunt, quae hominum corda denuo vulnerarunt et quae detractâ escharâ iterum nudarunt crimina. Deinde vero 'Ibn-Àbbâd ipse Nieblam profectus est ut hosti suo obviam fieret; tunc inter hos duos, prope urbis portam, proelium commissum est ingens et durum. Inter se sortem iecerunt de victoriâ in uno loco, quod non nisi cum parvo hominum agmine permeari poterat [88]. Initio victus est 'Ibno-'l-Aftas, qui tergum vertit, et urbis flumen ingressus est, in loco ubi vadum non erat . . . .; deinde victus est 'Ibn-Àbbâd, cuius milites in fugam coniecit 'Ibno-'l-Aftas et ex quibus nonnullos cepit. Deinde se invicem reliquerunt et venit ['Ibno-'l-Aftas?] . . . . Cordobam; deinde se in Orientalem Hispaniae partem contulit, se cum confoederatis suis coniunxit, et tunc simul grassati sunt in ditione [89] Hispalensi . . . ., et homines eâdem fere in conditione versabantur, in quâ erant tempore Paganismi. Deinde, his omnibus gestis, 'Ibn-Jaḥjâ foedus iniit cum ·al-Moʻtaçido, necessitate coactus; quo audito, ·al-Moiaffar palam 'Ibn-Jaḥjâo inimicitiam ostendit [90] eumque decepit, dum sibi arrogaret opes, quas ille ipsi commiserat, diebus quum ille se praecipitem daret in bellum contra ·al-Moʻtaçidum; sic foedus inter eos abruptum est, et equites ·al-Moiaffari incursionem fecerunt in terram principis Nieblae. Hic opem imploravit ab ·al-Moʻtaçido, cuius equites ad eum venerunt et pugnaverunt cum equitibus ·al-Moiaffari. Iteratis vero vicibus 'Ibn-Ǵahwar suos legatos mittebat, ut hi pacem inter hos duos componerent; hi ab iis domum redeuntes, narrarunt 'Ibno-'l-Afta-

87) *Quarta* forma verbi نجد hoc sensu in Lexico non annotata est.

88) Ad usum verbi شقّ h. l. explicandum, conferenda est trita illa phrasis شقّ المدينةَ (Kosegart. *Chrest.* p. 108; *Noct. Arab.* I. p. 67) *permeavit urbem*.

89) Vocabulum نَظَرٌ, in plur. انظار, *ditionem*, *provinciam* denotat. Ibn-Ĉâqân (·*al-Qalâyid* MS. A. I. p. 77) cum contemtu de parvâ provinciâ quam 'Ibn-Çomâdiḥ administrabat, loquens, ait: فانّ نظره لم يزدْ على امتداد ناظر, i. e. *eius regio tam parva erat, ut eam uno adspectu totam posses complecti.* 'Ibn-Çâḥibi-'ç-çalât (*Historia ·al-Mowaḥḥidarum*, MS. Oxon., Marsh. 433, fol. 11 v.): وكذلك اهل قرطبة وجميع الاقطار والانظار التى تحت; deinde (ibid.): اشياخ غرناطة وانظارها طاعة الموحّدين; alibi (fol. 12 r.): اهل قرطبة ونظرها, et sic saepius in illo libro; 'Ibno-'l-Ĉatîb (MS. Cl. de Gayangos fol. 24 v.): وولّاه قضاء مليانة من نظر مراكش الشرقى; alibi (fol. 176 v.): قرية من نظر سرقسطة ✿

90) Vides hic 3am formam verbi كشف, c. acc. p. constructam, per se, i. e. non addito بالعداوة vel simili quodam, significare *palam alicui inimicitiam ostendit;* quod in Lexico non annotatum est.

sum magis vituperatione dignum esse, quia pro iumento quasi sibi sumebat pertinaciam, se ab omnibus quae proponebantur avertens. Ad res miras, quae inter eos acciderunt et quas homines memoriâ custodiunt, pertinet hoc. Al-Mo'taḍid*us* sine intermissione continuavit bella contra eum, per menses anni 442, ipse suam regionem in meliorem conditionem redigens et magnum castellorum numerum occupans, quae cum suâ ditione coniunxit et suis viris instruxit 91; magnos quoque fundos 92 devastavit, quorum proventûs corrupit, et 'al-Moẓaffari subditos in longam captivitatem coniecit 93. Al-Moẓaffar autem eum ne spithamam quidem repellere poterat, quia humiliatus erat clade illâ p. 249.
quae eius columnam demoliverat et eius strenuos milites exitio dederat. Tunc se defendit in castello suo Badaioco, nullumque ex equitibus suis contra hostem emisit. Tunc de 'al-Mo'taḍido questus est apud confoederatos suos, nullum tamen adiutorem inveniens. Sed quum 'al-Mo'taḍid*us* eius regiones iam plane subiugasset, ipsum abegisset, et Hispalin rediisset mense Šawwāl anni supra memorati, mira res apud nos Cordobae accidit. Etenim legatus 'al-Moẓaffari, post gravia illa quae ille perpessus erat proelia, emere cupiebat ancillas musicam profitentes 94, ut ille harum consortio frueretur, et hoc modo infa-

---

91) Proprie *corroboravit.* Quod ad usum verbi شدّ h. l. attinet, ex parte conferendi sunt alii loci 'Ibn-Ḥaijân*is*, ut apud 'Ibn-Bassâm (MS. Goth. fol. 49 r.): تعلية الاسوار وشدّ الاركان وتوثيق البنيان, et (apud eundem MS. Goth. fol. 67 r.): امرهم بالمقام مع عبد الملك وشدّ ركنه.

92) De voce عمارة cf. supra p. 264 ann. (28).

93) Quum Lexica nullam significationem 3ae formae verbi جمع offerant, quae huic loco apta esset, putavi illam admittendam esse quam hic vertendo expressi, collatis vocibus جامعة et مجامع. Primum horum vocabulorum in Lexico explicatur: *vinculum quo collum cum manibus includitur.* Lego apud 'Ibn-Baṭûṭam (MS. Cl. de Gayangos fol. 7 r.): وجُعِلَتْ فى عنق القاضى عماد الدين الكندى جامعة حديد, et alibi (fol. 224 r.): امر السلطان بالقبض عليه وجُعِلَتْ فى عنقه الجامعة. Vide etiam *Commentarium ad Ibn-Abdûni carmen*, MS. Paris. p. 158. Alcala (*Vocab. Esp. Arab.*) *prision de manos* vertit مَجامع.

94) Vocab. وصيفة saepius *ancillam*, *famulam* exprimit, ut apud 'Ibn-Ḥaijânem (ap. 'Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 50 r.): ووصائف على راسه ربقة, apud 'Ibn-Baṭûṭam (MS. fol. 266 r.): وعن يمينه ويساره الوصائف الحسان. Vox مُلْهِيَة, quae in sequentibus recurrit, est femin. a masc. مُلْهٍ, quod vocab. significare *un musicien*, *un joueur d'instruments*, iam annotavit Cl. Quatremère (*Hist. des sult. maml.* I. 2. p. 143). In alio 'Ibn-Ḥaijân*is* loco (apud 'Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 142 r.) legitur: أَعَدَّ له القينات والملميات والمغنيات, sed nullum dubium est quin pro vitioso والملميات, legendum sit والملهيات.

miam 95 a se repelleret. Hoc eius consuetudini contrarium erat. Hanc itaque ob causam misit legatum suum; sed tunc temporis tales puellae Cordobae rarae erant 96. Legatus regi invenit duas puellas musicam exercentes apud mercatorem quendam, quae satis erant mediocres, et quas ei emit. Cordobae mansit legatus, cum puellis urbem relinquere cupiens, sed non potuit hoc facere quia equites ·al-Moʿtaçidí omnes vias infestabant. Aliquamdiu itaque Cordobae mansit, donec proficisceretur densâ comitante equitum catervâ, et puellas abduceret. Mirati vero sunt viri sapientiâ praediti eius animum tunc futilia 97 curantem, diebus bellorum quae vetabant viris primariis 98 ostendere mulieres 99, et dum tamen ipse notus erat literarum elegantiorum studio et scientiâ. In causam huius mirae rei inquisivi 100, in causam quae eum sic agere fecit. Aemulatus nempe est ·al-Moʿtaçidum, qui, post reportatam victoriam, alacer erat ad acquirendam fidicinam, quae fuerat apud ·ar-Rohaimum Wezirum Cordobensem qui tunc temporis mortuus erat, quam ad se adduci iusserat, quandoquidem ei descripta erat tamquam valde solers in arte quam illa profitebatur; quo factum est ut ad eum mitteretur. Tunc eum imitatus est 101 ·al-Motaffar, dum hic etiam prae se ferebat se otio indulgere 102 et fidicinas quaerere; sed sapientes sciebant illum istas minime curare! Diu tunc cucurrerunt hi duo Emírí in errore et

---

95) Cf. quae de verbo شمت eiusque derivatis annotavi supra p. 156 ann. (492), ubi pro شميتة, ut ibi scripsi, legendum esse شماتة, noster locus docet. Alcala scil. scribit *xemita*, et quum vocali illâ i tum ـى, tum ـا indicet, saepius difficile est diiudicare quid voluerit. Caeterum etiam *desonrra* vertit شماتة, et *desenfamado* et *desonrrado* مَشْمُوت, et Ibn-Ḥaijān etiam alibi voce شماتة eodem sensu utitur (apud Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 143 r.).

96) Haec signif. verbi عدم Lexico addatur.

97) Late patet significatio vocis بطالة; supra (p. 5 vs. 2) illud *segnitiam* verti (cf. ann. ad illum locum); in universum vero usurpatur, quando quis officio suo non satisfacit, et res graves negligens, libidini, vino, segnitiae, vel inanibus futilibusque negotiis, se tradit.

98) Cum phrasi فحول الرجال cf. illa فحول الشعراء *primarii inter poëtas* i. e. *praestantes poetae*, et فحول الموالي (Ibn-Caldûn in Cl. Weijersii *Spec.* p. 115) *primarii inter clientes*.

99) Vides me hic istud النساء e textu eiecisse; sententiam scil. prorsus turbat, et tuto statuere possumus illud esse glossam verborum العاقدة للازرة, quae ex margine male in textum migravit. Eiecto isto vocabulo sententia optime procedit: de أَكْبَرَ cum على iam supra annotavi (p. 237 ann. (65)).

100) Animadvertatur hic constructio verbi بحث cum على.

101) De 5ª formâ verbi قال cf. supra p. 263 ann. (22).

102) Cum hac significatione infinitivi فَرَاغ cff. loci Ibn-Haijânis supra in textu p. 149 vs. 8 a f.; p. 252 vs. 10 a f., et ·al-Maqqarî MS. Goth. fol. 593 v.: فرغ — من أمر غزوة الزلاقة.

inter se hostili erant animo [103], ita ut ingentem hominum numerum exitio darent, donec tandem Deus inter eos aperuisset pacem [104], mense Rebîʿi primi anni 443, studio ʿIbn-Çahwarí, ʿEmíri Cordobae, qui, ex more, pacem inter eos componere studuerat, postquam multae epistolae multique legati hanc ob causam missi fuerant, et al-Motaffar semper hac in re pertinaciam sibi pro iumento sumserat. Pace itaque inter eos compositâ, al-Moʿtaçidus iam totum se dare potuit bello cum ʿEmíris minoribus qui in Occidentali Hispaniae parte erant, veluti ʿIbn-Jaḥjâ, ʿIbn-Harûn, ʿIbn-Mozain et al-Becri. De his victoriam reportavit, eorumque ditiones [occupavit], quas omnes suae ditioni adiunxit. Deinde manum suam extendit versus al-Qâsimum ibn-Ḥamûd, principem al-Gezîrae al-ẖaḍrâae . . . . , ad illam Africae partem ex quâ primum Hispania a Moslimis occupata est, et a quâ antiquitus praetores accipiebat. Invenerat enim hunc iuvenem, licet nobilis esset et insignis ditionis imperium teneret, debilissimum ʿEmírorum Berberorum. . . . .
. . . . Foedere pacto, [al-Qâsim ibn-Ḥamûd?] ex urbe suâ exiit et coactus est se Cordobam conferre, in quâ urbe habitare iussus est sub tutelâ ʿIbn-Gahwarí, [ad quem confugiebant] illi qui imperio erant privati.

Anno 451, quum, Dei decreto, insignes victorias reportasset al-Moʿtaçidus, repetitis vicibus ad nos, Cordobae degentes, nuntii venerunt, in nullis ex eius ditionibus, in sacrâ precatione amplius commemorari eius ʿImâmum Hiŝâmum ibno-'l-Ḥacam, reducem istum, qui semper in sacrâ precatione commemoratus erat inde a tempore quo al-Moʿtaçidi pater sibi imperium arrogaverat usque ad finem huius anni, dum innuebatur illum adhuc vivere, licet ille in tenebris omnium oculis subtraheretur et nec aulicis, nec populo appareret; nihilominus semper eius auctoritas agnoscebatur ab ʿEmíris Orientalis Hispaniae partis, qui al-Moʿtaçidum imitabantur, donec illam abscinderet is qui ad eam sustentandam hominum colla absciderat, nempe ʿIbn-ʿAbbâd. Narrant eum convocasse urbis viros principes, his annuntiasse mortuum esse eorum ʿImâmum Hiŝâmum, iisque aperuisse [105] eum. p. 250.

103) Lexico addenda est haec significatio 6ae formae verbi أبر.

104) Frequentissima quoque haec phrasis est in ʿIbn-Çâḥibi-'ç-çalâti *Historia al-Mowaḥḥidarum*, recurrit ea infra in loco ʿIbn-Ḥaijânis (vide textum p. 252 vs. 9), attamen fateor veram eius vim me latere; verti *aperuit Deus pacem*, collatâ aliâ phrasi quae supra occurrit p. 12 vs. 3 a f.; sed fieri potest ut legendum et pronuntiandum سَنَّى *facilem reddidit*. Caeterum confer similem phrasin, quae occurrit apud ʿIbn-Çâḥibi-'ç-çalât (MS. Oxon. fol. 5 r.): الى ان سنى (sic) الله وصول الجواب من الخليفة ✿

105) Constructio verbi كشف c. الى p. in Lexico non annotata est, sed saepius hoc verbum cum eiusdem potestatis pronomine construitur, nempe cum ل, ut in Koseg. *Chrest. Arab.* p. 73: كشفت لنا عن الحال ✿

iam antea mortuum fuisse ex paralysi. Narravit pristinam conditionem in quâ antea versabatur, quum grave esset bellum inter ipsum et eius adversarios [106], 'Emîros Hispaniae, noctu et interdiu, eum impedivisse quominus tunc publice profiteretur hunc 'Imâmum mortuum esse, et publice eum sepeliret, ut nempe suum tribueret prudentiae. Addidit autem, pace compositâ iam necesse fuisse ut aperte declararet veritatem. Oratione suâ propensum reddidit, ut narrant, acutum eorum visum [107] ut 'Imâmatum sustentarent . . . . (?). Narratur etiam eum tunc temporis epistolas dedisse ad 'Emîros Hispaniae qui auctoritatem huius, captivi instar, detenti Hišâmi agnoscebant, eum mortuum esse annuntians et eos invitans ut alium pro eo substituerent [108]. Ab hoc inde tempore auctoritas Merwânîdarum cessavit, et haec mors tertia facta est viro, nomine Hišâmi insignito, et fieri potest ut haec mors vera fuerit mors, sed quoties interfectus, et quoties mortuus est, et quoties deinde pulverem excussit [109] laceravitque ferale amiculum, antequam inflaretur [110] cornu, et locum obtineret dies resurrectionis! Etenim mortuus erat quum in potestatem devenerat primi illius qui eum imperio privavit, Mohammedis 'ibn-Hišâm 'ibn-Âbdi-'l-Gabbâr, et publice tunc sepultus est. Deinde revixit studio Wâçihi Selavonii, pedissequi Âmirîdarum, et per parvum temporis spatium notus erat. Deinde eum interfecit secundus ille qui eum imperio privavit, Solaimân 'al-Mosta'în qui eum clam sepelivit. Deinde eius cadaver produxit Âlî 'ibn-Hamûd 'al-Hosainî qui seditionem excitavit, dum prae se ferebat se eius vindictam quaerere contra dynastiam quae tunc imperium tenebat, et eum sepelivit illâ vice, quâ dolo id eum fecisse putamus. Sed post multos annos iterum vivus Hispali apparuit, ibique mansit tamquam rex, et tamquam gentis princeps notus erat, donec ei accideret haec tertia mors. Quid itaque dicamus et credamus de variis his mortibus, se invicem excipientibus, quum ille qui eas subiret, unus idemque esset. Sed in his gladii tantum argumenta proferre possunt, praeter sinceras ad Deum preces pro concordiâ [111] Moslimorum, quia in illâ salus posita est. Huc usque quae excerpsi ex 'Ibn-Haijâne.

---

106) Lexico addatur, 6am formam verbi ظهر cum على p. significare *adversatus fuit alicui.*

107) Nescio an hanc phrasin recte verterim; sequentem non intelligo.

108) Haec significatio 5ae formae verbi عاص, cum من, Lexico addatur.

109) 8a forma verbi نفض hic *mediam* habet potestatem, non *passivam*, quae sola in Lexico est annotata, et sic sexcenties in *Noctibus Arabicis;* vide v. c., ed. Macnaghten, I. p. 15 vs. 8 a f.; p. 18 vs. 8.

110) Verbum نفخ eiusque derivata saepius de instrumentis musicis usurpantur; hinc Alcala (*Voc. Esp. Arab.*) *bozinglero* vertit نفّاخ القرن.

111) كلمة المسلمين فى الائتلاف idem exprimit atque ائتلاف كلمة المسلمين: similiter اتّفاق الكلمة in Bidp. *Fab.* p. 7 et apud 'an-Nowairîum (*Hist. Aegypti* MS. 2 n. fol. 111 v.): فتحزب

Ait 'Ibn-Bassâm: Deinde immersit 'al-Mo'taçidus manum suam in vicinos suos, nempe Birzâlidas, inter quos discordiam excitavit [112], et per quorum 'Omarum eorum Zaidum verberavit [113]. Antea, quum ignis belli accensus erat inter ipsum et 'Emiros Occidentis, cum iis inducias inierat, malo tamen consilio [114], et beneficia in eos contulerat donec multi et opulentes facti essent [115], eo consilio ut ipsorum gladiis eos occideret . . . . Quum itaque firmum esset eius imperium Šilbi (Silves), quae remota est metropolis Occidentis, primum aggressus est . . . . Hâgibum 'ibn-Nûh, qui se a nullius potestate pendere declaraverat [116] et qui in civitate Maurûn [117] erat, sine scriptâ belli indictione, et eum non in antecessum de suo consilio certiorem faciens . . . . . . p. 251.
. . . .
. . . . [118], et distribuit [119] 'al-Mo'taçidus aliquando inter praecipuos mi-

---

كمال الدين خطبةٌ فى معنى الصلح واتّفاق الكلمة ورغّب فيه. Cff. etiam sqq. loci 'an-Nowairî: *Hist. Aegypti* MS. 2 *k.* (2) p. 206): خوفا ان يسدّ مسدّه وتجتمع الكلمة عليه; alibi (MS. 2 *m.* fol. 104 v.): لتجتمع الكلمة على لقاء هولاكوا ودفعه عن البلاد; deinde (MS. 2 *n.* fol. 82 r.): قُرِئَ عليهم كتاب السلطان يتضمّن استقرارَهُ فى المُلْك وجلوسه على تخت السلطنة بقلعة الجبل واجتماع الكلمة عليه. In his itaque locis *concordia* significatur; contra *discordia* in sqq. locis: 'an-Nowairî *Hist. Aegypti* (MS. 2 *k.* (2) pag. 19): احتلّ النظام وتفرّقت الكلمة; id. *Hist. Hisp.* (MS. 2 *h.* p. 478): اختلفت كلمةُ محمّد.

112) Verbotenus *eorum malum per eorum malum verberavit.* Est sine dubio proverbialis locutio quam tamen in Freytagii de Proverbiis opere non annotatam reperi; sed conferri possunt alia proverbia v. c. انّ الحديد بالحديد يُفْلَحُ, de quo cf. Quatremère (*Mémoire sur Meidani* p. 48 sq.).

113) Etiam haec est proverbialis locutio quam nondum alibi inveni. Vides vero 'Omar et Zaid hic nomina esse, ut ita dicam, generalia.

114) Proverbialis locutio هدنة على دخن annotata est ab 'al-Maidânio, ed. Freytag, II. p. 845.

115) Iterum in textu hic proverbialis est locutio, quam Freytagius iam in Lexico notavit.

116) De 8ª formâ verbi نزا cf. supra p. 263 ann. (23).

117) Ab Abû-'l-fedâo (*Geogr.*, ed. Paris., p. 175) hoc castellum *Maurûr* (cum ر) vocatur, et ultima litera etiam ر est apud 'an-Nowairîum (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 455), apud Ibn-Çaldûnum (MS. 1350 t. IV. fol. 24 r.) et alios. Attamen textum mutare nolui, quia modus quo hic in Codice illud nomen proprium scribitur, plane convenit cum pronuntiatione Christianorum, apud quos *Moron* audit (Plinii *Arunci*). Non autem situm est hoc castellum » ad Occidentem Malagae," ut tradit Abû-'l-fedâ, sed inter Malagam et Hispalin, in mediâ fere viâ sed Hispali tamen propior est. Cf. de Morone, Caro *Antiguedades de Sevilla*, fol. 183 sqq.

118) Hunc locum, quatuor gravissimis lacunis vexatum, in versione omittere malui, quia ex verbis superstitibus sententia non satis patet.

lites 'Ibn-Nūḥī et primarios eius viros tantas exquisitae pecuniae summas, ut his eorum corda sibi conciliaret, et eos fideles sibi redderet amicos [120]. Deinde profectus est contra 'Ibn-abī-Qorra, qui Rondae erat, quem eodem modo vendibilem declaravit [121] et cui eundem calceum induit . . . . [122]. Quidam ex eorum exercitûs ducibus indicavit se bene sentire quid ille in animo haberet; et voluit eum explorare, quantum ad doli propositum pertinebat; suos itaque tunc temporis commonefecit [123] iisque innuit quomodo ab hostis damno tuti esse possent. Quo sermone intellecto, 'al-Mo'taḍidus se eum non audivisse simulavit, sed eum scripsit in rationibus odii sui, donec inde utilitatem perciperet [124], et post breve tempus se liberaret ab eo qui hunc sermonem protulisset. Ad potum vocavit [125] duos illos Ḥāgibos de quibus sermo fuit, quamprimum eos decipere poterat, et illo tempore quum redux esset in circuli sui puncto medio, nempe regiâ suâ sede. Advolarunt illi duo ut advolant papiliones ad prunam ardentem, et advenerunt ut advenit miser ad cultrum. Non invitatus ad eos quoque venit infelix 'Ibn-Ĉazrūn, qui nullius auctoritatem sequebatur, et qui tempore suo Arcosi erat. Deo commendatus sit eius pater qui advenit et cui adventus non profuit! Et vae illi interfecto qui ex martyrio utilitatem non percepit [126]! Al-Mo'taḍidus omnibus mortem sorbendam dedit et gladiis potestatem concessit de eorum populis. His peractis, perseveravit in bello cum reliquis ex hac tribu, et eorum ultimum persecutus est, donec eorum regionibus potitus esset et omnes eorum opes abstulisset, quâ in re eius historiae longae sunt, quas fuse narravit 'Ibn-Ḥaijān, sed a proposito huius carminum collectionis alienae sunt. Ex his iam attigi quae sufficiunt, quandoquidem non satis magni ambitûs est haec mea collectio ut omnia narrentur. Causa vero quae eum incitaverat ut cum iis bellum gereret, et quae eum instigaverat ut valide cum iis pugnaret [127], haec fuit. Narra-

---

119) Haec signif. verbi فضّ Lexico addatur.

120) Ad verba استنصح جيوبهم cf. phrasin in Lexico annotatam ناصح الجيب, quae occurrit apud 'an-Nowairīum (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 473).

121) Corruptis nempe credo eius exercitûs ducibus. Caeterum, quia praecedens locus lacunis abundat, non patet ad quodnam praecedens substantivum pronomina in مثلبا et نعلبا pertineant.

122) Haec verba mihi corrupta videntur et fortasse aliquid excidit.

123) Ex coniecturâ hic 3am formam verbi وعظ scripsi, quam quidem scio in Lexico non annotatam esse, sed quae ex etymologiâ certe optime existere potest.

124) Freytagius (in voce طائل) annotavit phrasin, quae hic in textu legitur, nonnisi *in negando* adhiberi, (ut infra in textu p. 251 vs. 13), sed hic *in affirmando* eam adhiberi vides.

125) Commentarii instar sint verba 'Ibn-Ĉaldūni, qui, in loco infra edendo (MS. 1350. t. IV. fol. 24 r.) ait: استدعاهم لوليمة.

126) Scil. pro suo martyrio praemium non accepit in vitâ aeternâ, quia non pro religione occubuerat.

127) Haec significatio 5ae formae verbi مرس Lexico addatur.

verat ei quidam astrologus qui eius horoscopum [128] consideraverat, ipsius dynastiae finem esse impositurum populum, qui ad Peninsulam venturus esset [129] neque ad huius incolas pertineret; minime itaque dubitavit hunc esse Birzālī*das* istos, qui ad Peninsulam venerant tempore 'Ibn-abī-Āmir*i*. Ut hos itaque poenâ coërceret, omnes agendi rationes exercuit, et tempore quo regnavit occupatus erat bello cum iis gerendo. Accidit ut aliquando apud eum intraret quidam ex eius Wezīr*is*, dum ille ('al-Moʿtaçid*us*) manu tenebat epistolam quam diu et accurate considerabat. Erat autem epistola Saqūt*i* qui tunc temporis Ceutae absoluto imperio regnabat, et qui declarabat Moʿalatʿimo*rum*, qui etiam Morābit*arum* nomen gerebant, primum agmen ad campum Marochii pervenisse. Tunc Wezīr*us* ille 'al-Moʿtaçid*um* allocutus est, et summa eius verborum huc rediit: ubinam p. 252.
situs est campus Marochii et ubinam est eius dulcedo? Dicere posses: Mortuus est 'al-Ḥaggāg, sed quid hoc refert [130]? Quominus isti ad nos pervenire possint impediunt virides undae, desertum arduum, noctes diesque, exercitûs nostri numerosi. Tunc dixit ei 'al-Moʿtaçid: Hoc, per Deum! est id quod expecto et timeo, et si tu longâ gaudeas vitâ, profecto id videbis. Scribe ad istum (suum praefectum 'al-Ǧezīrae 'al-Çaçrā*ae* indicans) ut bene custodiat Ǧebel Tāriq, donec iussum meum ad eum pervenerit. Tunc opes colligere incepit ut illud castellum muniret, ibique suos observatores et speculatores collocavit. Sed Deo sunt incantamenta a quibus non defendunt castella, et ad quae (oculis suis) penetrare non possunt observatores et speculatores. Unicuique vero rei est terminus, ab aeternitate inde in fatis constitutus, et certum tempus; et quod in Dei libro constitutum est, locum obtinet!

---

128) Haec signif. vocis مولد Lexico addatur.

129) Verbum طرأ, cum على, significat *venit ad.* Cf 'Ibn-Bassām (MS. Goth. fol. 17 r.); 'Ibn-Ḥaijān (apud eundem fol. 3 v.); 'aṯ-Ṯaʿālibī ('*al-Jatīma* MS. 502 p. 715): الطارئين على حضرتهما : alibi (p. 740): الطارئين على المقيمين بالحضرة البخارية والطارئين عليها , et denique (p. 925): نيسابور من بلدان شتى ✿

130) De 'al-Ḥaggāgo, crudelissimo viro, non opus est ut longus sim: legitur eius vita in 'Ibn-Çallicān*e* (ed. de Slane, I. p. 181 sqq.) et in 'an-Nawawi*o* (ed. Wustenfeld, p. 198 sq.). Verba autem quae hic in textu leguntur, illustrantur loco 'Ibn-Nobātae in *Commentario ad Ibn-Zaidūni Epistolam.* Rumorem nempe sparserant 'Irāq*enses* 'al Ḥaggāg*um* mortuum esse, quo audito hic suggestum adscendit et oratione habitâ inter alia etiam haec dixit: فلو انى مُتُّ فَمَهْ, *si mortuus essem, quid hoc foret? Deus enim nonnisi post mortem beatitudinem promittit.* Haec verba sine dubio hîc spectat 'Ibn-Bassām, et fortasse in proverbium abierunt. Animadvertenda est in iis forma فَمَهْ pro فما هو, et verba quae ex textu eieci, بما ذا, pro glossâ τοῦ مَهْ habeo. Caeterum fieri potest ut in praecedentibus: واين رحبة مراكش وحلوها, etiam proverbialis locutio lateat.

Sequens Ibn-Ḥaijānis locus citatur ab Ibn-Bassāmo in capite de Ăbū-Obaidā ʿal-Becrī. Est hic praeclarus ille geographus auctor librorum المسالك والممالك *et* المعاجم الكبير, *de cuius vitâ conferri possunt auctores laudati a Nobil. de Slane (in versione Anglicâ Ibn-Ċallicānis I. p. 3J9); quae ex Ibn-Ċāqāne de eo patent, supra exhibui (p. 94 ann. (JJ3)). Filius Ăbdo-ʾl-azīzi ʿal-Becrī, praefecti Huelbae et Ṡaltīsi, natus est anno 432; quum itaque pater anno 443 regno privaretur, et se Cordobam conferret, aetatis annum agebat undecimum. Ibn-Ḥaijān tunc 66 annos natus erat; puerum iam tunc doctrinâ eminuisse non probabile videtur: sed deinde certe eum Ibn-Ḥaijāni (qui anno demum aetatis nonagesimo secundo mortuus est) innotuisse, et iuvenem fuisse felicissimi ingenii optimaeque spei, ex nostro loco tuto efficere posse mihi videor. Caeterum geographus ille a reliquis, quantum memini, scriptoribus, vocatur Ăbū-Obaid, sed tum ab Ibn-Ḥaijāne, tum ab Ibn-Bassāmo, Ăbū-Obaida vocatur.*

Caput de historiâ Becrī*darum*, ʿEmīr*orum* ʿal-Magrab*i*.

Ait ʿIbn-Ḥaijān: Quum auctore Wezīro Ăbū-ʾl-Walīd Ġahwar pax constituta esset inter ʿIbno-ʾl-Aftas*um* et ʿal-Moʿtaḍid*um*, postquam per longum tempus bellum inter se gesserant, et Deus inter eos pacem constituisset [131] mense Rebīʿ I[i] anni 443, paravit se deinde ʿal-Moʿtaḍid*us* contra suos finitimos, ʿIbn-Jaḥj*ām*, ʿEmīr*um* Nieblae, et Ăbū-Zaid*um* ʿal-Becrī, ʿEmīr*um* Ṡaltīs*i* et Huelbae [132]. Hos ambos ex ipsorum imperio, haereditate accepto, pepulit, eorumque ditio sine magnâ difficultate ei obvenit, quam reliquae suae extensae ditioni adiunxit, et sic auctus est ʿal-Moʿtaḍid*us* imperio et robore.

Haec sic locum obtinuerunt. Quum ʿal-Moʿtaḍid liber esset bello contra ʿal-Moẓaffar*um*

---

131) De locutione hìc obviâ cf. supra p. 277 ann. (104).

132) Nomine اونبة ego cum Hoogvlieto (vide eius *Spec.* p. 31 caet.) *Huelbam* intelligo, neque assentiri possum Cl.o de Gayangos (I. p. 379) hoc nomine *Gibraleon* spectari statuenti. Fateor mihi hanc opinionem Viri amicissimi, satis confidenter expressam, valde miram videri; etenim ipse recte observat *Gibraleon* corruptum esse ex جبل عيون, et Gibraleonem reverâ ab Arabibus dictam fuisse جبل عيون patet ex ʿal-Idrisio, cuius vide versionem Gallicam II. p. 14, 23, 57. Si itaque Gibraleon appellata fuit جبل عيون, non appellata fuit اونبة, nam uno eodemque tempore oppidum *duo* eaque diversa nomina habuisse, non credibile est. Iam ab alterâ parte minime mirum est, oppidum Huelbam ab Arabibus dictum fuisse اونبة; ʿal-Idrīsī (II. p. 14, 20, 22) quidem scribit ولبة, et sic etiam deinde ʿIbn-Ḥaijān (vide textum p. 252 vs. 6 a f.; 2 a f.) et, quod eodem redit (p. 253 vs. 2), اولبة, sed, quum litera ل et ن utraque liquida sit, unam alteri saepe substitui satis notum est.

gerendo [133], vacavit [134] bello gerendo cum 'Ibn-Jahjâo, Nieblae praefecto. Hunc petens, exercitum collegit [135] cui ipse praeërat. 'Ibn-Jahjâ Nieblam reliquit, ex urbe exiit, et Cordobam fugit [136], quam urbem intravit, imperio privatus et se in clientelam conferens 'Ibn-Çahwari, viri qui semper hiatûs opplebat et ad quem exules confugiebant. Mirum et extraordinarium tunc fuit, ipsum 'al-Mo'taçid*um* huic viro equitum cohortem adiunxisse, quae eum comitata est usque ad eius asylum Cordobam. Deinde nuntius allatus est, 'al-Mo'taçid*um* aggressum esse 'al-Becrî*um* Huelbae et Šaltîši. Hic vir Abû-Zaid 'al-Becrî hanc ditionem haereditate acceperat a patre suo, qui ex nobili, inclytâ, praepotenti et divite erat gente, quae iam diu cum senatûs (Cordobensis) imperio coniuncta fuerat. Fuerat ei eiusque proavis cum 'Ismâîle 'ibn-Âbbâd, 'al-Mo'taçid*i* avo, epistolarum commercium et mutua clientela, quae posteris suis quasi legaverunt, et quibus deceptus est Âbdo-'l-azîz 'al-Becrî, ita ut statim ad 'al-Mo'taçid*um* epistolas mitteret, quum hic Nieblam intrasset, ei facile captam [137] urbem gratulans. In memoriam ei revocavit mutuam clientelam, fassus est se ei obedientiam praestare debere eique proposuit ut se imperio Huelbae exueret [138] et 'al-Mo'taçid*us*, si vellet, ipsum in imperio Šaltîši confirmaret. Hoc ab eo propositum 'al-Mo'taçido placuit; ei imperium quod petebat commisit, et suum manifestavit desiderium ut cum eo colloqueretur; quapropter se versus p. 253. eum contulit. Sed Âbdo-'l-azîz, suspectum habens eius aditum, antequam ille adveuit, se cum omnibus opibus ad insulam Šaltîši contulit, et se in gratiam 'al-Mo'taçidi imperio Huelbae exuit. Hoc itaque oppidum eâdem facilitate acquisivit [139] quâ Nieblam acquisi-

---

133) Phrasis خلا وجهه من (hoc enim accuratius est quam خلى ut hic in Codice legitur) etiam legitur apud 'an-Nowairî*um* (*Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 446), ubi verba exstant: خلا وجهه من امر اخويه. In Bidp. *Fab.* p. 197 خلا وجهه ل est *vacare alicui.*

134) Cf. supra p. 276 ann. (102).

135) Verbum ضم significare *collegit*, supra annotavi (p. 138 ann. (390)). Hic per ellipsin denotat *exercitum collegit.* Eodem modo saepius verbum جمع usurpatur, non addito جيشه vel simili quodam, ut sequentia ostendunt exempla: 'Ibn-Badrûni *Commentarius ad Ibn-Âbdûni carmen* (MS. Paris. p. 163): فاجمع يزيد بن الوليد ودخل دمشق; 'an-Nowairî *Hist. Hisp.* (MS. 2 *h.* p. 441): وجمع عبد الرحمن اليها ولم يدخل قرطبة وهاله ما سمع من اجتماعهم; de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. ٣٣ vs. 7 a f.

136) De 7ª formâ verbi زعج cf. supra p. 272 ann. (79).

137) Ad literam: *ei gratulans de eo quod ex eâ facile fuerat.* Ad hunc usum 5ªᵉ formae verbi هاء cf. infra in §. 3 locum 'Ibn-Bassâmi (MS. Oxon. fol. 71 v.)

138) Haec signif. 5ªᵉ formae verbi خلا, quae infra (p. 253 vs. 2 et vs. 8) recurrit, Lexico addatur.

139) Haec signif. verbi حاز in Lexico desideratur, vel certe non satis accurate indicata est; sed cf. 'Ibn-Ḥaijân (apud 'Ibn-Bassâm MS. Goth. fol. 49 v.): حاز ما فيها (domo) من اهل وولد ومال et Hoogvlieti *Spec.* p. 55.

verat, eius populo latissimam ἀμνηστείαν concessit, et oppido praefecit virum quendam suum in quo fiduciam ponebat, quem iussit ut 'al-Becrīo commeatum intercluderet [140], et omnes homines vetuit quominus se ad eum conferrent. Reliquit eum itaque in angustias redactum in mediâ aquâ, donec se traderet illi qui in eius propinquitate erat [141], sed prudentia eum non reliquit. Tunc rogavit 'al-Mo'taçid*um* ut sibi abire permitteret, eodem modo quo abierat eius confoederatus [142]. Al-Mo'taçid*us* hoc ei permisit et 'al-Becrī Cordobam venit, ubi eius adventu laeti erant homines, quippe viri splendentis [143], sapientis, modesti, docti, qui superat confoederatum suum 'Ibn-Jaḥjā*um* nobilitate et praeclarâ in-

140) Sic vertendum esse, sententia, ni fallor, suadet. Valde notabilis est haec phrasis قطع بفلان, *alicui commeatum intercludere.*

141) Suspicor ante من قرب omissum esse الى, quâ voce additâ sententia oritur quam hic vertendo expressi. Phrasis enim أَلْقى بِيَدِهِ الى فلان significat *se tradere alicui*, ut apud 'Ibn-Bassāmum (MS. Goth. fol. 7 v.): وقد حدثتْ ان بعد خروج ابن طاهر من البلد راى ان يلقى بيده الى المعتمد; apud 'Ibn-Ḥaijānem (apud eundem fol. 49 r.): أَلْقائهم بايديهم اليهم, et deinde (fol. 49 v.): القوا الى المشركين بايديهم. Cf. etiam infra in §. 3 'Ibn-Bassām (MS. Oxon. fol. 12 r.). Similiter apud 'Ibn-Bassām*um* (MS. Goth. fol. 6 r.): ونمّا القى المعتمد الى ابن عمار بيده, i. e. *se totum ei tradiderat; omnia administranda ei commiserat.*

142) Nempe princeps Nieblae.

143) De adiectivo سَرِيّ iam supra (p. 107 sq., ann. (188)) annotavi, quam annotationem quum scriberem mihi de etymologiâ vocis non constabat. Nunc affirmare possum, eam derivatam esse a verbo سرا ultimâ و, quod significat *splendidus fuit;* hinc Infin. سَرْو *splendor.* Quod probandum, nam in Lexico non legitur. Primum itaque videas locum ex 'Ibn-Ḥaijāne quem descripsi in meo *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes* (p. 285). In eodem illo loco (MS. Goth. fol. 4 r.) etiam haec ait 'Ibn-Ḥaijān: والدار ابدع حركة (?) الى اشياء تتنابق هذا السرو من فخور الآلة والآنية. Etiam in nostro loco Infin. ille سَرْو bis occurrit (vide textum p. 253 vs. 6 et 7). Exemplis supra allatis, in quibus adiectivum سَرِيّ occurrit, haec addere possum: in epistolâ 'Ibn-Tāhiri, quam descripsit 'Ibn-Bassām (MS. Goth. fol. 18 r.) legitur: مرّ بنا كتابك السرى, et in loco 'Ibn-Bassāmi (MS. Oxon. fol. 110 r.): ما اخرجْته من سرى نظمه وجزل مقاله « مدّة اعتقاله ». Etiam comparativi أَسْرَى duo apud 'Ibn-Ḥaijān vidi exempla; MS. Goth. fol. 3 v.: وكانت دولته اكثر الدول خاصّةً واسرى, et fol. 5 v.: فصارت دولتهم لاول وقتها اسرى الدُّوَل صحابةً ✿

dole, quique eum praeterea superat gentis splendore et nobilitate et filio suo, iuvene qui unicus est inter suos coaetaneos corporis elegantiâ, pulchritudine, splendore, elegantiorum literarum cognitione, doctrinâ, quique cognomen gerit Abū-'Obaida. Quod ad prudentiam Abdo-'l-azīzi tunc temporis attinet, narrant homines, eum, quum Saltīši esset, bene perspexisse se Abbādo imparem esse; statim itaque cum prudentiâ egit, se, in illius commodum, imperio huius oppidi exuit, certis conditionibus quas ille ei servavit. Etenim emit Abbād ab 'al-Becrīo eius naves et apparatum bellicum [144] pretio decem millium mitqālo*rum*. Al-Becrī itaque Cordobam habitatum venit, sub clientelâ Ibn-Gahwari, cui opes et vita semper tuto committebantur, et Ibn-Abbādo hae terrae parebant [145], et, si Deo placet, in posterum tranquillae parebunt; sed soli Deo regnum est aeternum!

Sequens paragraphus desumta est ex capite de Wezīro Cātibo Abū-Mohammede Abdo-'l-lāh, filio faqīhi Abū-Omar 'ibn-Abdi-'l-barr 'an-Namarī, vel, ut brevius eum vocat Ibn-Cāqān, Abū-Mohammed 'ibn-Abdi-'l-barr: de quo viro alibi agam; hīc monere sufficiat eum aliquamdiu Cātibum fuisse 'al-Moʿtaçidi.

Scripsit a parte 'al-Moʿtaçidi epistolam, quam ego in brevius contraxi, ut minuerem eius prolixitatem, et in quâ exponit quomodo hic princeps interfecerit filium suum Ismāīlem.

Ait Ibn-Bassām: Abbād tunc divortium contra suum filium pronuntiaverat, in poenâ ad summum usque terminum pervenit et eâ pronuntiatâ extra terminum vagatus est in modo quo eum punivit; ab hac poenâ eum apud patrem non defendit a iuventute accepta sororians mamma, nec paterna commiseratio.

Narravit mihi quidam ex Wezīris Hispalensibus, de cuius veracitate non dubito, sequentia: Tribus diebus post hunc casum lapsis, aderamus eius consessui; principis vultus austerus erat [146], et quivis ex Wezīris se non adesse cupiebat; pronuntiatae salutationi nihil addiderunt [147], et tremulâ voce loquebantur [148]. Quo viso princeps multum eos

---

144) Sic اقفال hic vertendum esse, docet, ni fallor, tum sententiae nexus, tum locus 'an-Nowairii (*Hist. Aegypti* MS. 2 *o.* fol. 113 r.): ووصلت اليهم الاقفال والمجانيق وآلات الحصار والاقوات في المراكب ✿

145) Proprie: *clarae, purae erant.* Cf., ut in re notâ unum tantum citem exemplum, Ibn-Çāhibi-'ç-çalāt (*Hist. 'al-Mowahhidarum* MS. Oxon. fol. 3 r.): ولمّا فتح الله تعلى مدينة المهدية — وصَفَتْ للاسلام ✿

146) Haec signif. 9ae formae verbi ربد, Lexico addatur.

147) Ad verbum زاد cum على cf. locum 'al-Bocārii quem citavi in meo *Dict. dét. des noms des vêt.*

verbis lacessivit [149] et leonis instar rugivit, dicens: O vos qui propter meum malum laeti estis, cur vos silentes video? Abitote! Tunc omnes surrexerunt, post se pedes quasi trahentes, dum nemo eum vel leviter adspicere audebat. Quum autem prope portam palatii essemus, nos vocavit; nos itaque rediimus, et permisit nobis ut sederemus; tunc sedimus et adduci iussit Câtib*um* 'Ibn-Abdi-'l-barr. Hic consessum intravit, hominibus repletum, et dixit ei princeps: Epistolam scribe ad 'Ibn-abî-Âmir*um* et describe [150] caedem istius perfidi et periuri. His fere quum locutus esset verbis, pedisequus 'Ibn-Abdi-'l-barr*o* attulit chartae folium [151] et atramentarium. Wezîr*i* autem et aulici, qui in illâ aulâ sedebant, apud se dicebant: Quomodo fieri potest, ut oratio incidat in animum 'Ibn-Abdi-'l-barr*i* hac in conditione quum versetur, et insuper coactus sit ut ex tempore
p. 254. scribat? Ait ille qui mihi haec narravit: 'Ibn-Abdi-'l-Barr complicavit [152] folium, et incepit calamum in atramentarium immergere et scribere, dum oculus 'al-Mo'taçid*i* eum diligenter observabat et eum quasi insiliebat [153]. Absolutam epistolam 'al-Mo'taçido ad finem usque recitavit, et aulici, principis aulam relinquentes, iudicabant 'Ibn-Abdi-'l-barr*um* ad miracula sui creatoris pertinere. Dixerat ille in hac epistolâ:

Quandoquidem, o tu, quem Deus adiuvet! amici, sincerâ amicitiâ coniuncti, id agere student ut sibi invicem variarum rerum sint participes, et ut exigant a se iustam partitionem [154] in rebus parvis, magis etiam decet ut hanc exigant in rebus gravissimis et infelicissimis, et inter se exerceant quando nigrae [155] calamitates locum obtinent. Etenim

---

p. 26 et ann. (5) ad h. l. in p. 27; cf. etiam Kosegarten *Chrest. Arab.* p. 64: لم يزد على نظر, et Freytag *Chrest. Arab. gramm. hist.* p. 149 vs. 1.

148) Ad literam: *commotus, tremulus iis erat sermo.*

149) Nescio an mendo laboret istud فصوب, quod tamen distincte in Codice scriptum est et quod فَصَوَّبَ pronuntio. Sed fieri potest ut صَوَّبَ فيه وصعد sit phrasis mihi ignota, quae respondeat alteri illi صعد به ونزل, quamque Reiskius ad Golium suum annotavit.

150) Proprie *subsistere fac*, scil. in chartâ.

151) Haec signif. vocis جلد Lexico addenda est; tum quod ad etymologiam, tum quod ad significationem attinet, جلد h. s. plane convenit cum Belgico *een vel* (*papier*).

152) Sic secunda forma verbi سوى mihi hic vertenda videtur.

153) Legere fortasse hic velles وترصد, sed homoeoteleuton illam lectionem defendit quam in textum admisi. Verbo itaque رضب significationem verbi ربض tribui, 'al-Qâmûs*i* auctoritate nixus.

154) Signif. quâ hic 3ª forma verbi سهم occurrit, in Lexico non est annotata; in uno ex responsis ad hanc 'al-Mo'taçid*i* epistolam similiter legitur (apud 'Ibn-Bassâm MS. Goth. fol. 40 r.): وافتنى ايدك الله مساهمتك الكريمه، ومشاركتك السليمه" ☆

155) Calamitates saepe *nigrae* dicuntur ab Arabibus, ut apud 'Ibn-Ḥaijânem (ap. 'Ibn-Bassâm MS. Goth.

subito me invasit infortunium grave, nigrum, et de improviso in me irruit coecum et mutum repentinum malum ex fati variis generibus; extulit se illud versus me ex loco ubi ipse absconditus eram [156], se mihi obtulit ex tuto meo loco, et versus me exiit [157] ex horto in quo nullos scorpiones esse putaveram [158], et quem nimis bene rigatum esse putabam quam ut ibi istis obviam fierem eosque evitare deberem [159]. Sed Deus, cui gratias agere et quem laudare nunquam desinam, insigni erga me beneficio, primum me defendit, deinde me sanavit; semper ei maneant laus et debitae gratiae!

Res itaque quae accidit fuit haec. In stultum qui spem meam fefellit, exsecratum qui omnes reliquos praevertere studuit, 'Ismâ'îlem, filium meum sanguine, non amore, natum meum cognatione, non agendi ratione, amore propensus eram, eumque praeferebam talibus qui maiori honore quam ille digni erant. Amor enim rei te coecum et mutum reddit; amor tecum habitans occoecat oculum videntis. Honoravi eum itaque nobilissimis nominibus et muneribus; liberalis ei dedi pretiosissimos thesauros et opes; humilia ei reddidi colla exercitûs ducum et principum virorum; exercitavi eum bellis gerendis, eumque misi ut gravissimis rebus testis adesset, iisque se opponeret; neque putabam me tantum contra me ipsum eius cultrum acuere, vel me illâ exercitatione et institutione sub lapillis et glareâ prunam accendere. Peculiarem honorem tantum in eum contuleram, et praefectum eum constitueram ita ut per se negotia obire posset, et stabilis ei esset sedes, propter sagacitatem quam ex signis exterioribus ei inesse putabam, et quâ oculus meus recreabatur, et propter perspicacitatem quam in eo adesse opinabar et quâ animus meus laetus erat; sed sagacitas ista erat insipientia et perspicacitas iuvenilis audacia et mentis inopia. Profecto! tentantur patres filiis, et latet illos

---

fol. 28 v.): خطوب دهم; cf. etiam sqq. verba in loco nostro. Hinc simplex الدهماء (collatâ voce دُهْمَة) *nigram calamitatem*, *infortunium* denotat, ut in loco 'Ibn-Bassâmi (MS. Goth. fol. 5 r.): تواسوا على الدهماء, *qui se invicem consolati sunt in infortunio.*

156) Nomen loci مُكْمِن deëst in Lexico; inveni illud etiam in 'Ibn-Gobairi *Itinerario* (MS. p. 202).

157) Bis in hac epistolâ verbum شرع *exiit* significare videtur, nempe hic et infra in textu p. 255 vs. 6 a f.; quod si reverà ita sese habet, Lexico addendum erit. Confirmat fortasse hanc signif. locus 'al-Maqrîzii quem edidi in *Dict. dét. des noms des vêt.* (p. 281 vs. 2 a f.), ubi verba وباب هذا السوق شارع من القصبة ad literam significare videntur: *et porta huius fori exit ex 'al-Qaçabâ*, i. e., ut ibidem verti, *la porte de ce marché donne dans la grande rue, appelée Al-Casabah.*

158) Cf. cum his verbis versum 'Ibno-'l-Labbânae, quem supra edidi p. 70 vs. 3.

159) Bene rigaverat hortum, i. e., ex solenni imagine, multa in hunc beneficia contulerat; sed hortus ingratus fuit, et scorpiones protulit. Ante من est ellipsis.

mala quibus hi student [160]. Praeterea consilia oriuntur et nascuntur, animi probi vel improbi sunt, per socium bonum vel malum, per sodalem errantem vel in verâ viâ incedentem; et veluti scabies contagione inficit, sic malus socius (alterum) perdit; qui errantem tamquam amicum assumit, ipse fit [161] errans et suspectus, *et ille qui Satanam habet socium, malum habet socium* [162]. Etenim vel nonnullos benedictos Prophetas latuit id quod facere studuerunt nonnulli horum filii [163], licet Revelatio cum iis loqueretur et clanculum cum iis sermonem institueret: iam quanto magis nos (talia latent), qui tantum iudicamus ex talibus quae audimus, et decernimus ex talibus quae videmus et scimus, dum sponsio de rerum exitu nobis non data est, neque veram aliorum agendi rationem scimus. Haec enim est proprietas [164] mentis ut eam nullus cognitam habeat nisi creator, intima et occulta cognita habens, et ut eam non perspectam habeat nisi is qui apparet et latet [165]. Sapor denique aquae antea purae deinde impurus invenitur; admiratione af-
p. 255. ficit fimetum viride [166], et perit fructus patulae arboris in terrâ durâ [167].

In aliâ huius epistolae parte ait: Postquam hic maledictus et stultus se ex cunis ad magnum honorem extulerat, et ex (nutricis) brachiis adscenderat ad locum in nobilissimo senatu, et viderat se divitem factum esse [168] et multas huius mundi opes possidere, hoc

---

160) Duplici significatione hic 7ª forma verbi طوى occurrit, quarum neutra in Lexico annotata est. Primum est passivum a verbo طوى *celavit*, et similiter, cum عن p. constructum, recurrit infra p. 254 vs. 4 a f. Deinde est medium eiusdem verbi eo sensu quo significat *complicuit*, et انطوى على شيء denotat: *studuit rei.*

161) Proprie *mutatur in;* cf. supra p. 78 ann. (32).

162) Sunt verba *'al-Qorâni* IV. 42.

163) Cogita v. c. de Davidis (prophetae, ut aiunt Moslimi) filio Absalone.

164) De grammaticâ constr. cf. supra p. 79 ann. (34).

165) Locum sanum esse et vertendum esse ut feci, certo mihi persuasum est. Offenderat quidem me repetitum istud الباطن, et pro primo الباطن legendum esse الفاطن credideram; sed, quantum scio, الفاطن non de Deo dicitur: in *'al-Qorâno* certe non occurrit. Ante alterum illud الباطن fortasse copula inserenda est, nam etiam in *'al-Qorâno* (LVII. 3) semel Deus dicitur الظاهر والباطن ✿

166) Proverbialis haec est locutio; cf. 'al-Ḥarîrî p. 41 et scholia ad hunc locum; Rever. Valeton *Spec.* p. ٩ vs. 2 a f. et qui in ann. (23) (p. 10) ad h. l. citatur Freytag *Prov. Arab.* I. p. 48.

167) Non certus sum me haec verba recte vertisse; continent fortasse etiam proverbialem locutionem, quae mihi tamen non nota est, sed significare videntur: licet pravum virum commonefacias, nihil prodest.

168) Verba رآه استغنى (in textu, typothetae errore, est رأه) desumta sunt ex *'al-Qorâno* XCVI. 7.

eum improbum [169], insolentem, tyrannum et ingratum [170] reddidit, plura acquirere studuit, sibique soli imperium arrogare voluit; adducti sunt praeterea, Dei decreto, ad eum improbi socii qui eum contagione infecerunt et perdiderunt, eique, Dei iussu, additi sunt dolosi sodales qui eum instigarunt, in errorem induxerunt, et effecerunt ut in animo sibi proponeret [171] se a patre abalienare [172] et hunc devitare, quique eum cupidum reddiderunt ut ille solus imperium in urbe exerceret ipsique cum eo imperarent, nemo vero ipsis. Nocte itaque quâdam exiit cum turbâ suâ, cuius ope in palatium meum irrupit, et cuius auxilio laceravit velum dominae meae, potens deinde 'al-Ġezîram 'al-ĕaçrâam eiusque regiones circumiacentes, ut has sibi subiiceret inque iis res misceret et turbaret. Ego vero absens eram in loco propinquo; redii itaque (ad urbem) et statim ad illum tractum virum misi qui eum ab hoc depelleret et arceret; attamen ignovi ei, connivi in iis quae perpetraverat, ei pristinam suam conditionem et pristinas opes restitui, nec eum castigavi nisi eo quod eum videre nollem, neque eum presentem esse vellem, licet simul benigne cum eo agerem, multa dona et beneficia in eum conferens. Sed ille similis erat serpenti quem a suis gyris [173] cohibere non potes, et scorpioni cum cuius aculeo in pace vivere non potes; dixisses eum parvi facere illud quod ad eum venerat et contemnere fructûs quos carpserat; vituperabat itaque et abiiciebat quod ei parvum videbatur et quod tamen magnum erat. Quum tale quid minime exspectassem, iam turbam collegerat ex vilibus [174] pueris servorum, qui famulabantur in domibus principum nummulariorum, quandoquidem maledictus iste non cupiebat ut sibi opem ferret hoc in facinore nisi talis in quo esset maxima iuventus, vel minima pars boni. Deinde his et sibi ipsi vinum potandum praebuit, ut se ipsum et hos audaces redderet, et ab iis averteret vel minimam discernendi facultatem, si fortasse in iis haec adesset; armavit eos variis armis quae in pauperum et divitum habitationibus reperiuntur [175]; quo facto de improviso irrupit in palatium cum decem fere ex istis hominibus; cum his conscendit muros et pa-

169) Lexico addatur, 4am formam verbi شرّ significare *improbum reddidit.*

170) Etiam signif. 4ae formae verbi كفر, quae hic locum obtinet, in Lex. desideratur.

171) Haec signif. 4ae formae verbi شعر Lex. add.

172) Ad 10am formam verbi وحش cf. supra in textu p. 256 vs. 4, 6 et 4 a f.; Ibn-Bassâm (MS. Goth. fol. 67 r.): وكان استوحش من امير بلده, et alibi (MS. Oxon. fol. 106 r.), ubi sermo est de 'al-Mo'tamido qui amicitiam quam cum Ibn-'Ammâro contraxerat, abrupit: وفى اثنا — نجوم ذلك الاستيحاش والتغيير

173) Vocab. مَدارة *gyrus* in Lexico non annotatum est.

174) خساس esse pluralem a خسيس iam annotavit Cl. Weijers (*Spec.* p. 98 ann. (127)). Eandem pluralis formam offert Alcala (*Vocab. Esp. Arab.*) in vv. *astroso*, *vagabundo*, *vellaco* et *vil hombre.*

175) Proprie *versantur*, quam signif. 5a forma verbi صرف saepissime habet, ut supra p. 169 vs. 1.

rietes, et adscendit in tecta et moenia; utinam quietem inveniat die Magni Judicii, die Resurrectionis, a quo arcetur qui Deo Optimo Maximo se opposuerit. Tunc ego egressus sum et exii; quum vero istorum oculi me viderent, fugientes se a muris deiecerunt et spe frustrati se praecipites dederunt [176]. Etenim speraverant me inventum iri gravi somno sopitum, vel incuriosum et negligentem ita ut nec audirem nec viderem; sed, Dei gratiâ, debilis erat istorum spes, et ad finem non perducta sunt quae moliti et conati sunt. Metus exitûs ad quem venturus esset animus ingratus et iniquitas, celerem reddidit istorum fugam. Maledictus autem iste, se ipsum fugiendo periculo subtrahere volens, irrupit in moenia urbis, sed mox asseclae mei eum assecuti sunt, et ad me adductus est captivus ligatus, ut quoque reliqui malefici et reliqui rebelles, quos ut vincerem effecit Deus. Omnes istos puniri secundum poenas a Deo O. M. constitutas, eiusque iustum iudicium contra eos pronuntiavi.

Mirare itaque, mi domine! res quas Fortuna affert, filios calamitatum auctores, oculum
p. 256. filii dilecti et amati mutatum in conditionem talis qui odio et inimicitiâ incensus est, irati et malevoli. Attente quoque considera quomodo tristitia oriatur ex loco in quo gaudium habitare putaveras, et calamitas nascatur . . . . Superat hoc conamen omne id quod unquam ausus est immorigerus filius inter antiquos principes. Nullum enim exemplum, quod in historiis et documentis invenimus, gravius est alienatione, discidio, diritate, discrepantiâ, si excipis id quod irruit in [177] unum regem Persarum [178] et alium ex ʿAbbāsi*dis* [179]. Hic enim maledictus, cupiditate et aviditate ductus,

---

176) 6ª forma verbi طرح in Lexico desideratur. Propria eius vis est *se deiecit*, *se praecipitem dedit*, ut nostro in loco. Hinc cum على r. respondet Gallico: *se jeter avidement sur*, ut in loco ʾIbn-Ḥaijān*is* (apud ʾIbn-Bass. MS. Goth. fol. 49 v.): post gravem sitim multae feminae perierunt لِتَطارُحِهِنّ على الماء يكرعْنَ فيه بغير مَهْل. Cum eâdem praepositione etiam significat *se tradidit alicui*, ut in loco ʾIbn-Bassāmi (MS. Oxon. fol. 109 r.): واتّفق ـ تطارُح اهلها عليه، وحصول تلك الجهة فى يديه". Cum praepositione فى est *se jeter dans un édifice pour y chercher un asyle*, ut apud ʾIbn-Ǵobairum (*Itiner.* MS. p. 206): فتلّق المغصوب عليه انَفَةٌ توديه الى التطارح فى الكنيسة فيتنصّر ويتعمّد. Cum على p. etiam significat *enixe petiit ab aliquo*, ut apud ʾIbno-ʾl-Ćatibum (MS. fol. 17 r.): تَطارَحَتْ على ابنها فى استحيائه فامر بتخليصه وسجنه فى بعض بيوت القصر٭

177) Pronuntiandum credo شُدَّ, proprie *ligatum est*.

178) Spectat hic, ni fallor, auctor Parwiz*um*, contra quem filius Šīrūjeh seditionem excitavit, eum in carcere inclusit et deinde interfecit. V. *Mogmil ʾet-tewārīc* (in *Journ. Asiat.* III. XIV. text. Pers. p. 148; vers. Gall. p. 129).

179) Spectat auctor ʾal-Motawakkil*um*, qui, filio ʾal-Montaçiro cum aliis conspirante, anno 247 interfectus est. V. Abū-ʾl-fedā *Ann. Mosl.* II. p. 204.

plane unica, mira et nefanda quae homines circumeunt, molitus est, nam alienationi suae, vituperio dignae, addidit quod auderet patris feminas communis iuris facere; praeter id quod hominum corda perdere volebat, horum sanguinem effundens, audax etiam aggressus est domi custoditas matronas. Hoc vero tempus est tempus calamitatis et aquilo odii et furoris; et homines temporibus suis similiores sunt quam patribus suis [180]! Sed verius quam hoc sit dictum Dei Optimi Maximi: *a parte uxorum et liberorum vobis est hostis; cavete itaque ab his et illis* [181].

Suspiravi [182], mi domine! ut suspirat homo cuius pectus laesum est, et diu versatus sum in hac re narrandâ et explicandâ, ut tibi impertirem [183] hanc insignem calamitatem et summum infortunium. Historia est haec quae attento animo considerari meretur!

Brevis huius casûs narratio verbis ʾIbn-Ḥaijān*is*.

Ait Abû-Merwān: Anno 450 repetitis vicibus Cordobam nuntius allatus est, ʿAbbādo consilium esse ut huius urbis ʾaz-Zahrāʾ*am* obsideret, cuius inferior pars devastata erat, et ex quâ semper quasi urbis mors demittebatur. Iam antea narratum fuerat contra illam tetendisse eius filium ʾIsmāʿîl*em*, qui cognomen ʾal-Mançûr gerebat et eius prorex regnique haeres erat. Hic erat ignis in eius lapidibus habitans [184], neque dubitabatur quin a patre contra Cordobam missus esset tamquam flamma ignis, ita ut non sciretur urbem amplius existere [185]. Sed Deus recreationem concessit (paene suffocato) gutturi populi urbis, dissolvendo eius consilium et avertendo eius propositum, nam filius, viliter agens, rei perficiendae impar fuit. Tunc ex inevitabili Dei decreto factum est, ut hic iuvenis aegre ferret iussum quod ei hac in re dederat pater et hoc ab eius parte odium concitaret quod in eius animo reconditum erat, et quod eum audacem reddidit [186], ita ut se patri opponeret. A viâ vero in quâ erat, deflexit, propter causam, de quâ dissidium est. Narrant enim eum a patre alienatum fuisse propter ingrati aliquid quo eum pater

---

180) Est proverbium quod exstat in ʾal-Maidānî*i* opere (ed. Freytag, II. p. 798), ubi pro بازمانهم legitur بزمانهم.

181) Sunt verba ʾ*al-Qorâni* LXIV. vs. 14, sed alio sensu a Moḥammed*e* dicta sunt; voluit nempe Propheta: uxores et liberi virum ab officio suo et Dei cultu distrahunt.

182) Haec signif. verbi نفث Lexico addatur.

183) Valde notabilis est phrasis, quae hic in textu legitur.

184) Haec signif. 8ae formae verbi سكن in Lexico non annotata est.

185) Ellipsis hic est; particula nempe ل omissa est, quae tamen subintellecta vim suam exercet in sq. iussivum. Cf. de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 39.

186) Signif. et constr. 2ae formae verbi جشر, quae hic locum obtinent, non satis explicite in Lexico annotatae sunt.

affecerat quum eum mitteret ad impetum in Cordobam faciendum, quandoquidem Deus filii mortem decreverat! Sed alii narrant rem haud ita sese habuisse, sed nimis grave quid ei visum fuisse urbem, qualis Cordoba erat, aggredi, dum paucos tantum milites secum haberet, et eum ideo cavisse ne urbem obsideret quia pactum erat inter Cordobenses et eorum confoederatum Bādīs ·ibn-Ḥabūs, quem celeriter contra se progressurum esse non dubitabat, ita ut casurus esset inter duas maxillas quarum utraque ipsum manducaret [187]. Narrant etiam eum patris mentem ad hanc rem advertisse, qui tamen eum
p. 257. pusillanimem declaravit [188], graviter ei minatus est et parum aberat quia eum interficeret [189]. Iussit eum suam viam persequi eique necem minatus est si languidus se ab eâ averteret [190]. Hoc eius animum a patre abalienavit, et molitus est ab eo fugere, cum perpaucis intimis amicis qui eum in errorem induxerunt. Tunc duorum fere dierum itinere se ab Hispali removit, sed tunc, mendacio usus, socios suos certiores fecit de improviso sibi allatam esse epistolam patris, qui ipsum ad se redire petebat [191] propter rem de quâ cum eo praesente colloqui vellet. Hispalin itaque rediit et aggrediendi occasionem [192] arripuit, ex fati decreto, quum a regiâ suâ sede absens esset pater, degens in praedio suo quod erat in castello ·az-Zāhir [193]. Tunc cum temeritate patris palatium aggressus, et quibusdam thesauris potitus est [194] quos secum duxit; cepit quoque matrem suam et patris feminas, et complura [195] surripuit ex opibus et supellectile, putans se effugere posse. Haec omnia secum duxit, illa onera extollens in iumenta quae noctu expostulaverat a quodam apud quem illa esse sciebat, et statim abiit, iterum ingrediens [196] viam quae ad ·al-Ǵezîram ·al-ċaçrâam ducebat, finem ditionis patris in litore maris, hanc se intrare decernens, ibique contra eum seditionem movere [197]. Sed quoniam irretitus erat in suâ petu-

---

187) Hoc sine dubio est proverbium, quod tamen in Freytagii opere de Proverbiis non annotatum est. لَحْيَ proprie est *locus ubi barba crescit.* Galli dicerent: *entre deux feux.*

188) 10ª forma verbi جبن in Lexico desideratur.

189) Sic verti, collato alio ·Ibn-Ḥaijânis loco qui legitur apud ·Ibn-Bassâmum MS. Goth. fol. 28 v.: سخطا بوالدته لتهمة لحقتْها عنده فتولّى قتْلَها بيده ✿

190) Haec signif. 6ae formae verbi ونى vel أنى, cum عن, Lexico addatur.

191) Haec signif. 10ae formae verbi صرف c. acc. p. Lexico addatur.

192) De voce فرصة cf. supra p. 123 ann. (283).

193) De ·az-Zāhir cf. supra p. 145 ann. (426).

194) Si textus sanus est, quod ego certe credo, notabilis hic est usus verbi علق cum ب.

195) Ad literam: *sibi multum fecit id quod surripuit;* quae signif. 10ae formae verbi كثر in Lexico desideratur.

196) Haec signif. 3ae formae verbi دبر Lexico addatur.

197) Minime dubium esse potest quin hic textum recte emendaverim; cf. supra p. 263 ann. (23).

lantiâ et insolentiâ [198], factum est ut eum assequerentur et eum impedirent quominus viam suam persequeretur. Dissentiunt quae narrantur de hac eius historiâ, de modo quo fugit, de modo quo pater eum cepit et iterum filius in huius potestatem rediit, de quibus dicere longum est. Postquam in itinere suo substiterat prope castella quaedam patris, et haec patris praetores clauserant [199], metuebatque ne hi omnes se coniungerent ut ipsum caperent, coactus est confugere ad 'Ibn-'abî-Haççâd*um* qui in suo erat castello, in fine tractûs Sidoniae sito, eius tutelam implorans, qui ei hanc concessit, ut aiunt, eâ conditione ut sub castello maneret, neque in illud adscenderet, (quod postulavit ut tutus esset a [200] dolo quem a patre profectum esse putabat), postquam, ut eum exciperet, a castello descenderat, eique cum militibus suis obviam venerat, consilium ei dans ut iterum ad patrem rediret et dolorem, quo hic premebatur, cessare faceret declarando se huic iamiam parere velle, promittens quoque ei se a patre pro filio condonationem impetraturum. 'Ismâîl se ab eius propositis avertere non potuit, quia paucos tantum asseclas secum habebat; annuit itaque eius desiderio. Praefectus igitur, magno honore eum afficiens, apud se ut habitare vellet eum rogavit, et statim ad Âbbâd*um* scripsit, certiorem eum faciens filium apud se esse, describens eius poenitentiam utque ei condonaretur implorans. Hoc nuntio laetus erat Âbbâd, nam valde timuerat ne filius se cum suis inimicis qui in illo tractu erant, coniungeret; votis huius 'al-Haççâdii annuit eiusque intercessionem admisit. Quo audito, 'Ismâîl approbavit se ad patrem rediturum, et Hispalin intravit; sed palatium suum evitans se contulit ad quandam in vicinitate sitam domum [201] quam possidebat, et vetuit pater quominus quisquam apud eum intraret. Restituit Deus Âbbâdo omnia quae secum duxerat eius filius 'Ismâîl, opes nempe et thesauros, et nullâ re ex horum numero privatus est, ne iumento [202] quidem aliquo suo, quod non satis celeriter

---

198) 6^{a} forma verbi بطر, idem atque 1^{a} exprimens, in Lexico desideratur.

199) Proprie *clauserant ante eius faciem:* phrasis tum Arabibus et Syris, tum nobis Belgis frequens.

200) Haec signif. 10^{ae} formae verbi ظبر Lexico addatur.

201) Lectio Codicis sensum certe praebet, quapropter eam mutare nolui, attamen fateor gravem me tenere suspicionem post نكب vocem به excidisse, et pronuntiandam esse: ونَكَّبَ به عن قصره الى بعض دوره بالقرب منه, *et abduxit eum pater a palatio ipsius, eum duci iubens ad* caet. Haec opinio duplici nititur argumento; primum in seqq. subiectum verbi منع est *pater;* probabile itaque est etiam in praecedd. subiectum idem esse; quod quoque suadet copula و ante منعه, nam si in praecedd. aliud subiectum indicaretur, ante منعه potius particulam ف posuisset auctor. Alterum argumentum hoc est: nescio scil. cur ipse filius suum palatium evitasset; cur contra pater noluerit eum se ad hoc conferre, ex sqq. patet; impedire nempe voluit filium, quominus cum aliis colloquium institueret.

67) Sequentes duos versûs Latine verti supra p. 136 vs. 7—10.

68) Lexico addendum est 2am formam verbi ضعضع significare *destructus fuit*, quae potestas ei fortasse etiam tribuenda est in loco 'Ibn-Câqânis quem edidi supra p. 58 vs. 7.

69) Ne quoddam dubium sit de lectionis integritate, observo verbum ذبّ عن saepius significare *repellere (hostes) a*, ut in de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. 446: ذابٌّ عن الدين, quod recte ibi vertitur: *repoussant les attaques qu'on porte à la religion.*

70) De significatione adiectivi صديع cf. supra p. 159 ann. (507).

71) I. e. *ad se redierat.* Totum enim tristitiâ erat oppressum, ita ut somno sopitum videretur.

72) Spectat, ni fallor, regius poëta suicidii consilium quod tunc fovebat. Cf. supra (p. 58 in f.) locum 'Ibn-Câqânis.

73) Accurate nos Belgae hoc vertere possemus: *de onderwerping is politiek.*

74) Cf. meum *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes* p. 176 sq., ubi hunc versum citavi et explicavi.

Attamen ad certamen profectus sum, dum nulla res praeter tunicam interulam pectus meum (a telis) defendebat,

Et summo periculo exposui animum meum, ut efflueret, dum eius virtute bellicâ nigricans (hostium) sanguis effluebat.

Sed fatum meum extremum cunctatum est: desiderium meum non erat ut vilis fierem et me submitterem!

Nunquam ad certamen profectus sum, inde reditum sperans:

Talis erat indoles antiquorum Arabum ex quibus ego ortus sum, et ramis est natura radicis.

Eius dictum: *nunquam ad certamen profectus sum* caet. est simile dicto Qaisi ·ibno-'l-Catîm 75:

Mihi in saevo 76 bello commissum est, ut ad audacem impellam aggressum animum meum, cui ut parcatur non cupio.

'Ibn-Qotaiba 77 sequentia narrat his verbis: Dixit Abū-Dolāma 78: Eram in exercitu Merwânis ·ibn-Mohammed iis diebus quum contra Sinānum proficisceretur 79. Quum am-

---

75) De hoc poëtâ cf. ·*al-Hamâsa* p. 85, in quo libro passim eius versûs citantur. Exstat eius vita in *Kitābo 'l-agānî* (v. Doct. Moeller *Catal. Bibl. Goth.* p. 207, ubi perperam الحطيم, cum ح pro خ, scriptum est).

76) At-Tibrîzî: الضروس الشديدة من ضرس البئر وهو طيّها بالحجارة. Adiectivum ضروس derivat itaque a verbo ضرس *interiorem puteum muro instruxit*, et vertit illud *grave*. Satis longe quaesita mihi videtur haec etymologia, et adiectivum ضروس proprie *mordacem* et hinc *saevum* designare puto, illud derivans a verbo ضرس *dentibus molaribus momordit vehementer*, hinc *saeviit et dura fuit* (de fortunâ); cf. Lexicon.

77) Quaestio oritur ex *quonam* 'Ibn-Qotaibae libro sequentia desumta sint. Nostrum Codicem eius libri *Kitābo 'l-ma·ārif* evolvere non possum, nam, Doctissimo Moellero commodatus, Gothae est. Nec tamen inde nostrum locum desumtum esse suspicor, sed ex *Ojūno 'l-acbār*, de quo libro vide quae monuit Nobil. de Slane in versione Anglicâ 'Ibn-Callicânis II. p. 24 ann. (7).

78) Vita huius viri exstat quidem in *Kitābo 'l-agānî*, ex quo libro eam edidit de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 78—80, additâ versione Gallicâ, sed perpauca inde ad nostrum locum illustrandum peti possunt. Vixit regnantibus ultimis principibus ex 'Omaijadarum stirpe et primis ex stirpe 'Abbâsidarum.

79) Duae priores quae hic narrantur historiae acciderunt illo tempore quum iam labefactatum esset 'Omaijadarum in Oriente imperium, et in dies cresceret 'Abbâsidarum potestas. Regnante ultimo ex 'Omaijadis Califâ Merwâne ·ibn-Mohammed, »in quovis terrae tractu varii viri seditionem move»runt," ut verbis utar Mohammedis ·ibn-'Ibrâhîm (*Raihâno 'l-albab* fol. 208 v.), et inprimis in Corâsâne Abū-Moslim, ut notum est, 'Omaijadas in angustias redigebat. Apud varios Arabum et Persarum historicos, quos perlegi, nullam tamen mentionem factam inveni de expeditione quam Califa Merwân contra Sinānum suscepisset. Secundum auctorem ·*al-Caridae* (vide ad textum p. 305

bo exercitûs sibi invicem obviam facti essent, prodiit ex hostibus miles, quemvis ad singulare certamen provocans; sed nemo ad pugnam cum eo subeundam castra reliquit quin eum statim interficeret [80], dum alter eum retinere non poterat. Hoc Merwānem irâ implevit, et homines incitare coepit, quingentos nummos iis promittens; sed ii qui quingentos nummos mereri cupiebant, interfecti sunt; quo facto, viros incitavit, mille nummos iis promittens, et semper pretium augebat donec promitteret quinquies mille. Ait Abū-Dolāma: Equitabam in equo, quo confidebam; quum itaque audirem, praemium fore quinque millia nummorum, irrui in (hostium) aciem. Sed quum pugnator me videret, perspexit me propter pecuniae tantum cupidinem ad certamen exiisse; tunc me petivit, dicens: p. 305.

O pugnator, quem ad certamen exire fecit pecuniae cupido!
Fugis mortem sed in mortem incides!
Qui ad familiam suam redire sibi proposuit, non redibit.

Qui versûs quum aurem meam surdam reddidissent [81], fugiens ab eo discessi. Quo viso, dixit Merwān: quis est iste qui nos ignominiâ afficit? Adducite eum! Sed ego me in mixtâ hominum turbâ celavi.

Sequentia etiam narrantur. Comitabatur Abū-Dolāma Abū-Moslim*um*, tunc bellum gerentem contra 'Omaijadas, quum miles quidam hostes ad singulare certamen provocaret; quo audito, Abū-Moslim ei dixit: tu pugna cum illo; sed Abū-Dolāma sequentes versûs recitavit:

O bone! ne me vituperes si fugio, nam vereor ne meum collum [82] frangatur,

---

ann. *a*), versûs illi وخارج اخرجه caet. recitati sunt a quodam ex خوارج, antiquiorem poëtam imitante (حين تمثل; cf. supra p. 91 ann. (98 1) in pugnâ Qodaid*i*, quae, ut affirmat, locum obtinuit diebus Merwān*is* 'al-Gadī, id est, eiusdem Čalîf*ae* Merwān*is*. Sed neque hanc pugnam apud historicos commemoratam inveni, et unicum quem de eo loquentem vidi, est 'al-Maidānī qui tamen nihil ait nisi hoc: يوم قُدَيْد لابى حمزة الخارجى على اهل المدينة. Hunc itaque, quod ad historiam attinet, obscurum locum inprimis iis commendatum velim, qui deditâ operâ in historiam imperii 'Omaija*darum* in Oriente inquirent, et ex animo spero illos Viros Doctos me his in difficultatibus tollendis feliciores fore.

80) Haec significatio 4ae formae verbi عجل cum acc. pers. Lexico add. est.

81) Nescio an haec recte verterim; pronuntiavi وَقَرَتْ, et putavi cogitatione supplendum esse هذه الابيات; sed in Lexico traditur, verbum وقر h. s. cum accus. construi, et illud etiam cum فى construi aliis exemplis certe probare non possum. An fortasse pronuntiandum est وُقِرَتْ ita ut sensus sit: *quum auris mea vulnerata esset*, scil. ab ictu adversarii?

82) Edidi فخارتى (*gloria mea*) quia suspicor librarium hoc voluisse, sed certo persuasum mihi est lectio-

Et licet in foro simile emere possem, tamen, per fortunam tuam! audacem in hostem impetum minime curo!

Narravit etiam Abū-Dolāma: Ebrium me ad 'al-Mançūr*um* adduxerunt, qui iuravit se me missurum cum exercitu tunc contra hostes progrediente. Misit me itaque cum Rūḥo 'ibn-Ḥātim 'al-Mohallabī[83], ad bellum gerendum contra haereticos. Quum in conspectu venisset utraque acies, Rūḥo dixi: » si mihi tuus equus et tua arma essent, turpi clade afficerem » hodie hostem tuum; placetne hoc tibi?" Tunc ille ab equo suo descendit et arma sua exuit. Quae quum possiderem [84] et dulce eorum desiderium cessasset, ei recitavi:

Licentiam a te rogavi, ut in proelium irruerem, eo consilio ut hastâ hostem confodiam, deinde ab equo descendam et gladio eum feriam;

Sed fateor me nonnunquam gladios nudatos vidisse, et eos tunc reliquisse et fugientem abiisse;

Quid enim dicere potes rebus istis, quae veniunt dum eas non vides, ad cuspides mortis pertinentibus, sagittis istis?

Sed ille: ne de talibus cogites, inquit. Ex haereticis quidam ad singulare certamen exiit, et praetor: tu contra eum progredere, inquit. Respondi: » obtestor te per Deum » me moriturum esse, o 'Emīre! Hic primus dies erit vitae meae futurae et ultimus vitae » meae terrestris! Sed, per Deum! esurio, et nullum vulnus a me infligetur propter fa- » mem." Praetor duos panes orbiculatos et gallinam mihi dari iussit, quos quum accepissem contra hostium aciem progressus sum. Quum haereticus me vidisset, me petivit. Colloquium instituimus et dixi: » Viaticum mihi est, de quo volo ut mecum edas, nam » tecum pugnare haud adeo mihi placet." Dorsis itaque equorum insidentes, edimus, ridentibus hominibus. Epulis absolutis, ille mihi valedixit. In castris redux, Ruḥo dixi: iam talia quae tibi sufficere debeant, contra adversarium meum perpetravi: alium itaque elige qui similiter talia quae tibi sufficiant, contra adversarium suum perpetret. Tunc alius (ex hostibus) ad singulare certamen provocavit; Ruḥo, me iubenti contra eum exire, dixi:

p. 306. Confugio ad Rūḥ*um* si me prodire iubet ad certamen . . . .

Scio enim ad singulare certamen contra adversarios prodire, hoc ad illas res pertinere quae corpus ab animo seiungant.

---

* nem illam falsam esse, nam requirimus *collum meum*, vel simile quid; cf. aliud Abū-Dolāmae carmen, supra in textu p. 306 vs. 4. Si aliunde mihi constaret exstare vocem نحارة, i. q. نَحْرٌ, nempe *iugulum*, denotantem, difficultas sublata esset.

83) Vide huius viri vitam in 'Ibn-Callicāne, ed. de Slane, I. p. 269 sq.

84) Animadverte, tecte equum et arma praetoris rogasse Abū-Dolāmam, tamquam praemium pro virtutis bellicae documento quod edere volebat.

Al-Mohallab [85] vos haeredes constituit amoris mortis, sed ego a nemine haereditatis iure mortis amorem accepi.

Si mihi duplex esset anima, alteram morti offerrem, sed una tantum mihi creata est, quam itaque morti non offero.

Quo carmine audito princeps risit et mihi permisit ut non ad singulare certamen exirem.

Sed redeamus ad illud unde devertimus. Per paucos dies ʿal-Moʿtamid*us* difficili illâ in conditione versabatur. Homines in urbe Hispali occupaverat timor, eorumque mentem turbaverat inquieta tristitia, dum varias urbis vias peragrabant, flumen natando traiiciebant, se a murorum pinnis deiiciebant, intrabant [86] in sordium cloacas [87], ut vitam sibi servarent avide cupientes, et mortem evitare studentes. Sed die primo hebdomadis, qui respondet [88] diei vicesimo mensis Ragab*i*, intrata est urbs, in damnum ʿal-Moʿtamid*i*, postquam uterque exercitus strenue pugnaverat, et utraque acies summo cum ardore in certamen irruerat. Interea, sollicitudine clam cum eius corde loquente, princeps Abû-Becr*um* ʿal-Ćaulânî astrologum his versibus allocutus est:

Utrum oculus tuus lippitudine affectus est, an de industriâ lippus es? (Augurium) semper in contrarium mutatum est, quotiescunque reverteris.

Estne in computatione tuâ id quod speramus, an dicere non audes (imperii) finem adesse [89]?

Mussitare solebas me alloquens, et invitus auguria scribebas . . . . [90].

---

85) Est hic abavus Rûḥi. Vide ʿIbn-Ćallicân, ed. Wüstenfeld, Fasc. IX. p. 47 sqq.

86) Lexico addendum est 5am formam verbi ولج non tantum cum الى, sed etiam cum accus. rei construi; quae constructio etiam 1ae et 8ae verbi formae propria est.

87) Egregia est lectio quam ʿal-Marrâkišî mihi hic obtulit, et quâ ʿIbn-Bassâm*i* Codicem corrigere potui. Vox enim مجرى *cloacam* denotare, patet ex Pedro de Alcala qui in *Vocab. Español Arabigo* voces *albañar de casa*, *alvañar* et *caño o albañar* vertit مجرى, in plur. مجارى. Sententia autem haec est: urbis portae erant clausae et nemo inde exire poterat; homines tamen effugere conantes, cloacas intrarunt ut sic ex urbe egrederentur.

88) Frequens est haec significatio 4ae formae verbi وفى, nec tamen in Lexico enotata. Cf. v. c. ʿIbn-Ǵobair (*Itiner.* MS. 320 (1) p. 2): يوم الجمعة الموفى ثلثين لشهر شوال.

89) تضرّم (*accensus est*), quod Codex offert, hic, quantum video, sententiam non praebet, et quum tunc in aliis Codicibus, tum in nostro (vide v. c. p. 304 ann. secunda *b*) literae ض et ظ saepe inter se confundantur, تظلّم scripsi. Quam lectionem veram esse, absolute affirmare non auderem, sed sententiam tamen praebet, ni fallor. Ad literam enim textûs verba haec significant: *an turbatus haeret* (imperii) *finis?*

90) Reliqua huius versûs pars (in quâ Codex, violato metro, عصّتك offert) quomodo sive vertenda, sive emendanda sit, nescio.

Sed hodie nihil vides et nihil scribis [91]. Videsne urbem, sepulchri instar, te abdidisse [92]?

Videsne te cum virgine in convivio nuptiali esse, sive, quandoquidem mentitus es, impetumne facit in te leo?

Nemini regnum est perpetuum, et nemo morti se opponere potest!

Hoc ipso die 'al-Mo'tamidus ex urbe abductus est, sed ad eum missae sunt omnes eius uxores et etiam eius propinqui et cognati. Omnes navem conscenderunt, et salvi mare traiecerunt donec venirent ad Principem Moslimorum et Adiutorem Religionis, Abū-Ja'qūbum Jūsofum 'ibn-Tāšifin, cui Deus propitius sit, in cuius clientelâ manebant, cuiusque summâ praestantiâ fruebantur, copiosa beneficia et magna dona accipientes, donec in illâ regione 'al-Mo'tamidi dies ad finem pervenirent, et mors ad eum veniret post gravem morbum qui eum occupaverat. Diem supremum obiit mense Rebî'i I^{i} anni 488; natus erat mense Rebî'i I^{i} anni 431. Mirum et inauditum erat in eius funeris exsequiis precationem pro peregrino habitam fuisse, post magnam potentiam quâ gavisus erat, et summam quà fructus erat dignitatem! Benedictus sit ille cui regnum est aeternum, nobilitas et excellentia! Narratum est mihi eum, quum animadverteret se in eo esse ut moreretur, sequentem in se ipsum elegiam composuisse:

p. 307. O sepulchrum peregrini, pluviâ te riget nubes vespertina et matutina! Iure potitum es membris 'Ibn-'Abbādi:

Illius qui hastâ confodere, gladio percutere, sagittâ iacere solebat: illius qui proventu abundans erat regio, si homines annonae inopiâ laborarent! illius qui copiosa rigatio erat sitienti!

Ita! hoc iusti quid est quod fatum affert coelitus demissum; venit ad me constituto tempore!

Sed ante hoc visum feretrum nesciebam, montes vacillanti gressu incedere supra (feretri) ligna [93].

Semper itaque preces ad Deum innumerae descendant supra eum qui in te sepultus est!

---

91) Non dubito quin أقسر hic signum, qualia ab astrologis delineantur, indicet; quae significatio satis notabilis est.

92) Spectat, ni fallor, poëta oracula quae astrologus ediderat.

93) Vocabulo *montes* designantur *viri eximii et potentes*. Vocab. أعواد (pp. *ligna*) saepius *feretrum* indicat; sic apud 'Ibn-Čāqānem ('*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 96): وُضِعَ على أعواده *feretro suo impositus* est. Cf. Jackson *Account of Marocco* p. 157: »They first wash it (the body), then lay it on a »*wooden tray*, without any coffin, but covered wit a shroud of cotton cloth; it is thus born to the »grave by four men, followed by the relations and friends of the deceased" caet.

Qui versûs ut suo sepulchro inscriberentur, testamento mandavit.

Secum invicem tunc aemulati sunt [94] nonnulli viri elegantioris doctrinae qui Agmāti erant, longis elegiis in eum componendis, inter quos erat Abū-Bakr ·ibn-Ābdi-'ç-çamad, qui elegiam in eum composuit cuius initium hoc erat:

O rex regum [95]! caet.

Recitavit (hos versûs) licet valde tristis esset, et fecit id quod praedicaverat, pulverem nempe osculatus est, quo frontem contaminavit et inquinavit, quo facto, praesentes ad fletum adegit.

Narratum est quoque mihi Ābbādīdae cuidam dormienti, antequam infortunium eos invaderet, hos versûs recitatos fuisse:

Nescit vir cui bona mundana contingunt, cavendum esse a noctium temporis mutatione.
Interea dum iuvenis nunc huic nunc illi voluptati se tradit [96], invadit eum dierum mutatio,
Et fugit eum multiplex illa laeta vita in quâ totus versatur, veluti fugiunt passeres conspectum accipitrem;
Iacturamque passus cadit, nam laeti non manent ei dies, nec amplius exhilaratur optimis rebus quas affore ei significatum erat.
Post intervallum septem dierum qui evanescunt veluti somnia — et non amplius ad Deum adscendent solitae Dei laudes!
Populum invadet infortunium, quod repelli non potest: etenim fata a Deo constituta repelli non possunt!

Similiter narratur virum quendam, post grave illorum infortunium, in somno vidisse virum qui adscendere videbatur [suggestum] magni templi Cordobensis, et se ad homines convertere, hos versûs iis recitans:

Quam saepe iter facientium catervae procumbere fecerunt camelos, dum summa eorum erat gloria omnibus praecellens! p. 308.
Aliquamdiu fortuna adversa eos non allocuta est, sed eos alloquens, sanguineas lachrymas effundere fecit.

Quo audito, perspexit 'al-Moʿtamidus hunc nuntium esse de mortuo suo imperio, et indicium bene in filo ordinatos uniones sparsos esse. Tunc dixit:

Qui nobis gloriam adscribit, vere dicit [97] caet.

---

94) Haec signif. 6ae formae verbi نزع Lexico addatur.

95) Sequuntur hic tres versûs quos Latine verti supra p. 167.

96) Animadverte formam مترّد pro متردّد.

97) Hos versûs infra, in capite 'Ibno-'l-Ābbāri, Latine vertam.

Ait 'Ibn-Bassām: Duo versûs qui dormienti recitati sunt, adducuntur a traditionariis in historiâ 'an-No'māni 'ibno-'l-Mondir [98]. Diverterat enim hic sub arbore cum 'Alî 'ibn-Zaid, qui ei dixit: Scisne quid haec arbor dicat, o rex? Quid itaque? rogavit ille. Haec, respondit alter:

Quam saepe iter facientium catervae circum nos procumbere fecerunt camelos, dum vinum bibebant, aquâ limpidâ mixtum.

Sed mox fortuna eos nunc huc nunc illuc iecit [99]; sic fortuna nunc secunda nunc adversa est.

Quibus versibus auditis, 'an-No'māno gratus dies quo fruebatur, turbidus redditus est [100].

Cum hac historiâ coniunctum est alius dictum: Roga terram: quis plantavit arbores tuas, serie disposuit flumina tua, et fructûs tuos carpendo idoneos reddidit [101]? Quodsi illa tibi non respondet sermone, respondet tamen tibi, si ex argumentis consideratis concludis [102].

Dixit philosophus quidam: testor in coelis et terrâ miracula esse et argumenta et documenta firma, ex quorum quovis demonstratio peti potest, et quae testantur Illi summam esse potestatem.

Abū-'l-'Atāhîja [103], aliquando sedens in tabernâ bibliopolae, sumsit librum in cuius dorso scripsit:

Satis mirari non possum quomodo quis rebellis esse possit contra Deum, vel quomodo eum existere negare possit incredulus.

---

98) Adducuntur, verbi gratiâ, versûs quos infra describit 'Ibn-Bassām, ab Hamzâ 'al-'Içfahānî; vide Rasmussen *Hist. Arab. ante Islam.* p. 38, vel Doct. Gottwaldti editionem p. 111. Differt tamen traditio quam auctor ille sequitur ab illâ quam secutus est 'Ibn-Bassām. Primum animadverte ex Hamzae traditione nomen illius qui versûs recitavit, fuisse 'Adî 'ibn-Zaid, non 'Alî 'ibn-Zaid, ut in 'Ibn-Bassāmî Codice scriptum est; et sine dubio 'Adî huius viri erat nomen, qui scil. notus erat poëta in aulâ 'an-No'mānî; vide Rasmussen l. l. p. 9, et de eius fatis Eichhorn *Monum.* p. 196. Praeterea narrat Hamza, 'an-No'mānum aliquando cum 'Adio sepulchra praeteriisse; rogasse Zaidum: scisne quidnam haec dicant? Et regi, quidnam dicerent interroganti, praeter alios etiam hos versûs recitasse.

99) Proprie *lusit cum iis;* metaphora desumta est ab iis qui pilis ludunt.

100) Ex Hamzae traditione, hi versûs effecerunt ut 'an-No'mān religionem Christianam amplecteretur.

101) Credo hic 2am formam verbi جنى sese offerre, quae in Lexico non annotata est.

102) Sic hanc phrasin vertendam arbitror; in Bidp. *Fab.* (p. 282) similis usus 8ae formae verbi عبر cernitur, nec diversa est significatio phraseos 'Ibn-Hajjānis quam supra habuimus p. 244 vs. 5 a f.

103) De hoc poëtâ, qui mortuus est anno Ar. 211, cf. Abū-'l-fedā *Ann. Mosl.* II. p. 149 et Reiskii ann. (p. 673 sq.) ad h. l., iam laudatus a de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. 34, sed inprimis eius vitam in 'Ibn-Challicānis opere, ed. de Slane, I. p. 104 sqq.

In quâvis enim re ei est miraculum, quod demonstrat Illum unicum esse.

Quum ille abiisset, eundem locum praeteriit Abū-Nowās [104], qui: quisnam hos versûs composuit, inquit. Vellem equidem me illos composuisse, et pro iis omnia mea dare vellem poëmata. Responsum est ei, eorum auctorem esse Abū-'l-Atāhijam. Quo audito, subscripsit iis sequentes: . . . .

Laudatus sit ille qui creaturas creavit ex debili et despecto quodam, ...
Et illas in firmâ mansione firmavit (ut illas deinde ducat) ad mansionem firmissimam [105].
Unam rem post alteram perlustras, tectam, ad quam oculi penetrare non possunt,
Donec apparent motûs qui creati sunt ex quiete [106].

Eandem ideam expressit Abū-'t-Taijib haec dicens [107]:

Vestes nostrae recitant Eius laudem, linguis usae quibus ora non sunt; p. 309.
Quibus vestiti, si surdum praeterimus, oculi faciunt ut auribus carere possit.

Similiter ait Noçaib [108]:

Tunc substiterunt et debitas Tibi tribuerunt laudes; sed etiamsi tacuissent, Te laudassent (camelorum) clitellae.

Et dixit Abū-Tammām [109], hanc ideam ex parte imitando exprimens [110]:

---

104) Vide Ibn-Callicān, ed. de Slane, I. p. 199 sqq.

105) Pro certo affirmare non audeo me hunc versum recte vertisse.

106) Est hoc argumentum Dogmaticorum ('al-Motacallimūn), quo utebantur ad refutandos Fatalistas ('ad-dahrijūn). Utile erit hic verba Doct. Schmölders describere, qui in opere c. t. *Essai sur les écoles philosophiques chez les Arabes* (p. 118) ait: » Les Fatalistes ne refusaient pas les vérités intellectuelles, mais ils s'obstinaient à ne pas admettre les conclusions que les autres en tiraient sur l'existence » de Dieu, etc. Leur principe général était, comme Gazzâlî aussi l'a à peu près indiqué [vide » textum Arabicum p. ۱۴] » que le monde, existant de toute éternité, n'a ni créateur ni modéra- » » teur, et que tous les changements dans la nature relèvent d'un hasard aveugle qui se manifeste » » comme instinct de conservation et de propagation, instinct imprimé à toute la nature." Les » Dogmatiques, pour preuve de la non-éternité du monde, leur opposaient les changements conti- » nuels qu'on aperçoit s'opérer dans le monde moyennant les accidents; car, disaient-ils, les sens » nous attestent que les accidents naissent et disparaissent: nous voyons, par ex., un corps mainte- » nant en repos qui se mouvait encore il n'y a qu'un instant." In nostro carmine argumentum est: corpora nunc se movent, quae antea in quiete versabantur; quod plane eodem redit.

107) Versûs 'al-Motenabbî qui hic citantur, inveniuntur in huius poëtae *Diwāno* (MS. 25) p. 113.

108) De hoc poëtâ vide supra p. 270 ann. (67). In versu qui hic citatur, sine dubio sermo est de iter facientibus et voce (*camelorum*) *clitellae* indicantur merces quae his continentur, ut docet sequens Abū-Tammāmî versus.

109) Celebratus poëta et collector *'al-Hemāsae*.

110) 4ª forma verba نمّ significat *indicavit*. 'Ibno-'l-Catîb (*Lexicon Biographicum* MS. fol. 36 v.) testa-

Ex camelis, in quorum [111] clitellis merces sunt minime mediocres, quae fidei quasi sunt confessio.

Eandem ideam suam fecit quidam coaetaneus noster, nempe Wezir*us* Abū-Mohammed ʾibn-ʿAbdūn, ubi ʾal-Motawakkil*um* allocutus ait:

. . . .

. . . .

Haec notio in quâ exprimendâ tum poësi, tum prosâ ornatiori, vires suas experti sunt [112], est [113] argumentum ex analogiâ [114], quod sui ipsius essentiâ est demonstratio ostensiva [115] et de quo agit ʾal-Ǵāḥii [116] in sectionibus libri c. t. *ʾal-bajān.*

Sed redeamus ad illud unde devertimus.

Abū-Becr ʾ*ad*-Dānī indole suâ propensus erat in ʿAbbādid*as*, quandoquidem ʾal-Moʿtamid*us* eum ex obscuro clarum reddiderat [117]. Eorum fortunam et dispersum eorum uni-

---

tur inter ʾIbn-Saʿīd*um* et Ḥafçam fuisse منادمات et مغازلات, et addit: يمرّ من ذلك المام فى شعرِه (l. شعر) حفصة ان شاء الله. Ex *indicandi*, *innuendi* notione fluxisse mihi videtur *imitandi* notio (cum ب), quae in nonnullis ʾIbn-Bassāmi locis inest. Cf. supra in textu p. 315 vs. 2. Utriusque significationis origo fortasse sita est in *tangendi* notione, quae in Lexico annotata est.

111) Metrum docet vocem التى hic pronuntiandam esse التىَ; licet enim poëtis literae quiescenti vocalem tribuere; vide de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 498.

112) Si lectio sana est, haec significatio 8ae formae verbi قنى, quam etymologia defendere videtur, Lexico est addenda.

113) Pronomen quod hic vicem verbi substantivi explet, vel ضَمِيرُ الفَصْلِ, ut aiunt Arabum grammatici, hic feminini est generis, licet subiectum (هذا المعنى) sit masculini generis. Est valde notabilis constructio per attractionem, in quâ substantivi (المعنى) nulla ratio habetur, sed maximam vim habet pronomen هذا. Ex parte cf. de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 256.

114) Vox نسبة hic technica et philosophiae propria videtur. Spero me illam recte vertisse.

115) Cf. Doct. Schmölders *Documenta philosophiae Arabum* (p. 128) de vi vocum quibus hic utitur auctor.

116) Vita ʾal-Ǵāḥiṭi, qui ad Moʿtazilas pertinebat, complura opera scripsit et anno 255 mortuus est, legitur in ʾIbn-Ćallicāne (ed. de Slane, I. p. 540 sqq.). Loquitur hic auctor de eius opere *ʾal-bajān wa ʾt-tabjīn*, et commemoratur illud etiam ab Ḥāgi-Ćalīfā (II. p. 81).

117) » Literally: Because al-Motamid was the person who drew him by the arm. In English, we should » say: Who took him by the hand." Nobil. de Slane in versione Anglicâ ʾIbn-Ćallicānis III. p. 202. Cf. de illâ locutione de Sacy *Chrest. Arab.* I. p. 397 et locus ʾal-Ḥarīrīi qui ibi citatur. Nostro loco plane similis est alius ʾIbn-Bassāmi, in vitâ ʾIbn-ʿAmmāri (MS. Oxon. fol. 113 r.) ubi ait: وكان عبد الجليل متعصّبا لابن عمار مائلا اليه بطبعه اذ كان الذى جذب بضبعه ونوّه بذكره الخ ✿

onum filum, quod antea bene ordinatum fuerat, deplorans, multa poëmatia et longas elegias composuit, quae continentur eleganti volumine, quod libri instar edidit; in hoc erravit aliosque in errorem induxit [118], et magni aestimantur uniones in libro illo insignis pretii. Vocavit illum *Iunctam seriem filorum margaritarum, ad admonendos reges.* Splendens titulus, sed sensu destitutus, qui argumentum libri minime indicat neque sermonis scopum [119], licet poëta esset qui . . . . Illuc (Agmātum) itaque venit, ut amicitiae fidem servaret, non ut donum peteret, et omnino deditus fuit ʻal-Moʻtamido . . . . Composuit tunc carmina quae omnium in ore versantur, et mirae historiae ei cum ʻal-Moʻtamido acciderunt, quae nobilem modum quo lucrari studebat [120] et egregiam eius indolem declarent. Ego hic ea carmina describam, nam eorum pars ut huic Dīwāno inseratur convenit [121], et si haec auditur et conspicitur, splendida videtur.

Ad-Dānī itaque de se sequentia narrat: Eum relinquere quum vellem, misit mihi viginti mitqālos et pannum Rāzi*dicum*, Bagdādī fabricatum [122], cum sequentibus versibus:

En parvum donum e manu captivi; si illud acceperis optimo modo gratias ages.

Accipias [123] tale quid quo dando donator pudore offunditur, licet eum excuset paupe- p. 310.
ris conditio.

---

118) Videtur haec proverbialis locutio, sed quandoquidem eam nullibi, quantum memini, nisi hoc in loco inveni, et hic locus non satis demonstrat quid ea sibi velit, eam explicare non possum. Ex nostro loco efficerem eam nihil significare nisi *egregie scripsit.*

119) Cf. quae supra annotavi p. 210 sq. ann. (58).

120) Fateor me hic de textûs integritate dubitaturum fuisse, nisi annotassem locum ʻIbno-'l-Čatībī (MS. Cl. de Gayangos fol. 23 v.), ubi haec leguntur: كان ـ معروف الاصالة خالص الطعمة كثير العفّة مشهور الوقار; qui locus, cum nostro comparatus, docere videtur in utroque طعمة eo sensu positum esse, ex quo significat *lucrandi modum.*

121) Haec sententia ex textûs verbis oritur; fortasse tamen pronomen in اوردها delendum est.

122) Al-Marrākišī ait ثوبين *duos pannos;* ʻImādo-'*d*-dīn, ʻan-Nowairī et ʻal-Maqqarī dicunt: ثوبين غير مُخَيَّطَيْن; Ibn-Callicān شقّة بغدادية. Haud ita facile dictu est cuiusnam materiei pannus hic verbis رازى بغدادى شقة indicetur. Secundum ʻan-Nowairīum (vide meum *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes* p. 79 in ann.), in urbe ʻar-Raij panni genus fabricabatur quod nomine منيّر notum erat. Sed fortasse de serico, auro intexto, cogitandum est, quod Bagdādī fabricari testantur tum alii tum Marcus Polus (ed. Marsden, p. 63). Restat denique ut ante بغدادى excidisse copulam, vel وشقة, et de duobus panni generibus esse cogitandum, statuamus, quandoquidem alii illi auctores de ثوبين loquuntur.

123) Vix opus est ut moneam, تقبّل hic typothetae errorem esse pro تقبّل.

Ne mireris infortunium quod eum opprimit: nonne vel lunae aliquando eclipsi obnoxiae sunt?

Spera ad illum religandum rerum exitum! Eius manûs, quot aliorum fractas antea religarunt illae [124]!

Quot abiectos nobiles reddidit eius nobilitas! quot 'Emîros eius gladii humiles reddiderunt!

Quot templorum suggestûs eius desiderio affecti fuerunt, quorum gradûs adscendebam, et quot throni!

Illo tempore quum ab utroque eius latere ad pugnam procederent [125] strenui equites, horrendam mortem (hostibus) afferentes.

Sed eum intuiti sunt adversae fortunae oculi, qui ei abstulerunt res huic dono similes, quibus aegre caret.

Fortuna adversa excipit fortunam secundam; hic est cursus fatorum, quae Omnipotens constituit.

Ait *ad*-Dânî: Eius donum ei reddens, scripsi ad eum sequentes versûs:

Invenisti talem qui sciat quid decorum sit; sine itaque me servare quae de te opinatus sum.

Relinquam tui amorem, quae altera pars meae religionis [126] est, si pallia mea, quando aperiuntur, fraudulentum ostendant!

Nec unquam liber sim a calamitatibus, si iis quae possidet privare velim [127] captivum!

Semper iter facio, sed meta mei itineris non est lucri cupido; servet me Deus a tam pravâ agendi ratione!

Tu es Ǵadîma; decepit te az-Zabbâ, sed ego Qaçîro non cessurus sum [128].

Ego tuam liberalitatem melius cognitam habeo quam tu ipse; saepe eius umbrâ vestitus fui fervente aestu.

---

124) Primum illud يداه, in fine primi hemistichii, cum secundo hemistichio coniungo, in quo per emphasin hoc vocabulum repetitur.

125) Non credo 6am formam verbi زحف hic reciprocam habere significationem, quae sola in Lexico enotata est.

126) Lectionem ديني omnes mei tuentur Codices; Ibn-Ćallicân نفسي offert: *quae altera pars mei animi est.* Hanc, longe exquisitiorem, a quodam viro eleganti, poëtam corrigente, illam ab ipso poëtâ profectam puto.

127) Significatio et constructio 4ae formae verbi جحف, quae hic locum obtinent, non satis accurate et dilucide in Lexico annotatae sunt.

128) Cf. auctoris quos iam laudavit Nobil. de Slane in versione Anglicâ Ibn-Ćallicân*is* III. p. 204.

Divite animo tu praeditus es, licet te impediat quominus beneficia des [129] conditio pauperis.

Varias a nobili animo profectas artes [130] tu excogitas ut liberalitatem exerceas, eo eventu ut, pauca possidens, multa des.

De te loquens, commemorabo fontem [131] copiosum; aperis tu fructûs plantarum floridarum.

Sed miror te in tenebris versari, dum tu tamen illis qui beneficium quaerunt, lychnum, viam indicantem, in altum evehis [132].

[Patiens sis! Mox gaudio me cumulabis, quando iterum thronum conscenderis!
Mox in me conferes summas dignitates, die illo quo illa intrabis palatia! p. 311.
Tunc tu in illis 'Ibn-Merwânem superabis liberalitate, ego ibi Ǵarîrum ingenio poëtico [133]!
Accinge te ut iterum lunae instar oriaris: nam non *semper* lunae eclipsi obnoxiae sunt!]

Tunc, ait 'ad-Dânî, 'al-Moʿtamidus mihi sequentes versûs rescripsit:

---

129) كفّ, ut يد, saepe est *beneficium*. — Significatio illa quâ 4ª formae verbi لجّ hic occurrit, Lexico addatur.

130) Lectionem حيل *omnes* mei tuentur Codices; 'Ibn-Ćallicân legit خيل, quâ lectione admissâ vertendum foret cum Nobil. de Slane (III. p. 199): »Thou wheelest about squadrons of noble deeds in »the field of generosity." Minime nego defendi posse hanc lectionem; صرّف خَيْلًا phrasis est Arabibus non insolita, et, licet خَيْل المعالى nescio quid contorti habeat, alia fortasse exempla talis locutionis reperiuntur. Attamen lectionem حِيَل longe praefero. Primum lectio خيل unicâ 'Ibn-Ćallicânis nititur auctoritate, dum mea lectio حِيَل fulcitur auctoritate quatuor diversorum scriptorum, nempe 'Ibn-Bassâmi, 'Imâdo-'d-dîni, 'al-Marrâkišii et 'al-Maqqarii. Deinde صرّف حيلة est phrasis bene Arabica, quae invenitur v. c. apud 'al-Marrâkišium (MS. p. 14). Nescio an hic, in carmine 'Ibno-'l-Labbânae, poëtae cui longe quaesitae imagines nimis placent, tertium argumentum non valeat, nempe ex lectione حِيَل sensum oriri multo simpliciorem et elegantiorem. Valere tamen velim, nam non opus est ut poëtam, ex nostro certe pulchri sensu, tumidiorem reddamus quam fuit, praesertim in dulcissimo hoc carmine.

131) Etymologia permittit ut hanc significationem voci نبْع tribnamus et requirit eam hic sententia; caeterum demonstrat eadem, simul cum metro, sequentem vocem عريب hic esse adiectivum, quod etiam Lexico addendum est.

132) Hunc versum Nobil. de Slane in versione Anglicâ huius carminis, quae caeteroquin accurata est et elegans, non cepit, et perperam pronuntiavit تُرْفَع pro تَرْفَع.

133) »He means Jarir the poet, who was a favourite with the Khalif Abd al-Malik Ibn Marwân." Nobil. de Slane III. p. 204.

Accipere recusavit donum [134] meum, me offendens sed simul pietatem ergà me declarans, et inique egit: dignus est tum vituperio, tum gratiis.

Cavit quominus me offenderet dum meam inopiam augere timebat, sed dignus est ut dure cum eo agam, dum exiguum donum accipere recusavit.

Si ex parte propter eius factum animus meus gratias celat, ex alterâ parte illud occulte et aperte improbo.

O Abū-Becr qui eximie scis quid decorum sit, ne te privemur, te qui in adversâ fortunâ thesaurus es [135].

Quamnam utilitatem afferet si tu parcis fratri tuo? Iam mortuus sum paupertate, cur itaque paupertatem timerem?

Ultimum hemistichium imitatio esse videtur versûs Abū-'*l*-Taġlbi:

Ego iam submersus sum, cur itaque aquam timerem [136]?

Sequentibus versibus, ait 'ad-Dānī, ei respondi:

Vir excellentissime, cuius indoles nobilissima est [137]! Pietati tantum obsecutus, tuum donum recusavi.

Prohibeat Deus quominus viri liberalis inopiam augeam, qui de paupertate queritur et tam saepe aliorum paupertatem cessare fecit!

Eius molestiis non addam iniquam agendi rationem; perfido modo Fortuna mecum agat si ego unquam perfidus fuero!

Utinam satis potens essem, utinam (debilis) mea (litera) *wāw* fulcro inservire posset [138], eo eventu ut arcanam meam cogitationem de eo quod decorum est, videre posses.

---

134) Haec significatio vocis بِرّ Lexico addenda est. Occurrit haec vox eodem sensu in primo versu sequentis carminis 'Ibno-'*l*-Labbānae et apud 'Ibn-Ḥaijānem (apud 'Ibn-Bass. MS. Goth. fol. 3 r.):
يسئلها بِرّه وجزاءه ☆

135) Lectio المعارف nihil habet, quantum video, quo se commendet, quum contra المغارب optime huc quadrat. In Lexico traditur vocem مُغْرِب inter alia significare *infortunium*; iam forma pluralis مَفاعِل omnibus formis propria est quae مفْعل, quaecunque sint vocales primae aut tertiae literae, audiunt. Est igitur مغارب h. l. pluralis ex normâ vocis مُغْرِب *infortunium*.

136) Hic versus 'al-Motenabbii pertinet ad carmen, quod composuit, mense Ša'bāni anni 341, in laudem Saifo-'*d*-daulae, a quo dona acceperat. Haec traduntur in Cod. 25, ubi hic versus exstat p. 165. In Hammeri versione Germanicâ invenitur p. 246.

137) Ad literam: *qui pretio es vir nobilis indolis.*

138) Longe abest ut certus sim textum hic sanum esse; sed si sanus sit, non video quo alio modo versus

Tu me regiam agendi rationem docuisti, ita ut mens mea nobilitate suâ cum astris contendat [139].

Lucrum attulit [140] contractus quo crassa pallia mea detraho et gloriâ me vestio. p. 312.

Molle tuum carmen sat magnum mihi est donum; cur itaque uniones invenire studerem et aurum quaererem?

Ne moriaris, nam si hoc accideret, omne id quod nobile est moreretur! Ne guttâ irriget Deus terram post tuam mortem!

Ait porro 'ad-Dānī: Tantopere intimâ suâ amicitiâ et benevolentiâ me ornavit ut maximâ libertate uterer et valde familiaris fierem, quo factum est ut ab eo peterem ut beneficus mihi viaticum daret, et ut vellet hoc (in itinere) parare [141] quandam suam ancillam, avide eum gloriâ ornare cupiens, et studens vel maiores ei gratias agere posse pro eius beneficiis. Haec pulcherrimo modo locum obtinuerunt, et maximas gratias mihi egit pro familiari meo consortio, et certo ei persuasum erat de sincerâ et assiduâ meâ amicitiâ [142]. Hac in re eum hoc poëmate allocutus eram:

Vale! mihi dicendum est, sed pronuntio ego *salām* [143]! Nam istud *vale* pronuntians, animus meus morte premitur.

Fallere studeo animum meum; si certo sciret discessum adesse, non inter costas remaneret.

Eius varii affectûs assueverunt in uno esse loco, ut columbae in nido [144].

Eius pectus manifestam intimitatem ostendit, ut involucra ostendunt flores. —

Repetitis vicibus meum oculum tuam faciem contemplare efficiam, nam tu illam dividisti cum luce illâ quae rectam indicat viam [145].

---

verti possit. Litera *wāw* ad حروف المدّ *literas quibus vocales producuntur*, pertinet, et sic posita per se sonum non producit. Vult itaque poëta: *utinam tibi prodesse possem!*

139) Elegantior est haec lectio quam altera: *ita ut nobilitate meâ* (pp. *pretio meo*) *super astra adscendam.*

140) Sic hic vertenda videtur 2ª forma (nam رَبَّحْتُ pronuntio) verbi ربح; ignorat Lexicon illam significationem. — Caeterum vides poëtam suum cum 'al-Mo'tamido commercium spectare.

141) Verbum صنع etiam in loco *'al-Qartāsi* (ed. Tornberg, p. 6) *paravit* cibum significat.

142) Liberius verti. Ad literam est: *sinceritas meae assiduitatis;* sed Lexico addatur 8ªm formam verbi ربا, significare *assiduus fuit amicus.*

143) Advena hac voce salutatur et salutat.

144) Observa poëtam hic animam 'al-Mo'tamidi tamquam dimidiam partem suae animae considerare. In versu itaque primo et secundo النفس et نفس animam tum poëtae tum 'al-Mo'tamidi indicant, quae coniunctae, ut innuit in versu quarto, in uno habitant pectore.

145) Id est: cum lunâ; cf. supra p. 37 vs. 2. Solitam imaginem ex quâ Arabes pulchram faciem cum lunâ comparant, hic magis ornatis verbis exprimit poëta.

Et manum tuam quum osculatus fuero, nobilitatem auferam, ex quâ Orion gladium habet, balteo humeris appensum [146].

O tu qui anteacto tempore totum me beneficiis tuis operuisti, et qui nunc hoc iterum fecisti, licet summae fuerint fortunae vicissitudines!

Profecto me tecum sedere iussisti ita ut, missis solemnibus caeremoniis, accumberem, et servus summâ familiaritate apud nobilissimum dominum usus sit.

Fortasse, quando die crastino cameli mea utensilia portabunt, parabitur in domo tuâ cibus qui ad viaticum meum pertinebit.

Praeterea mihi desiderium est illius quae illum cibum paraverit, dulcis mihi est illius cupido. Illa autem beneficia eleganti poësi describere volo.

Satis mirari non possum [147] me gloriam tuam aucturum foliis [148] quae explicent nobilia tua facta, quae ego vigilans contemplor, sed quae reliqui homines dum dormiunt non vident.

Tunc, ait, ʿal-Moʿtamid mihi sequentibus respondit:

Poëma tuum cum liberalem, tum servilem cogitandi rationem declarat [149]; est magia, sed talis quam religio non improbat [150].

Est unio, sed mare in quo nascitur, non est tuum pectus; est flos, sed calyx ex quo prodit, non est tuum cor.

His praemissis, scias, si tu me decipiendi causâ [151], *vale!* mihi dixisti, iure meo me postulare ut tibi imputetur, quod *salām* dixeris [152].

. . . .

p. 313. Sed cape igitur illud viaticum, quandoquidem te a discessu prohibere non possum, sciasque simul cum cibo te corculum meum auferre [153].

---

146) Conferri possunt similes phrases, ut haec, quae legitur apud ʿIbn-Bassāmum (MS. Goth. fol. 99 r.): حسام على عاتق الاسلام ☆

147) Sic saepe كيف vertendum est ut v. c. in Bidp. *Fab.* p. 137 vs. 6; ʿan-Nowairî *Hist. Aegypti* (MS. 2 *o.* fol. 113 v.): ما هذا الذى فعلتموه وكيف انتم.

148) صُحَّف hic ex licentiâ poëticâ positum videtur pro صُحُف.

149) Liberali homine dignos declarare videtur ʿal-Moʿtamidus praecedentis carminis versûs 1—4, in quibus de coniunctis animis, nempe ipsius et ʿal-Moʿtamidi, loquitur ʿIbno-ʾl-Labbāna; reliquos in quibus ipsum adulatur et donum petit, servilem animum ostendere, declarare videtur.

150) Haec verba nihil aliud significant nisi: *elegans est tuum poëma.* Cf. annotationem Cl. Quatremère quam supra p. 13 ann. (51) citavi.

151) Forma خلاعة *fraus*, *dolus*, Lexico addenda est.

152) Id est: si non reverâ tibi est propositum ut me relinquas et in Hispaniam revertaris, sed hoc tantum, fraude usus, prae te tulisti, iure postulare possum ut apud me maneas.

153) Innuit ancillam illam quam ʿIbno-ʾl-Labbāna petierat et quae sine dubio ʿal-Moʿtamidi erat pellex.

Paravi illud cibi instar, licet pectus meum (amoris) igne comburatur, licet patientia pectus meum relinquere cupiat.

Profecto! solatium afferens augurium ex tuo nomine mihi ortum erat, sed in acetum mutatum est et nomen tuum relativum est cariosum [154].

Nomine 'ad-Dānī te ornasti, dum longe aberas; quam suave initium cui utinam responderet finis [155]!

Mirum est vel nomina me decipere, et me, dum vigilans consortio amici fruor, dormire [156]!

Per parvum spatium tuum consortium lucidam nobis reddidit Agmātum, sed tuo discessu solitae tenebrae eam iterum operiunt.

Proficisceris tu ad terram in quâ anteacto tempore exiguum frustum carnis fuisti, et in quâ ossa tua carne operta sunt [157];

Sed ego hîc manere et cum fastidio deglutire cogor contemtum in terrâ longe a meâ patriâ remotâ: quod non ita foret, nisi perfide me tractassent [158]!

Utinam tibi concedatur ut ad patriam illam venias, ibique clientelâ et laetâ conditione fruaris; ego quominus abeam, praeter alia, impedit senectus. Te salvere iubeo!

Ait 'Ibn-Bassām: Venerat in [159] Hispaniam 'al-Ḥoçrī 'al-Qarawī Coecus [160], illo tem-

---

Caeterum liberius haec verba verti, nam ad literam significant: *scias cor meum esse cibum in cibo* i. e. scias te, viatico illo quum vescaris, simul corde meo vesci.

154) Longe quaesitis his imaginibus uti videtur poëta quia sermo fuit de viatico.

155) Est lusus verborum; 'ad-Dānī significat *ex urbe Deniâ oriundus*, sed etiam ('ad-dānī) *qui in propinquo est*. Saepius ludunt poëtae Hispani in hocce nomine relativo; aliud exemplum se offeret infra in capite 'Ibno-'l-Abbārī.

156) *Dormire* hic valet: *veram rerum conditionem vel earum exitum non perspicere*.

157) Id est: in quâ te ex obscuro nobilem et divitem reddiderunt mea beneficia. Etiam de hoc versu valet quod monui in ann. (154).

158) Bis in hoe versu, ex licentiâ poëticâ, أَسَامَ positum est pro أَسْقَمَ; cf. de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 493 §. 895.

159) Cf. supra p. 281 ann. (129).

160) Abū-'l-Ḥasan Alī 'ibn-Abdi-'l-ganī 'al-Ḥoçrī natus est in urbe Qairawān, quapropter 'al-Qairawānī, vel, quod eodem redit, 'al-Qarawī vocatur. Poësi quum iam innotuisset, et urbs Qairawān in quâ habitabat, ab Arabibus nomadicis anno 449 capta esset, se in Hispaniam contulit et poëmata encomiastica in varios Peninsulae principes, in quorum aulâ degebat, composuit; qui principes quum a Jūsofo 'ibn-Tāšifīn depositi essent et 'al-Morābitae in Hispaniâ regnarent, se Tangam contulit, ubi eodem anno mortuus est atque 'al-Motamidus Agmātī, nempe anno 488. Haec discimus ex 'Ibn-Callicāne (ed. de Slane, I. p. 474—476), ex quo auctore simul patet in 'Ibn-Bassāmi opere de ho

45

pore quo ibi variae dynastiae imperabant. Hae eum amaverant [161], veluti horti amant Zephyrum, et, secum invicem aemulantes, eum possidere studuerant ut variae gentes secum invicem aemulatae sunt quum adhuc Hispaniae imperium stabat. Quum hi principes regno essent privati, stellae illae, pluviâ non missâ, fefellissent, et deleta essent illa vestigia quae sequi poëtis erat mos, Tangam habitatum venerat, sed non amplius poëmata componere poterat et desiccata erat eius vena poëtica [162]. Tunc relicto oppido suo ad ʿal-Moʿtamidum captivum, iter facientem, venit cum antiquis poëmatibus, quorum initium eo consilio scriptum erat ut magnam pecuniae summam et ancillam acciperet, et in quorum fine munus petebat et dona cupiebat; aliena erant illa a proposito et scopo, a conditione in quâ tunc ʿal-Moʿtamid versabatur. Importunus semper ista poëmata attulit; sed principem animi nobilitas instigavit ut eum dono remuneraret. Signavit itaque triginta mit-

---

poëtâ caput exstare; in *Addendis et emendandis* inquiram in *quonam volumine* operis ʿIbn-Bassāmi hoc caput verosimiliter legeretur; hic observare debeo ex ʿIbn-Ċallicāne patere verba فتهادته usque ad المقيم etiam in peculiari ʿIbn-Bassāmi capite de ʿal-Ḫoçrio inveniri.

161) Lexica significationem 6ae formae verbi هدى non offerunt, quae in hunc locum quadret. Sed omnino conferendus est locus plane similis ʿIbn-Ċāqānis, ubi ait (*al-Qalāyid* MS. A. II. p. 141 sq.): وكان كلُّ مَلِكٍ من ملوك الاندلس يتهاداه تهادى المُقَل للكَرَى، والاذان للبشرى. Iam quum 6a illa forma significet *vacillanti et in utrumque latus inclinato gressu incessit mulier*, ex inter se collatis ʿIbn-Bassāmi et ʿIbn-Ċāqānis locis efficio, illam formam, cum accusat. pers. constructam, significare *inclinavit ad aliquem, amavit aliquem.* Respondet itaque verbo eiusdem potestatis, nempe verbo مال الى, et locus ʿIbn-Ċāqānis quem citavi, vertendus est: *Omnes reges Hispaniae ad eum inclinarunt* (vel *eum amarunt*), *veluti amant oculi somnum, aures laetum nuntium.* — Observandum adhuc est, nostro loco collato, duo menda ex editione Slanianâ ʿIbn-Ċallicānis tolli posse; nempe pro بالنسيم (I. p. 475 vs. 3) legendum est للنسيم, et pro الانس (vs. 4) legendum est الاندلس. Lectio الانس prorsus absurda est, et اندلس, nomen regionis et feminini itaque generis, hic masculine construi, homoeoteleuto excusatur; بالنسيم ferri non potest, nam verbum تهادى non cum ب construitur. Patet itaque ex iis quae hic observavi, editionem Nobil. de Slane maximâ cum curâ licet facta sit, et summas mereatur laudes, nondum prorsus mendis vacare. Nec mirum. In magno ʿIbn-Ċallicānis opere complures variorum auctorum loci citati sunt, ad quos bene edendos nec in Codicum ʿIbn-Ċallicānis numero, nec vel in exemplari ipsius auctoris manu exarato, satis praesidii offertur. Tuto enim statuere posse mihi videor, ʿIbn-Ċallicānem, aliorum auctorum verba describentem, peioris notae nonnunquam ante oculos habuisse Codices. Mendosae lectiones quas hic auctor admiserat, deinde in omnes Codices migrasse, nequaquam mirum est. Sed haec hactenus. Suum conferat haec annotatio ad studium ʿIbn-Ċallicānis ex aliis auctoribus emendandi et expoliendi, excitandum.

162) Cf. supra p. 326 ann. (7).

qālos praeter quos nihil possidebat, et complicuit poëmatium [163] quo se excusavit illos nummos tam paucos esse, et desiderium expressit ut ille eos [164] accipere vellet. Sed al-Ḥoçrī ei non respondit, neque gratias ei egit pro dono quod acceperat. Al-Moʿtamidus itaque deinceps hos versûs ad eum scripsit:

Dic ei qui scientiam collegit, sed huius tamen veram viam nescit:
Erat in crumenâ carmen, ad quod responsum exspectavimus:
Tibi praemium dedimus: an itaque carmen nostrum praemium non accipiet?

Modus quo al-Moʿtamid cum al-Ḥoçrīo egerat ad notitiam pervenit multorum vilium [165] poëtarum et omnium illorum qui donum accipere cupiebant, istorum qui vitam mendicando sustentabant [166]. Hi itaque se ei obtulerunt in quovis atrio in viâ sito et venerunt ad eum ex quovis loco, putantes nerium oleandrum eius (tristis) conditionis florem esse quem p. 314.
carpere deberent, et credentes deserti vaporem in eius conditione esse aquae fontem. Attamen tristior conditio excogitari non poterat. Hac opportûnitate dixit:

Omnes poëtae Tangae et al-Magrabi elegantissimo et praeclaro modo poëmata composuerunt.
Rogarûnt a captivo donum quod dare ei molestum est, sed ille potius ab illis donum rogare deberet; mirare itaque, mirare!
Nisi obstarent pudor et Laćmidica superbia in pectore recondita, eos donum petendo aemularetur [167]!
Anteacto tempore si liberalitas ab eo petebatur, magnifica dona dare solebat; si opem rogans ad eius portam clamabat: equum conscende! equum ille conscendere solebat!

Eâdem opportunitate dixit quoque:

Dic illi qui [168] caet.

---

163) Vocem طيّها pro expletivâ habeo; طَيٌّ est infinitivus a verbo طوى; pp. itaque *complicuit* poëmatium *illud complicando*.

164) Notabilis est hic usus vocis أَمْر; mere expletiva est, ut فى حقّه pro فيه, et dixisset auctor قبولها pro قبول امرها, nisi desiderasset homoeoteleuton cum نزرها.

165) Al-Marrākiši, qui sine dubio locum Ibn-Bassāmi ante oculos habuit, loquitur (MS. p. 138) de زعانفة الشعراء, ex quo loco itaque patet pluralem زعانفة, a sing. زعنفة, Lexico addendum esse. Sed etiam pluralis formam زعانف in usu esse, patet ex loco Ibn-Ḥaijānis (apud Ibn-Bassām MS. Goth. fol. 140 r.): حائك من ابناء الزعانف بقرطبة.

166) De phrasi hic obviâ cf. supra p. 195 ann. (13).

167) Ad significationem 3ae formae verbi نغى cf. supra p. 249 vs. 11. Neglexi, nescio quomodo, ad versionem illius loci (p. 276) nostrum versum et annot. Sacyi in *Chrest. Arab.* II. p. 322 citare. Ex aliorum auctorum lectionibus, quae etiam bonae sunt, poëta dixit: *similis esset iis in dono petendo*.

168) Vide huius carminis versionem infra in capite ʿImādo-'d-dīni.

Ad virum quendam, qui nomine 'Ibno-'z-Zingārī[169] cognitus erat, et qui eum rogaverat ut sibi viatici instar aliquid ex suâ poësi daret, scripsit:

Si te viatici instar auro instruere possem, hoc facerem, sed impedit me quae subito me invasit calamitas.

O tu qui poëma rogas quocum desertum pervadas, si te poëmate viatici instar instruxero, hoc tibi non proderit contra famem, cum gravi fatigatione coniunctam.

Est viaticum quod grato tantum odore constat; sitim non exstinguet, famem non satiabit; amat illud vir tenero animo et elegantiae sensu praeditus.

Iam nihil habent manûs meae quod liberaliter dent: quam mirum fuit fatum quod decretum est mense Ragabī[170]!

Vituperium et paupertas, non gloria nec divitiae! Temporis voluptas propinqua est calamitati!

Sed haec iam fuerunt. Privet[171] animo impetus meus tyrannum! (vel) vivat ille (potius) mendicans, paupertate (quotidie) interfectus!

Privet eum regno quod, tutelâ stultorum gaudentes, custodiunt crassâ cervice praediti Barbari, vel longo naso praediti Arabes.

Quando bene firmatum est illud ad quod venit, quum (mihi) illud eriperet, nihil prosit hastarum arcuumque dimicatio[172]!

Lente, o carmen, contra eos odium continens! Veriores nuntios dat gladius quam poëmata!

Ad illa carmina quae recitavit in duos suos filios, quorum caedem[173] mirabatur, pertinet hoc:

---

169) Tale nomen relativum in *Lobbo 'l-lobāb* non invenitur, nec in Lexico geographico, *Marāçido 'l-ittilā'* dicto, nomen زنجار occurrit. Nescio itaque an forlasse legendum sit الزَّنْجانى.

170) Illo mense 'al-Mo'tamid regno privatus est.

171) Ex vocali quâ in textu vocem يستلب instrui curavi, iam apparuit me formam illam pro iussivo habere; quam meam opinionem confirmat sequens يحى. »Plurima," ait Cl. Ewald (*Gramm. crit.* II. p. 121), »jam antiquae libertatis vestigia in jussivi usu abolita sunt, perinde ac lingua »franco-gallica conjunctivo sine conjunctionibus uti nequit. Per se enim et ab initio sermonis jus»sivus amplius non dicitur, sed fortius quaerit fulcrum quo sermo concitatius incipiens nitatur." Nec tamen prorsus insolitum est ut initio sermonis iussivus usurpetur; »rarissime poëta quis jussi»vum nudum sufficere putavit," ait paullo infra Ewaldus (l. l.), et locus noster, qui sine dubio verti debet ut ego feci, ad hunc iussivi usum probandum, summi est momenti; cf. etiam de Sacy *Gramm. Ar.* II. p. 39 ann. Caeterum veniam rogo a lectore, si in pulcherrimo hoc carmine interpretando, grammaticam, quam prosaïcam vocare solent, attigi; sed commentarium aestheticum nunc non conscribo.

172) Vides قراع hic esse Infin. 3ae formae.

173) Permirâ constructione hic utitur auctor, ut homoeoteleuto uti possit; nescio quomodo excusari, nedum probari possit, nam grammatica postulat حالهما vel حاليهما.

Flebat illa quia viderat [174] caet.

Flebat illa, lachrymas non effundens, sed ego plures lachrymas effudi, quam defluens pluvia guttas habet.

Planxit et manifestavit [175] caet. p. 315.

Ait 'Ibn-Bassām: Initium huius carminis simile est carmina Aufi 'ibn-Mohallam [176], nec dubito quin illud spectaverit et imitatus fuerit [177]. Est hoc:

Somno me privavit planctus tristi voce prolatus [178] columbae; tunc planxi et etiam cantatrix illa, tenerum moestumque cantum canens, planxit;

Sed illa, nullam lachrymam effundens, ego vero agminibus lachrymarum effluentibus [179].

Planxit illa dum duo eius pulli in loco erant in quo illos videbat; me a pullis meis separant vasta deserta [180].

Dixit etiam 'al-Mo'tamidus eos deplorans talibus versibus quae iecur findant et contundant brachium [181]:

Dicunt mihi: patientiam adhibe [182] caet.

---

174) Sequitur hic versus quem supra Latine verti, p. 130 vs. 1 sq.

175) Sequuntur hic reliqui versûs quos supra (l. l.) verti.

176) De hoc poëtà, qui ante 'Islāmismum floruit, cf. *'al-Ḥamāsa* p. 254 et Cl. Freytagii Indicem ad 'al-Meidānium. Ansam dedit proverbio لا حرّ بوادى عوف, *non est liber in valle Aufi*, de quo, praeter 'al-Maidānium (ed. Freytag, II. p. 531), cf. *'al-Qāmūsum* (ed. Calc., p. 1207) in voce عوف. Occurrit illud proverbium in carmine satyrico 'Ibn-Rezīnī (apud 'Ibn-Bassāmum (MS. Goth. fol. 30 r.) quod cum adiectis 'Ibn-Bassāmī verbis alibi editurus sum. Sed aliud est proverbium quod nostrum Aufum spectat et ab 'al-Maidānio non commemoratum est. Videtur nempe ad valde provectam aetatem pervenisse; hinc proverbium بلغ سنّ ابن محلم, *pervenit ad aetatem Ibn-Mohallami*. Occurrit hoc proverbium in 'Ibn-Châqânis capite de Abū-'Obaido 'al-Becrio (*'al-Qalāyid* MS. A. II. p. 142), ubi haec: رايتُه وانا غلام — وقد بلغ سنّ ابن محلم.

177) De 4ª formâ verbi لمّ cf. supra p. 345 sq. ann. (110).

178) Cf. supra p. 130 ann. (336).

179) سفوح hic plur. est a سافح; cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 361 §. 846.

180) Metrum et homoeoteleuton nos hic pronuntiare iubent مهامهُ فيحُ; prosae scriptor scripsisset مهامهُ فيحاء, sed poëtis licet tanwinum omittere (cf. de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 500 §. 913), et poëta noster vocem مهامهُ pro collectivo habuisse videtur.

181) Id est: *maximo afficiant dolore;* cf. ex parte proverbiales locutiones quas Freytagius sub فتّ et sub عضد enotavit.

182) Sequuntur hic duo vss. quorum primum verti p. 112 ann. (210), et alterum in eâdem paginâ vs. 9 sq.

Vides coelorum [183] stellas, heu! unguibus faciem lacerantes [184], quâvis nocte in funebri esse conventu, in cuius medio est lunae discus;

Deflent illae duas stellas quarum utraque (parentes) orbavit: egone itaque patientiam adhiberem? Excusari non posset cor si patiens esset!

O Fathe [185] caet.

Abiistis, quum nobilia facta utrumque vestrûm ad extremum terminum ducerent! At unusquisque ad extremum terminum currit!

Etiamsi reverteremini [186] caet.

Versus: *Etiamsi reverteremini (ad nos), profecto malletis in terram madidam reverti* caet. est quasi ex carminibus poëtriarum [187], et credo eum spectasse dictum ·al-Cansā.*ae* in universâ versûs constructione [188], licet sententia diversa sit [189]: nempe hoc:

Ac nisi magnus esset eorum numerus, qui circa me deplorant de fratribus suis, certo memet ipsa occiderem!

Abū-'Amr de quo in carmine illo loquitur, est eius filius qui Cordobae interfectus est ab 'Ibn-'Occāšâ, ut infra, annuente Summo Numine, suo loco hac in collectione explicaturi sumus.

Sequentem quoque elegiam in illos composuit, quae ut ardeant costae et lachrymas effundant oculi efficit:

O fons! meus oculus plures effundit lachrymas quam tu aquam [190]; ego prae tristitiâ fleo, tibi non nota est tristitia!

---

183) Suspicor in praecedenti versu, quem 'Ibn-Bassām non descripserit, sermonem fuisse de السماء *coelis* et ad hoc substantivum pertinere pronomen in زهرها.

184) 2ª forma verbi خمش Lexico addatur.

185) Sequuntur hic versûs supra Latine versi p. 112 vs. 11 — p. 113.

186) Sequuntur hic versûs supra (p. 114) Latine versi.

187) Videntur hic illae poëtriae indicari quae ante 'Islām*ismum* vel primis 'Islām*ismi* temporibus floruerunt, et inter quas primum locum obtinet ·al-Cansā., حاملة الراية لشعراء النساء, *signifera inter poëtrias*, ut ait Scholiasta Goth. 'Ibn-Cāqān*is* (in Cl. Weijersii *Spec.* p. 45). Inclaruit ·al-Cansā. praecipue elegiis quas in fratrem suum Çacr*um* composuit; ex harum unâ desumtus est sequens versus, qui magnam celebritatem adeptus est et saepissime laudatur, ut docuit Cl. Weijers *Spec.* p. 156 sq., quem de ·al-Cansā. conferri velim.

188) Sic مبنى hic mihi vertendum videtur; deëst quidem vox in Lexicis, sed Cl. Weijers (*Spec.* p. 194) iam monuit illam *aedificium* denotare.

189) Si quid video, nihil commune habet versus ·al-Cansā.*ae* cum versu ·al-Mo'tamid*i*.

190) Illud بيتانا quod hic Codex offert, sine dubio corruptum est, et sententia vocem requirit quae *aquam* significet; sed mihi in mentem non incidit vox, *aquam* exprimens, cuius literae quodammodo similes sint isti بيتانا.

Ignis fulminis [191] quum arserit exstinguitur [192], sed ignis mei cordis in aeternum proiicit ignem, ex monte ignivomo quasi progredientem [193]. p. 316.

Ignis et aqua (nunc) sunt praecipua pars cordis; orta sunt quando cor continere coepit ignes et ingentem aquarum copiam.

Naturâ suâ sunt hostes, quos tamen secum invicem conciliavit mutata fortuna; variis enim mihi se tinxit fortuna coloribus!

Defleri Fatḥum, et dum iam prae me ferebam me solatium invenisse, sepulchrum Jazîdi cordi ignes addidit.

O fragmentum mei iecoris [194] quod abscindi iecur nolebat, ab eo inde tempore quo dolore ex vestrâ caede orto premitur, nunquam anxiis liber curis [195] vixi.

Profecto! vobis mortuis duae stellae occiderunt . . . .

Levabit a corde meo, si curis gravatus vobis orbus sum, dies extremi iudicii pondus [196].

O Fatḥe! aperuit mihi tuum illud pro sacrâ causâ martyrium laetam portam desiderii tibi obviam veniendi.

O Jazîd! Vestrâ caede spes mihi aucta est fore ut Deus pulchra facta beneficiis retribuat,

Veluti tu idem fecisti quod fecerat frater tuus al-Fatḥ eum sequens; coniiciat in vos Deus condonationem et misericordiam!

Accipiatis meam salutationem et salutationem matris, quae semper propter vos maximum patitur dolorem, sive mecum, sive sola [197] sit.

Fleo ego et flet illa, et ad fletum adigimus alios, misericordiâ commotos propter illum qui mulierum et filiorum recordatur.

---

191) In Arabicis *fulminis tui*, unde patet in praecedente versu, ab Ibn-Bassâmo omisso, sermonem fuisse de *coelo*.

192) Ferri quidem potest lectio يخبو, nam نار subinde etiam *masc.* est generis, sed, quia statim deinde feminine construitur (وقدتها), legere fortasse praestat تخبو, et in sqq. تلقى.

193) بركان (*Volcano*) est *mons ignivomus*; cf. annotationes Hamakeri ad Weijers *Spec.* p. 182 sqq. et Quatremèrii in *Notices et Extraits* XII. p. 485. Ab omnibus fere geographis et peregrinatoribus, quorum locos in usum Amarii mei descripsi, Aetna vocatur بركان.

194) *Fragmentum iecoris* denotare *carissimum* iam supra p. 238 ann. (67) annotavi.

195) Adiectivum سَلْوان *anxiis curis liber* Lexico addatur.

196) Non plane certus sum me hunc versum recte vertisse. Puto مثقّلٌ cum ان ثكلتكما coniungendum esse et τὸν حال exprimere; poëtae enim ad τὸν حال exprimendum haud raro utuntur nominativo; in homoeoteleuto hoc sexcenties fit, sed etiam in medio nonnunquam versu, ut قاضٍ apud Koseg. *Chrest.* p. 67 vs. 6, pro قاضيا. Illud لى *in meum commodum* cum مخفّف coniungo.

197) Adiectivum وَحْدان Lexico addatur.

Praetervolavit aliquando locum in quo incarceratus erat[198] agmen avium quae *qaṭā* dicuntur; hoc eius dolorem concitavit et vehemens eius desiderium excitavit. Tunc dixit:

Flevi me convertens ad agmen avium *qaṭā*[199] caet.

Haec non nunc demum mihi superveniunt, sed descripsi tantum quae iam ante hanc vitam in animi indole erant[200].

Animus meus avidus et diligens observat[201] caet.

Sententia versûs quinti huius poëmatis similis est dicto Abū-Āmiri ·ibn-Šohaid Cordobensis[202]:

---

198) Cf. quae supra monui p. 152—154 ann. (477).

199) Sequuntur hic quinque versûs quos iam Latine verti supra p. 159 vs. 3—12.

200) I. e. animus meus ab aeternitate inde fuit infelix. Ex nonnullorum philosophorum opinione, »l'âme »est une substance immatérielle, existant de toute éternité," ut ait Doct. Schmölders *Essai sur les écoles philosophiques chez les Arabes*, p. 127.

201) Sequuntur hic duo ultimi versûs carminis, quod supra (l. l.) Latine verti.

202) *Abū-Āmir* ·ibn-Ābdi-'l-melic ·ibn-Āḥmed ·ibn-Ābdi-'l-melic ·ibn-'Omar ·ibn-Moḥammed ·ibn-'Īsā ·*ibn-Šohaid*, ex tribu Āšgaj, natus est anno 380. Literis elegantioribus et poësi operam navavit, scripsitque librum حانوت عطّار dictum. (Al-Ḥomaidī *Ġadwaṭo 'l-moqtabis*, MS. Oxon., fol. 57 r. et v.). Titulus huius libri non incognitus fuit Ḥāgi-Čalīfae (ed. Flügel, III. p. 5). Duo hic citati versûs sunt ex longo carmine ex quo complures versûs descripsit Ibn-Čāqān in ·*al-Maṭmaḥ* (vide ann. (*g*) ad textum huius loci), commemorans quoque opportunitatem quà compositum est. En auctoris verba, ex collatis inter se Codicibus Petropolitano, Londinensi et Codice Gothano libri ·al-Maqqarī (fol. 433 r.): ودبّت اليه ايامَ العلويين عقارب، برئت بها منه اباعد واقارب" واجهد بها صرف قطوب، وانبرت اليه عنه خطوب" نبا لها جنبُه عن المضجع، وبقى بها ليالى يارق ولا يهجع" الى ان علقته من الاعتقال حباله، وعقلته فى عقال أَذْعَلَ باله" واقام مرتهنا، ولقى وهنا" وقال *Diebus Alawidarum scorpiones versus eum repserunt* (i. e. calumniati sunt eum eius inimici), *quo factum est ut plebeii et patricii* (cf. supra ann. (3) in p. 259) *eum suae sorti relinquerent; has calumnias contra eum direxit in aliam dynastiam delatum imperium* (pp. *mutatio, conversio stellarum polarium*), *et ideo eum graves calamitates aggressae sunt, quae effecerunt ut tranquillus non esset in lecto, et per plurimas noctes vigilaret nec somno frueretur, donec tandem ei adhaererent funes quibus captivi ligantur et eum detinerent in vinculo quod eius animum obstupefactum reddidit.* (Verbum ذعل significat *obstupefactus fuit*, ut apud Ibn-Ḥaijānem (apud Ibn-Bassām MS. Goth. fol. 49 v.): ظلّوا قيامًا ذاعلين منتظرين لنزول القضا بيهم; apud Ibn-Čāqānem (·*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 79): ذعل خوفًا من النفس; hinc 4ª verbi forma vim habet transitivam, nempe *obstupefactum reddendi*, ut apud Ibn-Ġobair *Itiner.* MS. 320 (1) p. 199: pulchritudo illarum rerum أَذْعَلَ افكارنا). *Mansit itaque* (in carcere), *quasi pignori esset datus, et*

Quoties commovetur carceris porta, nostra corda et iecora finduntur metu gravis calamitatis.

Ego non plorans sum captivus, nam ex odio quod contra 'Imāmum foveo, oculis meis impositae sunt catenae [203].

Et dixit 'as-Samharī 'al-'Oclī, qui ad poëtas aulae 'Omaijadarum in 'al-'Irāqo pertinebat:

Collegit 'al-Ḥaddād [204] cohortem, cuius viri in vincula coniecti se invicem rogant quamnam commiserint culpam,

In loco in quo malefactor reliquos male tractat, dum manifestum est nobilium proborumque virorum colorem esse mutatum. p. 317.

Quando carceris custos strepere facit [205] portam, venae collorum virorum terrore corripiuntur et in aërem rapiuntur eorum corda [206].

Vides portam, quam si semel transiveris, nihil deinceps iam facere poteris: quasi essemus arcûs quos perfide reliquerunt sagittae [207].

---

mediae nocti (i. e. tenebris) *obviam factus est.* Patet itaque iam ex 'Ibn-Ĉāqānis loco a quonam ex Ḥamūdidis Ĉalifâ incarceratus est poëta noster, nempe a primo 'Alio 'ibn-Ḥamūd, qui anno 408 regnabat, et confirmat hoc versus in carmine 'Ibn-Šohaidi:

(الطويل) وراضت صعابى سطوة علوية البيت

et domuit equos meos indomitos (cf. 'Ibn-Ĉāqān 'al-Qalāyid MS. A. I. p. 84) *impetus 'Alii.* — Caeterum hic 'Ibn-Šohaid mortuus est Cordobae, ضحى يوم الجمعة, ultimo die mensis Ģomādâe I[ae] anni 426 et sepultus est فى مقبرة أمّ سلمة ('al-Ḥomaidī l. l.).

203) I. e. odium quod contra 'Imāmum (scil. 'Alium 'ibn-Ḥamūd) foveo, impedit me quominus plorem, et efficit illud ut de me ulciscendo tantum cogitem.

204) Mirum est quantis adhuc laboret difficultatibus historia 'Omaijadarum in Oriente, tum civilis, tum literaria, quantâque obscuritate adhuc prematur. Iam supra, ubi sermo erat de expeditione a Merwāne contra Sinānum susceptâ et de proelio Qodaidi, ignorantiam meam profiteri debui, et hic idem facere debeo. 'Al-Ḥaddād verosimiliter erat exercitûs dux, qui captivos, ad quos 'as-Samharī 'al-'Oclī pertinebat, incarceraverat. Sed sub quonam Ĉalifâ ex 'Omaijadarum stirpe hi viri vixerint, frustra in libris editis quaesivi, nec profuit nonnullorum Codicum perscrutatio. *Fontem* vero ex quo 'Ibn-Bassām hos versûs hausit indicare, ni fallor, possum. Supra nempe (p. 297, cf. ann. (5) in p. 326) 'aç-Çūlium citavit; patet ex 'Ibn-Ĉallicāne (ed. de Slane, I. p. 714) 'aç-Çūlium *Lexicon Biographicum recentiorum poëtarum* scripsisse, et valde verosimile mihi videtur in illo libro sermonem fuisse de 'as-Samharī 'al-'Oclī, et 'Ibn-Bassāmum inde versûs hic citatos descripsisse.

205) Haec transitiva potestas verbi قعقع Lexico est addenda.

206) Carcerem enim tantum relinquerent, ut ultimum subirent supplicium.

207) كَعْب est *nodus in arundine;* hine رمح مُكَعَّب (in Koseg. *Chrest. Arab.* p. 80 vs. 2 a f.), quod

Rhetoricâ figurâ [208] usus est 'al-Mo'tamid ubi ait: *Haec non nunc demum mihi superveniunt* caet. et praestantissimo modo hoc expressit.

Quum die festo filiae apud eum intrassent ut eum salutarent, in longo carmine dixit:

Superiori tempore [209] caet.

Quum compedibus vinctus incederet et ferri onere gravatus se huc et illuc conferret; intravit apud eum filius Abū-Hāšim. Tunc lachrymarum fluxus iuvenem suffocavit. Erat hic filius quem prae caeteris amabat et qui maximo favore apud eum gaudebat quia natu erat minimus, in quem dixerat die illo Veneris [210], quum in pugnâ contra Christianos egregia virtutis bellicae specimina edidisset:

O Abū-Hāšim! confregerunt me gladii, sed praestans erat mea fortitudo in illo pugnae aestu!

Gladiis circumdatus memor eram tui, mi parve fili! et tunc nullus fugae amor me tergum vertere fecit.

Quum itaque tunc fleret, recitavit 'al-Mo'tamid:

Catena mea! Nescisne me memet ipsum tibi submittere? non vis misereri, non vis clementiam ostendere [211];

---

significare videtur *lancea facta ex arundine firmos nodos habente*. Iam quum poëtae sexcenties partem pro toto ponant, et inprimis in homoeteleuto talis licentia mira non sit, putavi vocem كعب hic *sagittam* denotare, et sententia videtur: nos, incarcerati, nihil iam valemus, sicut nihil valent arcûs sine sagittis.

208) In Lexico 5ª forma verbi جاز explicatur *locutus fuit metaphorice* sermone c. فى. Sed in versu 'al-Mo'tamidi quem 'Ibn-Bassām spectat, مجاز *metaphora* (cf. Gladwin *Dissertations on the rhetoric, prosody and rhyme of the Persians*, ed. Calc. 1801, p. 58) non adest, et aliud quid itaque hic تجوّز significare debet. Iam animadvertatur 6ᵃᵐ verbi formam تجاوز esse vocem technicam, et in rhetoricâ respondere voci تتبيع. Si contuleris ea quae Cl. Freytag (*Darstellung der Arab. Verskunst* p. 520) de vocibus تجاوز et تتبيع monuit, si porro mecum statueris تجوّز hic idem atque تجاوز significare, fortasse mecum facies, poëtam logicae ratione habitâ dicturum fuisse: *Haec non nunc demum mihi superveniunt, sed iam antea supervenerunt*. Figurâ vero تجاوز vel تجوّز usus, describit in primo hemistichio diuturnum quem passus est dolorem; in secundo hunc non ita describit, sed tale quid narrat ex quo, si illud cum praecedentibus verbis conferatur, effici potest valde diuturnum fuisse illum dolorem.

209) Sequitur hic carmen quod supra (p. 148 sq.) Latine verti.

210) Quo scil. proelium 'az-Zalāqae commissum est.

211) Perperam Nobil. de Slane (III. p. 199) pronuntiavit اَبيتُ pro اَبيتَ, et vertit: *Know ye not — that I scorn your pity and compassion?* Ex compluribus 'al-Mo'tamidi elegiis (vide v. c. supra p. 65 vs. 4 carminis) patet eum queri de vinculi inclementiâ; etiam in huius carminis versibus 4° et 5° clementiam vinculi implorat, nunquam vero illud spernit.

Sanguis meus tibi est potus; carnem iam edisti: ne itaque ossa etiam confringas!
[Videt Abū-Hāšim me te circumdatum esse, et fracto corde faciem avertit.]
Clementiam certe ostendas erga puerulum, cui animus est nondum curis et sollicitudine agitatus, quique nunquam timuerat ne ad te veniret tuam clementiam imploraturus[212].
Clementiam ostendas erga parvas eius sorores, quibus, eodem modo atque illi, venenum et amaram colocynthidem sorbenda praebuisti.
Inter eas est talis quae iam aliquid mente comprehendat: timuimus ne haec coeca fieret propter frequentem fletum;
Alia nihil adhuc mente comprehendit et os tantum ad mammam sugendam aperit.

Eius versus: *memor eram tui, mi parve fili!* caet. in memoriam mihi revocat duos versûs quos mihi recitavit Wezîrus Abû-Becr [213], compositos ab eius fratre Abū-'l-Hasan ex urbe Badaioci:

Memor eram Selmāe, dum ardor pugnae similis erat ardori mei cordis horâ illâ quâ ei valedicebam. p. 318.
Hostis circumdatus vidi eius formam; inclinarunt se illae versus me, et ego illas amplexus sum.

Sequentem etiam elegiam 'al-Mo'tamid in se ipsum composuit:

Canit tibi femina [214] caet.
Post omnes illas nobiles cantatrices Hispanas [215], quae vicem explebant columbarum in ramorum fastigio canentium.

Et hanc:

Migravi ex vexillorum umbrae maiestate [216] caet.

Et hanc:

Peregrinum, in terrâ [217] caet.
Quando Agmātí dicetur: mortua est eius liberalitas, et nulla spes restat ut post eius mortem liberalitas resuscitetur.
Praeteriit tempus [218] caet.

---

212) Nobil. de Slane hic in errorem incidit; nempe لم cum aoristo vim praesentis tribuit; quo errore totus versus alium sensum in eius versione habet, nec certe elegantiorem.

213) Est hic verosimiliter الوزير الكاتب ابو بكر عبد العزيز بن سعيد البطليوسي, de quo caput exstat in secundo 'ad-Dacîrae volumine (MS. Oxon. fol. 196 r. — 200 v.).

214) Sequitur hic carmen quod supra (p. 151 sq.) Latine verti.

215) عزيزة رومية *nobiles feminae Christianae Hispanae*, quae belli iura 'al-Mo'tamidi servae et cantatrices factae erant.

216) Sequitur hic carmen quod supra (p. 136) Latine verti.

217) Duos qui hic sequuntur versûs Latine verti supra p. 145 vs. 1—4.

218) Sequuntur hic reliqui versûs quos supra (l. l. et pag. sq.) Latine verti, omisso illo qui uncinis est inclusus.

Decrevit Deus Emessae (Hispalis) mortem, et disperserunt ibi . . . . sepulchra.

Aṭ-Ṭoraijā, Saʿdo-'s-soʿūd et ʿaz-Zāhī, qui in hoc poëmate commemorantur [219], sunt nomina *qobb*arum [220] et aedificiorum regiorum, quae summo cum studio aedificaverat, quaeque ad palatia Hispalis pertinebant. — Respondit huic carmini Abū-Moḥammed Siculus, qui nomine ʿIbn-Ḥamdīsī notus est:

Altera res alteram excipit [221] caet.

In eodem responso ait:

Postquam vos abiistis [222] caet.

Cum feminis suis coiverunt [223] corvi in muro loci in quo versabatur; deinde nuntius allatus est quasdam eius feminas adventuras esse. Tunc dixit:

Corvi Agmātī! ne fortunae beneficiis privemini, neque arborum ramis,

Qui umbrâ suâ defendunt lanugine praeditos pullos, in iis habitantes, a solis ardore, et in quibus abunde his est praesidium contra pluviae noxam!

Quam dulci modo [224] coitum exercuistis, augurium dantes quod meam movet admirationem; sic dulcissimum dantes nuntium.

p. 319. Etenim stellae quae longe a me erant remotae, iam in meâ propinquitate iterum in eo sunt ut oriantur, ad lunam [225] se conferentes.

Incumbit mihi officium, si Deus misericors verum reddit id quod narrarunt illi, ut nunquam meum arcum huiusque nervum timeant!

Per Deum! per Deum! nunquam abacturus sum eorum talem qui decidat! Ne male auguratus [226] sim ex corvis!

---

219) Animadversione hic digna est constructio; licet enim *tria* substantiva praecedant, pronomen tamen et verbum in *singulari* sunt numero.

220) Vide supra p. 142 sq. ann. (411).

221) Sequentes tres versûs supra verti p. 147 ann. (432).

222) Sequentes duo versûs infra in capite ʿIbno-'l-Aṯīrī Latine vertentur.

223) Hic et in seq. carminis vs. 3° animadvertenda est forma قَعِيَ; Lexicon enim *hoc* sensu tantum قَعَا offert.

224) Valde dubito an كما significare possit *quam dulci modo*, et ideo tantum sic verti quia sensu carere nolui versionem meam Latinam. Etenim, nisi omnia me fallunt, omissus est ab ʿIbn-Bassāmo praecedens versus, in quo fortasse dixit poëta: *ego spero mox mecum fore dilectas meas puellas*, et tunc كما *veluti vos* caet.

225) *Lunae* imagine se ipsum spectat poëta.

226) » The term *one-eyed* (أَعْوَر) expresses a person disagreeable on any account. The Arabs regard a » one-eyed man as of bad omen (شُوْم), and nobody wishes to meet him." Haec Burckhardt *Arab.*

Vos qui eos vulneratis [227], nunquam careatis talibus qui vos frangant et vulnerent! Nullâ careatis noxae specie!

Quam egregie [228], corvi! cor meum (gaudio) implevistis in quo habitare siveram timorem qui oculum meum insomnio tradebat.

Qualibus sagittis te, meum iecur! petiverunt fortunae vices, sagittis quibus Fatum tantum iaculabatur.

Adsunt captivitas et aerumna, prosperitatem sperare non possum; ignoscat mihi Deus, sed quam variae cogitationes in Dei animum incidunt!

Dixit etiam quum in carcere esset:

Deo sit laus! Post gladios — pedis vincula! Ex his in carceribus pedibus meis notae sunt impressae [229]!

Antea, quum solenne sacrificii festum adesset, et tympana precum tempus annuntiarent, Fidem nostram [230] Deique potentiam [231] testari solebamus, gladiique nostri continen-

---

Prov. n°. 12; cf. etiam n°. 18. أَعْوَر igitur *monoculus*, et hinc *mali ominis*, ut supra in textu p. 324: كلمة عوراء *vox quae mali ominis erat.* Nostrum بالعور pronuntio بِالعَوَرِ, et credo esse infinitivum a verbo عَوِرَ *monoculus fuit;* nihil vero impedit quominus huic verbo notionem *mali ominus fuit* adscribamus. Caeterum non sine causâ haec addit poëta, nam Arabes *corvum* pro *separationis omine* habent.

227) عقارة est plur. a sing. عاقر; vide de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 370 §. 866.

228) De كما idem hic valet quod iam supra observavi, et hic sine dubio iterum versus ab Ibn-Bassāmo omissus est: ملأتنّ *implevistis* enim per se sensum non praebet, sed in praecedenti illo versu procul dubio de ملا سرورا *gaudio implere* sermo fuit; dixerit v. c. poëta: *utinam vos repetitis vicibus gaudio impleamini, veluti gaudio meum cor implevistis* caet.

229) Vix opus est ut moneam ممها in textu esse errorem typothetae pro منها. — Credo poëtam haec ironice dicere; حجل enim (cf. supra p. 72 sq. ann. (6)) est *alba nota in pede equi*, quae ab Arabibus pulchra existimatur; cum talibus itaque notis comparat poëta vulnera in eius pede quibus compes ortum dederat, sed, ut iam dixi, per amaram ironiam.

230) Metrum nos iubet hic pronuntiare شَهِدْنا in *primâ* formâ, nec dubito quin Lexico addendum sit verbum شَهِدَ significare: *pronuntiavit formulam* شهادة *dictam*, nempe dixit: لا اله الا الله ومحمد رسول الله. Aliud exemplum huius significationis exstat in *Historiâ Abdo-'l-wādi*tarum; vide meam illius libri versionem in *Journal asiatique*, IV[e] série, tom. III. p. 403; ibi vero me male pronuntiasse شَهَّدَ, et pronuntiandum esse شَهِدَ ex al-Mo'tamidi versu didici.

231) Verbum كَبَّرَ proprie significat: *pronuntiavit formulam* الله أكبر.

ter capita hostium ad preces perficiendas easque continuandas adigebant [232].

Erant ibi inter precandum capita inclinata, sed simul ibi strenuorum animi effundebantur [233].

Ad ea quae in eum dicta sunt postquam regno erat privatus et eius unionum filum dilaceratum erat, pertinet carmen Abû-Becri 'ad-Dânî, quod ei recitavit quum eius catenae dissolverentur. Eius initium hoc est [234]:

---

232) Ex collato 'Ibn-Châqânis loco (supra p. 49 vs. 3 sq.) primum patet, 'al-Mo'tamidum hic de sacro illo die loqui, quo proelium 'az-Zalâqae commissum est, et deinde 'Ibn-Châqânem ibi hoc 'al-Mo'tamidi carmen imitatum esse. — Verbum صلّى cum ب hic significat: *aliquem ad preces adigere*, quod Lexico addendum est. De 4ª formâ verbi طال vide supra ann. (225) in p. 115.

233) Per errorem hic bis, in textu, typis expressum est رقوع, pro ركوع.

234) Magnam huius carminis partem descripsisse 'Ibn-Challicânem, iam monui ad textum huius loci. Permulti versûs ab hoc auctore descripti sunt, qui apud 'Ibn-Bassâmum non leguntur, sed contra 'Ibn-Bassâm nonnullos versûs offert, qui apud 'Ibn-Challicânem non exstant. Nobil. de Slane, in versione Anglicâ 'Ibn-Challicânis (III. p. 203 ann. (33)) haec ait: »The piece itself is very obscure, and I am » by no means certain of having rendered its meaning correctly in some parts." In singulis versibus mea versio a Slanianâ differt, sed totum carmen accurate considerans, mihi nata est opinio, quae si admittenda videtur, patebit, poëtam consulto obscuritatem quaesivisse, carmen maximâ arte esse compositum, et summi esse momenti ad historiam huius temporis illustrandam. Haec fusius explicanda sunt, nam ab eâ quam animo informamus totius carminis imagine pendet singulorum versuum interpretatio.

Notum est 'al-Mo'tamidum anno 484 regno fuisse privatum. Secundum 'Ibn-Challicânem (ed. Wüstenfeld, Fasc. VII. p. 137), 'Ibno-'l-Labbâna sequens carmen composuit Agmâti anno 486; idem legitur apud 'al-Maqqarium (MS. Goth. fol. 562 v.) qui ex 'Ibn-Challicâne hausit; Nobil. de Slane (l. l. III. p. 197), aliorum sine dubio Codicum auctoritate, pro 486 legit 485. Quid verum sit, diiudicare non possum, sed sumamus sive anno 485, sive sequenti, hoc carmen composuisse 'Ibno-'l-Labbânam, nam perinde hoc est in hac disputatione. Anno 486 ('al-Maqqarî fol. 551 r.) seditionem movit vir consideratissimus رجل كبير, 'Ibn-Chalaf, in Hispaniâ, Monte mayor occupavit, et principem proclamavit 'Abdo-'l-Gabbârum, filium 'al-Mo'tamidi, ad quem se contulit eius mater, et qui princeps declaratus est in oppido Algeziras dicto et Arcosi; postremam urbem intravit anno 488 (quo anno mortuus est 'al-Mo'tamidus) ('al-Maqqarî l. l.). Haec iam teneat lector; mox causa apparebit cur haec monenda erant; nunc primum de gravissimâ quaestione videamus, nempe: speraveritne 'al-Mo'tamidus se regnum recuperaturum? Respondeat ipse regius poëta (supra p. 63): *Utinam scirem, an iterum noctem transacturus sim, — in Hispalis Axarafe et in variis meis palatiis;* in carmine quo 'Ibno-'l-Labbânam alloquitur (supra p. 310 vs. 3) manifesto pristinam dignitatem sibi restitutum iri confidit. Opusne denique est ut nobiles illos versûs lectori in mentem revocem, quos supra (p. 314 vs. 7 a f.) habuimus: *privet animo impetus meus tyrannum*, et quae se-

Odorare fasciculum salutis; hunc enim afferens, muscum rumpo quo tibi (amphora) obsignata est.

---

quuntur? Quodsi itaque spem reditûs fovebat princeps, hanc insignem in modum augere debebat seditio Ȧbdo-'l-Ģabbāri. Iam hoc ipsum ipsis verbis testatur 'Ibn-Căqān, qui a quodam qui ·al-Mo'tamidum visitaverat quum seditionem movisset Ȧbdo-'l-Ģabbar, acceperat (vide supra p. 66) principem tunc temporis » animum recepisse, et diligenter observasse et respexisse famam de filio; eum sperasse reditum in regnum, seque revisurum loca ubi antea habitaverat." Illâ etiam opportunitate composuit pulchrum illud carmen in quo queritur se otiosum esse debere, nec in pugnam irruere posse.

Haec monenda fuerunt, ut carmen 'Ibno-'*l*-Labbānae intelligeretur, ad quod iam revertar, postquam primum monuero hunc poëtam in alio carmine quod Ȧgmāti composuit (vide supra p. 310 vs. 1 a f. et p. 311), spem illam reditûs nutrivisse. Iam quod ad ipsum nostrum carmen attinet, versus secundus: *Et dic mihi metaphorice* sqq. ostendit vel ipsum 'Ibno-'*l*-Labbānam de talibus loqui quae ut ad omnium aures pervenirent non liceret. Si itaque ex commentario ad ipsum carmen apparet, poëtam mentem patriciorum Hispanorum erga ·al-Mo'tamidum describere, affirmare hos minime contentos esse ·al-Morābitarum imperio, et reditum ·al-Mo'tamidi avide exoptare, sed haec consulto ita obscure exprimere ut minime ab omnibus intelligi possint, et totum carmen encomiasticum et elegiacum tantum videatur: si haec, inquam, ex commentario patent, necesse est ut statuamus, iam ante seditionem Ȧbdo-'l-Ģabbāri Hispaniae nonnullos patricios coniuravisse contra Morābitarum in Hispaniâ imperium, et his consilium fuisse ut ·al-Mo'tamido regnum restituerent; de quibus moliminibus ut certiorem redderent ·al-Mo'tamidum, miserunt ad eum 'Ibno-'*l*-Labbānam, qui itaque non tantum, ut auctores affirmant, in Africam venit ut constantis suae amicitiae testimonium daret, sed cui insuper gravis quaedam cura politica mandata erat. Hic itaque rerum erat status quum carmen compositum est. Mox Ȧbdo-'l-Ģabbār princeps declaratus est, cui patricii illi se verosimiliter adiunxerunt. Nec fugit ·al-Morābitarum regem, Jūsofum, ·al-Mo'tamidum non alienum esse a seditione illâ in Hispaniâ motâ; nam, ut ait 'Ibn-Căqān (supra p. 65) » quia rugiverat catulus (Ȧbdo-'l-Ģabbār), timebatur impetus leonis (·al-Mo'tamidi), neque existimabatur sanum esse (corpus) » universum, quum pars esset corrupta."

Videamus nunc de singulis carminis versibus ad quos iam uno tenore commentarium conscribam, ut sic melius totius carminis consilium et oeconomia appareant.

Vs. 1. Iam primus carminis versus ambiguum habet sensum, sed primum de singulis verbis videamus. 5ª forma verbi نشق in Lexico desideratur; ut secundum hemistichium intelligatur, monendum est Orientales amphoras melioris notae vinum continentes musco obsignare. Efficio hoc ex versu ·al-Ḥoçri, aequalis 'Ibno-'*l*-Labbānae (apud 'Ibn-Ćallicānem, ed. de Slane, I. p. 475):

(الوافر) اقول له وقد حَيّا بكاس   لها من مسك ريقته ختام

Ad hunc versum intelligendum, sciendum est 2am formam verbi حَيّ significare: *pronuntiavit formulam* حيّاك الله i. e. *dixit: longam vitam tibi concedat Deus!* Mos videtur fuisse Moslimis ut

Et dic mihi metaphorice, si illud apertis verbis dicere non potes — fortasse tu in opulentiâ — quoties tu huius aliis auctor fuisti!

Cogito (nempe) de tempore quod tibi tantopere lucebat et quod praeteriit; (quâ cogitatione) aurorae lux mihi obscura fit.

---

hanc formulam pronuntiarent, quando amico propinabant, et hinc explicanda est phrasis quam supra p. 243 vs. 4 a f.) habuimus: “ فلا تزال تدار عليه كوس الراح ، ويُحَيَّا عليها بقبض الارواح, in quâ primitiva vis verbi حَيَّا non ita distincte atque in versu 'al-Ḥoçrii cernitur, sed illud verbum, cum acc. pers. et ب rei constructum, denotat: *apprecatus est* (propinans) *alteri* (cui propinat) *aliquid.* Deinde, ut secundum versûs hemistichium intelligatur, monendum est, illos qui alicui propinant, calicem osculari solere; vide Cl. Fleischer *de glossis Habichtianis* p. 85. Versus itaque 'al-Ḥoçrii sic vertendus est: *Dico ei, mihi dicenti: longam vitam tibi concedat Deus! et poculum afferenti, quod obsignatum est musco eius salivae*, i. e. *cui tamquam sigillum impressa est eius saliva* (quod osculatus est), *veluti amphorae musco sunt obsignatae.* — Sententia itaque versûs 'Ibno-'l-Labbānae haec est: laetus sis, nam salutis nuntium, nuntium qui te hilarem reddet, quandoquidem reditum in regnum tibi promittit, tibi affero; similis est ille fasciculo florum; conditio in quâ versaris, comparari potest cum amphorâ obsignatâ, nam vinum quod amphora continet bibere non potes, quandoquidem sigillum rumpere non vales; ego nunc illud rumpo, nam certo tibi affirmare possum omnia in Hispaniâ iam fieri, ut 'al-Morābitae ex illâ terrâ pellantur, tu vero Hispalin redeas. Vel brevius: laetus sis, nam laetum nuntium tibi affero. Haec voluit poëta, sed talibus verbis usus est, quae non facile a profano vulgo (sit venia verbo) intelligi possent, et quandoquidem سلام non tantum *salutem*, sed etiam *salutationem* significat, homines verba تنشق رياحين السلام *odorare fasciculum salutationis*, significare arbitrari debebant; *salus sit tibi* (nam etiam Latinorum *salus* ambiguae est potestatis), *saluto te.* Reliqua verba illis prorsus obscura videri debebant.

Vs. 2. *Dic mihi.* Artificio uti videtur poëta; ipse enim *metaphorice*, id est ambiguis et obscuris verbis loquitur; hoc profiteri non poterat, ut facile sentit lector, et ideo principem invitat ut sibi metaphoris respondeat; nihilominus sententia huc redit: Ego metaphorice loquor, quia apertis verbis loqui non audeo. In seqq., quia كُنْتَ sequitur, post لعلك فى نعمى cogitatione supplendum est تكون: *fortasse tu (iterum) in opulentiâ eris, versaturus es;* sed istud نعمى iterum ambiguam habet potestatem; significat enim tum *opulentiam*, tum *felicitatem*, *laetam commodamque vitam;* sententia itaque est: *fortasse tu iterum pristinâ tuâ laetâ vitâ, pristinâ felicitate, regno tuo gaudebis;* sed poëta, illam vim vocabuli spectans, ex quâ نعمى *opulentiam* designat, statim addit: *quoties tu aliis opulentiae auctor fuisti*, eo nempe consilio ut carmen ad laudandum tantum 'al-Mo'tamidum compositum videretur. Quid tamen intelligat suo نعمى, accuratius explicat in

Vs. 3. افكّر, forma intensiva, *saepe et diu cogito.* Nexus est inter hunc versum et praecedentem, hoc sensu: *de* نعمى *quum loquor specto pristinam tuam dignitatem;* sed si versum 3um non cum 2o coniungis, ut fecit Nobil. de Slane, tantum 'al-Mo'tamidi laudes continere videtur. Similiter

Et miror viam lacteam, dum videt te, solem, eclipsi esse affectum, quomodo illa stellas apparere facere possit.

Profecto! Si magna fuit tua calamitas, te maiorem invenimus quam illam, quandoquidem culpâ liber eras:

(Tibi enim erat) hasta quae ad confodiendum properabat, donec fracta esset, et gladius qui per longum tempus feriebat donec ruptus esset. —

Deflevit gentem 'Abbādidarum (etenim non aequat pluvia nubium, dum fluit, Mohammedem, neque eius filios) p. 320.

Amicus cordis mei, amicus quia dixit: »fortasse (navis) velum eos propinquos reddet, et fortasse —!

»Nos antea depascebamur honores circum eorum conseptum; sed nunc pascuum proventu caret et conseptum desertum est;

Vs. 4 mere encomiasticus videtur; sed haud sine causâ illis metaphoris hic utitur poëta; voce *via lactea* designat Hispaniam, quam ideo viae lacteae comparat quia, veluti in viâ lacteâ innumerae apparent stellae, sic in illâ regione complures nunc erant praefecti, ab 'al-Morâbit*arum* rege constituti; eosdem praefectos vocat الأنجما *stellas*.

Vs. 5. Admisi lectionem البريّة, quam 'Ibn-Bassami Codex hic offert; بريئة est Infin., Lexico addendus, a verbo بَرِئَ *culpâ liber, purus fuit;* الرزيئة, quod 'Ibn-Callicanis Codices habent, huic loco non satis aptum sensum praebet. Explicat hunc versum

Vs. 6; vult nempe poëta: Nos Hispani te non accusamus, nam strenue te tuumque regnum defendisti ad extremum usque.

Vs. 7. Parenthesis in hoc versu iterum sic comparata est, ut carmen encomiasticum videatur, quod inprimis hic necesse fuit, quia poëta in

Vs. 8 virum quendam nobilem indicat quocum locutus fuerat, et qui ei spem dederat 'Abbādidas in Hispaniâ regnum recuperaturos. Quisnam vir ille nobilis fuerit difficile est dictu, sed 'al-Motamid sine dubio intellexit quemnam spectaret 'Ibno-'*l*-Labbāna. Loquens nunc inducitur patricius ille: spem fovet fore ut iterum redeant 'Abbādid*ae* (obiter observo Lexico addendum esse verbum دنا cum ب significare *propinquum reddidit, adduxit*), et regnum recuperent: vides enim post ولعلما esse aposiopesin, quia suam ideam declarare non audebat vir ille. In

Vs. 9 causa indicatur cur patricii de seditione cogitarent. Teneatur nempe ante adventum 'al-Morabit*arum* summam fuisse auctoritatem ordinis patriciorum in Hispaniâ, regiminisque formam fuisse *ἀριστοκρατικήν;* sed quum 'al-Morābitae Hispaniâ essent potiti, cessavit optimatum imperium, nobiles illae gentes Arabicae nullam amplius auctoritatem exercuerunt, et regiminis forma facta est monarchica, ita ut uni regi barbaro iam omnia parerent. Hoc vult patricius ille etiam in versu qui apud 'Ibn-Callicānem hunc editionis meae vs. 9um praecedit (صماحيم البيت), et cuius sententia huc redit: *quum illorum regnum, laetae aurorae simile, staret, in illo summos honores adipisci, et*

»Quasi ibi non adfuissent viri sincerâ amicitiâ coniuncti, peregrini ibi non obviam »venissent magno hominum coetui, exercitus exercitui copioso;

»Quasi in te [o conseptum!] firmo pede multiplex spes non diversata fuisset, quam »hospitio exceperunt copiosa beneficia;

»Quasi in collibus (palatium circumdantibus) viridis non fuisset hortus, quem putavi »ab Illis, non a floribus, pulchram suam conditionem, quâ baltei instar ornatus »erat, accepisse:

»Quasi ibi non molles puellae, ramis similes et inclinato corpore incedentes, adfuis»sent, quae amplecti solebant fraxinum, protentam manibus virorum, loricâ indutorum;

»Quasi ibi non undatim expansa fuissent vexilla, et irretivissent pedes avium in alto »coelo volantium;

»Quasi naturâ suâ longa hasta non post se traxisset suum pedissequum." Respondi ego: »Serpens secutus est leonem."

In eodem carmine ait:

Speratne 'al-Mowajjad, ex Lacmo oriundus, reditum? Quoties spes felici successu fructa est!

Tuum regnum quum reliquissem, similis eram angelo, et similis iam sum tali qui tristitiam quâ cruciaris, cessare faciat.

---

maximam auctoritatem exercere solebamus, nunc dignitate nostrâ prorsus sumus privati; eodem redit sententia huius versûs noni. — In tribus versibus qui hic apud Ibn-Ćallicânem sequuntur, eleganter describit poëta palatia devastata in quibus antea 'Abbâdidae habitaverant, ut melius carminis propositum celaret, et hoc elegia videretur. Idem consilium cernitur in

Vss. 10—15. In vs. 11 animadvertatur pluralis illa forma ثباثب, a voce ثَبْثَبٌ derivata, quae in Lexico desideratur. Etiam plur. لمالم a sing. لَمْلَمٌ Lexico est add. In vs. 12 pron. fem. in رباها, spectat ad قصور (palatia) quod occurrit in versu ab Ibn-Ćallicâne p. 138 vs. 3), non vero ab Ibn-Bassâmo, descripto. In vs. 13 الغصون (*rami*) sunt *puellae ramis similes;* solita metaphora; وشيج, ut *fraxinus* apud Latinos, tum arborem ipsam, tum hastam ex eius ligno confectam designat; hic iterum est metaphora et poëta *membrum virile* spectat, nam sic versum intelligendum esse vix dubium esse potest. An in vs. 15 istud تتاها recte sese habeat, dubito; si sanum sit, sententia haec videtur: *hastis suis 'Abbâdidae semper id effecerunt, ut magnus servorum numerus eos sequeretur.* Respondet nunc Ibno-'l-Labbâna nobili suo amico: Jûsof, serpenti similis, iam locum illum occupavit, quem tenuerat 'al-Mo'tamid, vir leoni similis.

Vs. 16. Expositâ patriciorum Hispanorum cogitandi ratione, poëta affirmat iam maximam adesse causam cur 'al-Mo'tamid reditum sperare possit, et in

Vs. 17 dicit, se angeli instar, laetum nuntium afferentis, Hispaniam reliquisse, ut de iis quae principis amici ibi moliebantur, hunc certiorem faceret; sed verbis utitur quam maxime ob-

Te deflevi donec tristitia mihi nec lachrymas, nec sanguinem relinqueret, quibus te deflerem.

Haec agendi via semper erat mea, et si moriar, relinquam hanc illis qui flent tamquam normam.

20 Deflevit te pluvia, propter te ventus pectoris sui tegumentum dilaceravit, tonitru nomen tuum aperte indicavit,

Dilacerata est vestis fulminis, tenebrae (nox) vestibus lugubribus se vestiverunt, et stellae noctis in consessum ad te deplorandum venerunt.

Liberabit te Ille qui ex puteo liberavit Josephum, miserebitur tui is qui misertus est Messiae, filii Mariae!

---

scuris. In secundo hemistichio repone ومن pro وعن, quod merus typothetae est error; ante illam particulam partitivam مِنْ cogitatione supple ما, et tunc versum sic construe: واحكى مُتَمِّمًا ما عليك مِنْ وَلَه; quo facto sensus ille oritur, quem vertendo expressi. تَمَّ enim est *absolutus fuit;* hinc 2ª forma *absolvit*, *perfecit*, hic *ad finem venire fecit*, *cessare fecit*. Non dubito quin haec versûs sit sententia, sed si pro مَالِكًا pronuntias مالِكًا, et pro متمّما pronuntias متمِما, si porro simplex مالك *virum divitem*, et متمم *virum paupertate confectum* significare posse arbitraris, versûs sententia te latebit et versurus es cum Nobil. de Slane: » On departing from thy kingdom, I wore the » aspect of a wealthy man; but now, through grief for thee, I seem like one who has lost all." Licet sententia illa absurda fere sit, — cur enim dives videretur poëta Hispaniam relinquens, et nunc in Africâ pauper? Principis enim conditio eadem semper erat, semper erat captivus, et parum se principi commendasset poëta si dixisset: dives et laetus eram iter suscipiens, nam de te tuoque infortunio nequaquam cogitabam, — licet, inquam, sententia illa absurda sit, similem tamen, dolorem suum declarantem, a vulgo mente informari cupiebat; quapropter in

Vss. 18—21 de *suo* dolore et de totius naturae misericordiâ loquitur. In fine versûs 19 verba رسمى مرسما pp. significant *vestigium* viae quam calcavi, *distincte notatum*. In vs. 20 potius وباح (quocum باسمك coniungendum est) cum 'Ibn-Bassâmo legi quam وناح cum 'Ibn-Call., quia ناح, quod de planctu mulieris et columbae dicitur, minus bene cum *tonitru* coniungi videtur. In duobus versibus qui apud 'Ibn-Ĉallicânem editionis meae versum 19 excipiunt, adhuc sermo est de dolore aurorae, maris, lunae et solis. Tunc de 'al-Mo'tamido navi Africam versus transportato loquitur poëta.

Denique in duobus versibus ab 'Ibn-Ĉallicâne descriptis de fractis catenis sermo est. Nondum hac de re dixi; licet enim 'Ibn-Bassâm dicat, hac opportunitate compositum esse carmen, tamen in versibus ab hoc auctore descriptis ne verbo quidem hic casus commemoratur. Et fateor mihi hoc non maximi momenti videri; sed quum forte fortunâ catenae fractae essent, poëta inde bene auguratus est, et omen mox recuperandae libertatis hoc esse putavit. Hinc in vs. 22 'al-Mo'tamid*um* Dei auxilium sperare iubet, et faustum eventum ei apprecatur.

Versum *Te defleri* caet. desumsit ab 'Ibrāhīmo 'aś-Śāśī [235], sed exemplo suo cessit et huic impar fuit, poëtaeque viam cessit ubi ait:

Ne iter suscipias nam non sat roboris mihi relinquis quo valedicere possim abiturae,

Nec sat somni quo noctu apparentem imaginem tuam hospitis instar excipiam; nec sat lachrymarum quibus defleam tui tentorii vestigium [236].

p. 321. Ex eodem carmine sunt sequentes versûs:

Deo trado corpus meum, nec, propter fortunae vices et propter morbos, extremum spiritum. . . . . . .

Morbus meus irrumpit in talem qui corporis tenuitate spectro similis est, et vulnerat calamitas in me latus hominis iam hemiplexiâ affecti.

Non videt is qui me aegrotum lectui incumbentem visitat, vulnera; equum ephippio instruere possum, quum video flexiles hastas;


(الكامل) سايرتُهم والليل [h] البيتين

ومن اشعاره فى مدّة اسره، واستيلاء امير المسلمين يوسف بن تاشفين على بلده باسره،

قال من قطعة

(الطويل) ابى الدهر أنْ يُقنى الحَيَاء [i] ويُنْدما   وأنْ يَمْحُوَ الذنب الذى كان قدّما
فان يتلقّى وجه عَتْبِىَ [k] وجْهَه   بعذر يغشّى صفحتيه التَّذَمُّما
ستعلم بعدى مَنْ تكون سيوفه   الى كلّ صعب من مراقيك سُلَّما
. . . . [l]

a) Vide hos versûs infra in capite 'Ibno-'l-Abbârî. b) Sic correxi; Cod. ادنى, quod, quantum video, nullum sensum hic praebet. c) Cod. يسعى (sic). d) Cod. ايقه. e) Cod. hoc voc. sine punctis diacriticis offert. f) Cod. ظل. g) Cod. الاحسام. h) Carmen ad quod duo hic citati versûs pertinent, iam supra edidi p. 298 vs. 1 et 2. i) Sic legendum esse pro mendoso الحيار quod Cod. offert, iam coniecit Illustr. de Slane in margine Nobilissimi Amari apographo. Hanc coniecturam in textu admisi, et Virum Illustrissimum id quod poëta scripsit restituisse, nullus dubito. k) Cod. عبتى. l) In Codice hic sequens legitur versus qui misere corruptus mihi videtur:

سترجع ان حاولت دوى فتكه باخاجل من خد المباز راجحا

وقال من ابيات

(الكامل) [a] سَلَّتْ علىَّ يد الخطوب سيوفها   فجرذْنَ [b] من جلدى [c] الخصيف الامتنا
ضربت بها ايدى الخطوب [d] وانما   ضربت رقاب [e] الآملين [f] بها المنا
يا آمِلى العادات من نفحاتنا   كفّوا فانّ الدهر كَفَّ اكفّنا [g]

وكتب الى ابن [h] صمادح، حين سعى به الى امير المسلمين سعى الطاعن القادح [i]

يا من تعرض لى يريد مساءتى [k] البيتين

وقال من قصيدة يصف فيها الكبل [l]

تعطف فى ساقى تعطف ارقم [l] البيتين

وقال

(الرمل) [m] قُبِّحَ الدهر فما ذا صنعا   كلّما اعطى نفيسا نزعا
قد [n] هوى ظلما بمن عادته   ان ينادى كلَّ من يهوى لعا
من اذا قيل الخنا [o] صمّ وان   نطق العافون همسا سمعا
قل لمن يطمع فى نائله   قد ازال [p] الياس ذاك الطمعا
راح لا يملك الا دعوةً   جبّر [q] الله العفاة الضُّيَّعا [r]

وقال

فيما مضى كنت بالاعياد مسرورا [s] الابيات

وتعرّض له مُلْحِفُو اهل الكدية فقال

سالوا العسير [t] البيتين   fol. 151 r.

---

a) Iidem versûs exstant apud 'an-Nowairium MS. p. 506. b) Cod. فجددن. c) An-Now. جسدى, quod eodem redit. d) An-Now. الضروب. e) Cod. دقاب. f) An-Now. الآمنين. g) Cod. male الكفنا. h) Male omittit Cod. i) Hos versûs iam supra edidi p. 51 vs. 3 sq. k) Cf. supra p. 59 ann. g. l) Sequuntur hic vs. 1 et 3 carminis quod supra edidi p. 59 vs. 3 sqq. m) Versûs qui hic leguntur etiam exstant apud 'al-Marrākišium (MS. p. 139), qui post secundum duos alios addit, et apud 'al-Maqqarium (MS. fol. 520 r.), his praemissis: وقال المعتمد بعد ما خلع وسجن. Duos ultimos descripsit 'Ibn-Bassām (MS. Oxon. fol. 17 v.). n) Al-Maqq. فقد. o) Cod. اليهوى. p) 'Ibn-Bass. et 'al-Marr. اذال. q) 'Ibn-Bass. رحم. r) Cod. الصيعا. s) Sequuntur hic vss. 1, 7, 8, 2 et 4 carminis quod iam supra edidi p. 63 vs. 1 a f. sqq. t) Sequuntur hic vss. 2 et 3 carminis quod edidi supra p. 314 vs. 2 sqq.

كان قد ابلى بلاء حسنًا عند خلعه فاشار عليه وزراؤه بالخضوع والاستعطاف فقال

قالوا الخضوع سياسة[a] الابيات

قوله ما سرت قط الى القتال البيت من قول احد الخوارج فى وقعة قُدَيْد[b] ايام مروان الجعدى حين تمثل

وخارج اخرجه[c] الابيات

وقال يرثى ابنيه الفتح ويزيد وكانا قُتلا

يقولون صبرا لا سبيل الى الصبر[d] الابيات

وقال من قطعة يرثى فيها سعدًا ابنه[e]

(الطويل) اذا كان قد اودى الزمان بمثله   ولم يبق فى عود له ضَمْعٌ بَعْدُ
فلا بترَتْ بُتْرٌ ولا قَنِيَتْ[f] قنا   ولا زَأَرتْ[g] أُسْدٌ ولا صَلُعَتْ[h] جُرْدُ
ولا زال[i] ملذوعًا على سيّد حشا   ولا انْفكّ ملدومًا على مَلِكٍ خدُّ

وقال من قطعة

نارٌ وماء[k] البيتين

وفى المجموع[l] قال ابن اللبانة[m] كُنْتُ مع المعتمد باغمات فلما قاربْتُ[n] الصدر، وأَزْمَعْتُ[n] السفر،[o] صرف حيله[o]، واستنفد[p] ما قبله[q] وبعث الىّ مع[q] شرف الدولة[r] ولده[s] [t]وعذا من بنيه[t] احسن الناس سمتا، واكثرهم صمتا[u] تخجله[u] اللفظه، وتجرحه[v] اللحظه[u] حريص[w] على طلب الادب، مسارع[x] فى اقتناء الكتب[u] [y]مثابر على نسخ الدواوين، مُفَتّح من خته

a) Hoc carmen supra edidi p. 304. b) In marg. manu recentiori: اسم مكان خارج البصرة. c) Hos versûs supra edidi p. 305. d) Sequitur hic versus quem supra edidi p. 112 ann. (210), et deinde vs. 2, 3, 5 et 9 elegiae quam supra edidi p. 48. e) Cod. ابيه. f) Cod. قنيت. g) Cod. رارت. h) Cod. صلعت. i) Cod. زال. k) Vide hos duos versûs supra p. 316 vs. 2 sq. l) Cod. الجموع; cf. ad vers. h. l. m) Sequentem Ibno-'l-Labbānae locum descripsit etiam 'al-Maqqarī MS. Goth. fol. 520 r.; puto 'al-Maqqarium hic iterum ex 'al-Carīdâ hausisse, tum quia statim apud 'al-Maqqarium hic locus excipit carmen ex 'al-Carīdâ desumtum, quod supra edidi p. 398 vs. 10 sqq., cum quia ex sequentibus carminibus prorsus iidem versûs atque in 'al-Carīdâ descripti sunt. Inde a فلما قاربت locum Ibno-'l-Labbānae etiam descripsit 'an-Nowairī MS. 2 k. p. 505. n) Haec duo voc. omittit 'an-Nowairī; 'al-Maqqarī pro وازمعت offert وارمعت. o) An-Now. جيلة. p) Cod. واستعد. q) Omittit 'an-Now. r) Cod. الدولة. s) Cod. et 'an-Now. ابنه. t) An-Now. pro his 3 voc. وكان من. u) Cod. hoc voc. sine punctis diacriticis offert. v) An-Now. وتخرجه. w) Id. حريصا. x) Id. مسارعا; Cod. شارع. y) An-Now. مثابرا.

فيها زهر الرياحين [a] [c] بعشرين مثقالا [b] مرابطية وثوبين غير مُخَيَّطَيْن وكتب [d] مع ذلك [e] ابياتًا منها

fol. 152 r. اليك النزر من كف الاسير [d] البيتين

فامتنعتُ من ذلك [e] وأَجَبْتُه بابيات منها

تركت هواك [f] الابيات

وأَتْبَعْتُها ابياتًا منها

حاش الله ان اجيح كريما [g] الابيات

وطالعتُ قلائد العقيان وله فى غلام [h] الخ

واورد ابو الصلت فى الحديقة من شعر المعتمد قوله في جارية وقفت تحجب الشمس عنه

(البسيط) قامت لتحجب [i] البيتين

وقوله فى مكسه وهو فى العقد وهو احسن ما سُمِعَ فيه

[k] قضى وطرا مِن اهله كل نازح وكريد اوى علةً فى الجوارح
سواى فانى وهن ادهم منهم سبيل نجانى اخذ بالمبارح

Al-Moʿtamid ʾibn-ʿAbbād, rex in Hispaniâ. Supra p. 383.

Erat hic Abū-'l-Qāsim Mohammed, cognomen ʾal-Moʿtamid*i* gerens, filius Abū-ʿAmr*i* ʿAbbād*i*, qui cognomen ʾal-Moʿtaçid*i* gerebat, f. ʾIsmāʿīl*is*, f. Mohammed*is*, f. Qoraiš*i*, f. ʿAbbād*i*, f. ʿAmr*i*, f. ʾItāf*i*, f. Noʿaim*i*; ʾItāf*us* autem et Noʿaim*us* primi ex hac gente intrarunt Hispaniam. Natus est al-Moʿtamid*us* in urbe Beja, anno 431; Hispali imperium obtinuit anno 61 (saeculi quinti); imperio destitutus est anno 84, et mortuus est Agmāt*i* anno 88. Initium cepit ʿAbbādi*darum* imperium anno 414. Continenter loci ad quos ʾal-Moʿtamid*i* dies (tribûs instar) aquae petendae causa accedebant, erant liberi ab impuri-

a) Haec duo sententiae membra in ʾ*al-Ćarīdá* omissa sunt. ʾAn-Nowairī pro الرياحين offert البساتين. *b*) ʾAn-Now. دينارا. *c*) ʾAl-Maqq. معها. *d*) Sequuntur hic duo versûs quos supra edidi p. 309 vs. ult. et p. 310 vs. 1. *e*) ʾAl-Maqq. addit عليه. *f*) Sequuntur hic vss. 2, 3, 5, 8, 10 usque ad finem carminis quod supra edidi p. 310 sq. *g*) Sequuntur hic vss. 2 et duo ultimi carminis quod supra edidi p. 311 sq. *h*) Sequitur hic locus ʾIbn-Ćāqān*is* quem supra edidi p. 42 vs. 3 — vs. 10. *i*) Hos versûs iam supra edidi p. 299 vs. 1 sq. *k*) Hos corruptos versûs edidi ut in Codice leguntur, et locum in versione omisi.

tate; gaudebant illi dies amplis indusiis, quia semper victoria reportabatur; liberi [1] erant a fortunae vicissitudinibus, et albis gaudebant maculis in pedibus et in fronte [2], donec a Jūsofo-ibn-Tāšifīn gravi infortunio affectus est, quod eum regno privavit, et ex suâ patriâ evellit. Tunc ii qui antea eum laudibus efferre solebant, carmine funebri eum defleruut et eius mortem annuntiarunt, et ii qui speraverant eum esse locum in quo pabulum sibi paratum esset, eum deplorarunt.

Venit ad nos in 'al-'Irāqo traditionarius quidam, cui nomen 'aš-šaic Abū-Alī 'al-Hasan 'ibn-Alī 'ibn-Çālih [3] Hispanus; venit 'al-Baçram, dum ego in hac urbe vicarius eram Wezīrī 'Ibn-Hobairae, mense Dū-'l-higgae anni 557. Solebat mihi recitare poëmata illorum qui in Occidente vixerunt; quae autem mihi de rege 'Ibn-Abbād narravit fuerunt haec. Dixit: Narravit mihi summus Qāçius Hispalis, Abū-'l-Hasan Šoraih [4] 'ibn-Mohammed, iussisse Jusofum 'ibn-Tāšifīn ut 'al-Mo'tamid, regno privatus, transportaretur in Africam, ad cuius locum quendam pervenit 'al-Mo'tamid, quum incolae ex oppido exirent ad aquam hauriendam; tunc recitavit:

Exierunt ad aquam hauriendam: tunc ego iis dixi: »meae lachrymae supplebunt vobis »pluviarum vicem!"

»Recte dixisti!" responderunt, »sufficiunt tuae lachrymae, sed sanguine mixtae »sunt!"

p. 384. Dixit quoque sibi narratum esse, 'al-Mo'tamidum, die Veneris, templum petiisse, ipsum comitante eius Wezīro 'Ibn-Ammāro. Audito aedituo ad preces convocante, dixit 'al-Mo'tamidus [5]:

---

1) Si recte hoc vocabulum, quod in Codice punctis diacriticis caret, legi, Lexico addendum est vocem نَجِيّ cum من etiam significare *fugiens a*, *liber a*, cui opinioni etymologia certe favet.

2) Eadem metaphora, ab equis desumta, exstat in 'Ibn-Câqânis loco (supra p. 37 vs. 4), ad q. l. cf. nostra ann. (6) in p. 72. Cf. etiam annotationes Schultensii ad 'al-Harīrī Consessum VIum p. 179 sq. et *Excerpta ex Hamasa* p. 472; quas annotationes iam laudavit Hamaker *Spec. Catal.* p. 95 ann. (375).

3) Hunc virum ab 'al-Maqqario non commemoratum video, in magnâ illâ eius operis parte, ubi de Hispanis agit, qui iter in Orientem susceperunt.

4) Nomen proprium شريح, ut hic Codex offert, mihi incognitum est, et vehementer dubito an reverâ existat. Šoraih autem (ut pronuntiare iubet *'al-Qāmūs*, ed. Calc., p. 258) nomen est satis vulgare, quapropter lectionem Cod. corrigendam esse censui.

5) Habemus hic talis carminis exemplum, in quo alter poëta hemistichium recitet, alter altero hemistichio ei respondeat. Quonam tempore Arabes primum talia carmina composuerint nondum mihi constat, sed certe iam quarto Higrae saeculo cognita erant, ut patet ex 'Ibn-Callicāne (ed. de Slane, I. p. 111). Notum est etiam Hispanos Christianos deinde talia poëmata amasse; cf. v. c. Cervantes *Novelas exemplares* I. p. 170 sq.

Hic aedituus iam incepit homines ad preces convocare.

(Carmen continuans) dixit 'Ibn-Ammār:

Hoc facto sperat peccatorum condonationem a Deo suo misericordi.

(Carmen continuans) dixit ['al-Mo'tamidus:

Beatus sit qui testatur veritatem [6]!

(Carmen continuans) dixit 'Ibn-Ammār]:

Si nempe idem cogitatione eredit [7] quod linguâ.

Legi Bagdādī in historiâ 'al-Hamadānī [8] sequentes versûs 'Ibn-Abbādī, quos composuit in proelium quod cum Christianis commisit Jūsofus 'ibn-Tāsifīn anno 87 (saeculi quinti) [9], die Veneris; disposuerat hic caesos tamquam magnam templi turrim, in quâ Moslimī ad publicas preces convocabant, et precationem diei Veneris peragebant:

Die Veneris repulisti hostes et opem tulisti verae religioni; fugere recusabas,
Et firmus stabas, licet caeterorum inter costas corda firma manere recusarent;
Et nisi tu adfuisses, o pie Jūsofe, vidissemus Peninsulam Incredulitatis domum.
Illustri iam die, vidimus stellis similes gladios, et noctis instar miscuit se [10] pulvis tumultui [11].
Deus itaque, pro pulchrâ tuâ agendi ratione in huius (diei) tumultu [12], praemia tibi det; gloriâ aucta est in illo virtus tua bellica.
Strenuum audacemque te praebere cupis, quando hastae, dimicantibus inter se hominibus, rixari cupiunt;
Quasi has narcissos [13] putares in quibus sanguinem in orbem ageres quasi esset vinum.
Monstrant tibi hastae ipsarum staturam, quando avertuntur [14], et ostendunt gladii, valde rubentes, genas [15].

---

6) Spectat hic 'al-Mo'tamidus solennia praeconis verba: اشهد انه لا اله الا الله.

7) Vocab. عقد hic idem mihi significare videtur, quod caeteroquin اعتقاد dicitur.

8) Scripsit historiam urbis Hamadān, et mortuus est anno 509. Cf. Ḥāgi-Ćalifa, ed. Flügel, II. p. 158.

9) Ex sequenti carmine patet proelium 'az-Zalaqae spectari; hoc autem commissum est anno 479.

10) Haec signif. verbi داك haud ita distincte in Lexico annotata est.

11) Subst. مثار, quod in Lexico deëst, infra recurrit in epistolâ, prosâ rhythmicâ ab 'al-Mo'tamido ad Alphonsum scriptâ, et ex *'al-Ḥolal 'al-mauśija* edendâ (MS. Leid. fol. 15 v.; MS. Ga. fol. 23 r.).

12) Haec signif. saepius voci قَوْل propria est. V. Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabigo*) in *alboroço ruido; ruydo por estruendo; ruydo de gente.*

13) *Narcissi* hic *pocula* designare ex contextu patet, sed iam diu est ex quo alterum exemplum frustra quaero in quo narcissi similiter propter formam cum poculis comparentur.

14) Id est: hastae, te tangere et ferire volentes, a te avertuntur, et aversae rectae stant. Hastae hic, ut in sq. hemistichio gladii, cum puellis comparantur.

15) A te nempe aversi, *latus* tantum ostendunt, non aciem vel mucronem.

Quando ignem belli tui accenderas, putavimus armorum cuspides ignis esse favillas.

p. 385. Ultimo in iudicio occurres factis tuis, gratum musci odorem, a te profectum, late spargentibus [16];

Dum te laudabunt ii qui in sacro bello occubuerunt, propterea quod hocce die tam firmum constantemque te praebuisti;

Te laetabuntur . . . .

[Et invenies Paradisum qui aerumnarum te immemorem reddet, et fructûs instar carpes libertatem quae oblivisci te faciet captivitatis] [17].

Initium huius carminis sunt sequentes versûs, quos composuit quum tentorium quocum iter faceret a Jūsofo petiisset; hic illud promiserat sed promissis non steterat [18]; tunc dixit:

---

16) Lexico addendum est, verbum نثر etiam c. ب construi. Idem obtinere in verbo eiusdem soni et significationis, nempe نشر, docet locus in Koseg. *Chrest. Arab.* p. 119.

17) Hunc versum, tum in editione, tum in versione, uncinis inclusi, quia procul dubio hac non pertinet. Iis versibus est annumerandus, in quibus ʾal-Moʿtamidus captivus, se ipsum alloquitur, et fortasse est versus sequentis carminis, quod, ut in sq. annotatione demonstrabo, pessime ab ʿImādo-ʾd-dīno cum hoc est coniunctum. Sed reticendum non est maxima me tenere dubia an totum illud carmen in Jūsofum reverà ab ʾal-Moʿtamido compositum sit. Hunc certe regium poëtam in versibus istis non agnosco, et eos potius alii cuidam poëtae ex servili laudatorum grege tribuerem. Accedit quod a nullo scriptore Hispano, quantum scio, ʾal-Moʿtamido hoc carmen tribuatur licet permagnum poëmatum principis numerum descripserint et servaverint; auctoritas hominis Orientalis quem citat ʿImado-ʾd-dīn, nempe ʾal-Hamadānii in rebus Hispanis vix vel ne vix quidem in censum venire potest. — De vocab. نعيم cf. supra, p. 164 ann. (541). — Vocabulum سراح *libertatem* designat, *captivitati* (اعتقال) oppositam (cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 20). Legitur apud ʿIbn-Batūtam (*Itiner.* MS. Cl. de Gayangos, fol. 287 v.): فدَخَلَ بنات عمّه يهنينها بالسراح. Saepe nominis actionis habet potestatem, *libertati restituere* captivum. In ʿIbno-ʾl-Ćatibi *Epistolis* (MS. 11 (1) fol. 23 r.) exstat locus: وقد بلغ الخبر بسراحه من الاعتقال وخلاصه من النكبة. In ʿIbn-Batūtae *Itinerario* (MS. fol. 209 r.): امر السلطان بسراح لفيف الناس. 2ª forma verbi سرح significat *libertati restituit* captivum. Lego apud ʿIbno-ʾl-Ćatibum (*Lexicon Biographicum* MS. Cl. de Gayangos, fol. 187 r.): فاشفق وضحك منّى وامر بتسريحى. Apud ʿIbn-Batūtam (MS. fol. 201 v.): سجنه — ثم انه سرحه بعد مدة. Alibi (MS. fol. 203 v.): اقام بالسجن شهورا ثم سَرّحه, ubi سَرّحه his ipsis vocalibus in Codice instructum est. Deinde (fol. 209 r.): فعفا عنه السلطان وسرحه الى بلاده. Alibi: »quum captivus essem:" فقال لى اتريد ان أُسرحك (sic in Cod.) فقلت له نعم. Denique (fol. 248 r.): بعث الوزير الىّ جماعة من كبار ناسه فى شان تسريح الغلام.

Accenderunt isti inter duo latera tua [19] ignem, cuius flammam in visceribus tuis perseverare fecerunt.

Nonne pudore affectum est Decorum [20], quandoquidem te iter suscipere iubent [21], nec tamen tibi tentorium, mutuo datum, adiungunt?

[Quodsi enim hoc fecissent, satisfecissent Decoro et hoc impedivisset quominus tu ignominiâ et dedecore eos affecisses.]

[Raro palpebrae tuae imponunt tibi nigredinem oculorum tamquam vestem interiorem [22].]

Vides illos . . . ., dum ego tamen deserta pervasi, mariaque ingressus sum, desiderio ad illos veniendi commotus,

Ut constanter promissis meis starem, licet nonnulli ab hac agendi ratione deflectant et recedant.

Cor meum timore impletur, ad Jūsof*um* quum me confero, et nisi costae illud retinerent, (prae metu) volaret [23].

Id quod praecedit descripsi ex excerpto quodam viri Aegyptii, idque ex meis copiis [24] ornavi sequenti eius poësi, desumtâ ex carmine quod in patrem suum composuit:

Es tu vir liberalis [25] caet.

Huius carminis initium est (de magno autem peccato se excusat):

Quietum redde cor tuum [26] caet.

---

18) De his 'Imādo-'*d*-dini verbis dicere posses: quot verba, tot errores! Primum sequentes versûs nihil commune habere cum isto carmine in pugnam 'az-Zalāqae, quisque videt; pertinent vero ad plane alius argumenti carmen, a regio poëtâ compositum, quum, regno iam privatus, iter 'Agmāt*um* suscepisset. Deinde non a Jūsofo hoc tentorium petiverat, sed ab eius filiâ Ḥawwā, quae illud non *promiserat*, sed se illud non habere dixerat. Quae omnia testatur 'Ibno-'*l*-Labbāna, 'al-Mo'tamidi aequalis et intimus amicus (apud 'al-Maqqari*um* MS. Goth. fol. 551 r.), in loco infra edendo.

19) Haec lectio Codicis '*al-Ĉaridae* nostro loco multo est aptior quam illa quam 'al-Maqqari offert: *inter duas tuas palpebras*, quia mox de *visceribus*, affectuum sede ex Arabum opinione, inter illa *latera* posita, mentio fit.

20) *Decorum* المجد hic et in sq. versu tamquam persona proponitur cui satisfacere debes, ut supra, in 'Ibn-Ĉāqān*is* loco, p. 47 vs. 8.

21) Quartae formae verbi رحل hic ea potestas tribuenda est, quae caeteroquin 2ae est propria.

22) Id est: *raro palpebras claudis; rarus tibi est somnus.*

23) Valde adhuc dubito an nonnullos huius carminis versûs recte legerim et verterim. Nec mirum; desumti enim mihi videntur ex longiori carmine, et quum multi versûs hic omissi sint, alii fortasse alieno loco positi, interpretatio hic dubia et incerta est.

24) Sic h. l. istud من كلامى mihi vertendum videtur.

25) Sequuntur hic duo versûs, supra iam latine redditi, p. 125 vs. 5—8.

26) Sequuntur hic quatuor versûs, quos iam supra verti, p. 124 sq.

Ex eodem carmine desumti sunt sequentes versûs, in quibus innuit tales, qui eum ope quam isti afferre debuissent, destitutum, hostibus reliquerant ipsumque non curaverant, indicans horum perfidiam, et se ipsum excusandi ergo de iis loquens qui nempe (stellarum instar) pluviam promiserant sed promissis non steterant:

Culpa tantum incumbit [27] caet.

p. 386. Scripsit etiam ad patrem suum:

Domine! queror apud te [28] caet.

Dicens in his مسيكا homoeoteleuto studium impendit [29].

Ad patrem etiam sequentes versûs scripsit gratias ei agens pro equo, rubiginis colore praedito, quem hic ipsi miserat:

Est magnum donum quod fluere facit (fluminis instar) gratias et laudem, et urbanum factum quod necessariam reddit sinceram amicitiam [30] et amorem.

Liberalis dedisti rem pretiosissimam, quam si venderem, pro eâ permutarem, in venditione non decipiens, vitam omnibus bonis affluentem.

Est ille praestans equus qui mihi venit a parte viri liberalis; inter utrumque est similitudo [31]; quam nobilis est ille qui dat, et quam nobilis ille qui datur!

Quot beneficia in me contulisti, ita ut locus, in quem mihi cadebant, humidus evaderet [32], sed qualis est locus in quem cadit (gratae pluviae instar donum) equus rubiginis colore praeditus [33]!

Fortasse aliquando eius pretium solvam, calcare illum faciens [34] genas talis qui contra tuum iussum rebellem se gesserit.

Scripsit ad eundem, gratias ei agens propter donum:

O Rex, cuius manus [35] ludibrio habet nubem continentem pluviam effundentem!

---

27) Sequuntur hic tres versûs, quos supra verti p. 126 vs. 5 sqq.

28) Sequuntur hic duo versûs, quos supra verti p. 124 vs. 3—5.

29) Cf. de Sacy *Chrest. Arab.* II. p. 68: تَتَحَلَّى بالقران. Vult, ni fallor, auctor مسيكا esse homoeoteleuton quod haud ita frequenter occurrit.

30) Forma نُصْح, quam hic se offerre metrum demonstrat, hoc sensu Lexico est addenda.

31) In Arabicis est lusus in ambiguâ vocis جواد potestate; designat enim tum *equum praestantem velocemque* (v. Kosegart. *Chrest. Arab.* p. 68; Humbert *Anal. Arab.* p. 123; 'Ibn-Châqânis *'al-Qalâyid* MS. A. II. p. 54), tum *virum liberalem*.

32) Ex more Arabum poëtarum 'al-Mo'tamidus patris beneficia cum *pluviâ* comparat.

33) Observandum, poëtam hic 'elif weçlatae substituere 'elif hamzatam. Cf. supra p. 141 ann. (416).

34) Haec significatio 4ae formae verbi نعل Lexico est addenda.

35) Vocab. كَفّ hic iterum femin. est gen.; cf. supra p. 37 ann. (e). — Caeterum vides, in hoc versu iterum liberalitatem, sub *pluviae* imagine propositam, spectari.

Ad silentium me redegit beneficium [36] quale loquentem quominus loquatur impedit.

Si ego illud non ut fas erat descripsi, culpa est doni pulchritudo (quam ego sine intermissione contemplor) et quae me quominus illud describam impedit.

Inter ea poëmata in quibus amicos suos alloquitur, sunt sequentes versûs, quos scripsit ad Wezîr*um* suum Abû-Becr Mohammed ·ibn-Ammār:

Quum tu abesses, fugit meum oculum somnus, licet eum somno gravatum vellem tu quum absens esses.

Rogavit me ille quem ad te mittebam, qualem nuntium ad te laturus esset: tunc ei cor meum dedi, me apud eum excusans.

Quam pulchrum est dictum Abū-Farāsi [37] Saifo-'*d*-daul*am* allocuti: p. 387.

Me ipsum dono dedi, nam nobilis tantum datur nobili.

Et quae possidebam dono dedi tali, cui, si ea acceperit, dicturus sum: bene cedat tibi!

Scripsit 'Ibn-Abbād ex palatio suo Cordobensi ad nonnullos suos amicos:

Propter vos invidet [38] caet.

Scripsit quoque ad sodalem quendam, ad vinum potandum eum invitans:

O amice, quo absente [39] caet.

Et scripsit ad Abū-Becr*um* Mohammed*em* ·ibn-Ammār:

Visitavit nos narcissus fragrans [41] caet.

Tunc Abû-Becr ad palatii portam se contulit et scripsit ad ·al-Moʿtamid*um* chartulam, in quâ sequentes erant versûs:

Adsum, adsum, caet.

Ex eius poësi eroticâ sunt versûs carminis quod scripsit ad Abū-Becr*um* ·ibn-Ammār:

Quot autem noctes [42] caet.

Et dixit [43]:

---

36) De voce منة cf. supra p. 77 ann. (22).

37) De celebratissimo poëtâ Abū-Farās ·al-Hārit ·ibn-Saʿid ·ibn-Hamdān longus est ·at-Taʿālibī in *Jetîmeto 'd-dahr* MS. 502 p. 18 sqq. Floruit, ut notum, Saifo-'*d*-daulâ Halebi regnante. Eius vita exstat etiam apud 'Ibn-Callicān*em*, ed. de Slane, I. p. 186 sqq.

38) 2ª verbi بشر forma c. ب saepe exprimit: *gratulatus est* alic. aliquid. V. Koseg. *Chrest. Arab.* p. 44; *Noct. Arab.*, ed. Macn., I. p. 23.

39) Sequuntur hic duo versûs, supra latine redditi p. 105.

40) Sequuntur hic quatuor versûs, supra latine versi p. 89 sq.

41) Hos versûs iam supra verti p. 331 vs. 1 sqq.

42) Sequuntur hic quatuor versûs iam supra versi p. 83 vs. 7 sqq. p. 84 vs. 1 sq. et vs. 5—8.

43) Carmen ex quo sqq. vss. desumti sunt, sine dubio ab ·al-Moʿtamido compositum est quum amasiae absentiâ gravaretur; in vs. 2°. patrem Abbād*um* (·al-Moʿtaḍid*um*) laudat.

Tunc fleverunt eius oculi, quia se a me avertere debebat, et fleverunt mei oculi eius desiderio.

Nobis tunc similis videbatur eius oculus 'Abbādi gladio, et illi meus oculus huius beneficiorum nubi [44].

Dixit etiam:

Scripsi, magnâ tristitiâ propter tuum discessum affectus, dumque iecur amoris ardore urebatur:

Quoties autem calami lineas scribunt, toties meae lachrymae etiam in genae latere scribunt lineas!

Nisi decori sensus a me rationem poposcisset, noctu te visitassem, male amore affectus, veluti visitat pluvia folia rosae;

Osculatus tunc essem quae sub velo sunt fusca labia [45], amplexusque essem colli monile quod supra balteum est [46].

Imitatus est in hisce 'al-Mo'tamidus versum 'Omaris 'ibn-'abī-Rabī'ae [47]:

p. 388. Et de improviso veni ad nos, veluti decidit pluvia, per noctem in quâ non est qui (nostrum amorem) vetet nullusque qui nos increpet.

Quum eum aegrotantem eius puella Sihr [48] visitasset, dixit:

Profecto rogabo meum Dominum ut continuum reddat meum morbum, nam lecto meo appropinquavit dorcas nigricantibus labiis praedita [49].

Si morbus tuae praesentiae est causa [50], vellem eum semper in meo corpore adesse, etiamsi graviorem.

Morbo premebar, sed Sihr sibi proponebat [51] me visitare; adduxit itaque eam felicitas quae (perperam) calamitas dicitur.

---

44) Sententia est, poëtam, conspectis amasiae lachrymis, ita tristitiâ perculsum fuisse, ut gladio 'Abbādi, viri fortissimi, vulneratus videretur, et poëtae oculum, amasiae desiderio, effudisse lachrymarum pluviam, quae pluviam donorum 'Abbādi, viri liberalissimi, similitudine referre putaretur.

45) Observa voc. لمى hic *fusca labia* denotare; in Lex. tantum annotatum est, illud *fuscum labiorum colorem* denotare.

46) Id est: *collum tuum amplexus essem.* De vocum لثام et وشاح verâ significatione v. meum *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes.*

47) De hoc celebratissimo poëtâ cf. 'Ibn-Callicān, ed. de Slane, I. p. 526 sq. Floruit primo 'Islāmismi saeculo.

48) De hac suâ puellâ etiam in alio carmine loquitur 'al-Mo'tamid (cf. supra p. 299 vs. 4 sq.).

49) De voc. أحوى, *nigricantibus labiis praeditum* exprimente, cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 136.

50) In Arabicis observa lusum in duplici vocis علة significatione, tum *morbum* tum *causam* exprimentis.

51) Si lectio sana sit, Lexico add. erit 4am verbi عنّ formam significare *proposuit sibi*, sed dubito de lectionis integritate.

Tu itaque, o mi morbe! remane, nam *te* illa amat, et o mi Domine! exaudi meam vocem et sine ut semper aegrotus sim!

Composuit quoque versûs in ancillam quandam suam quam amabat; haec aliquando coram eo stabat poculum ei porrigens, quod manu tenebat, quum splenderet fulmen; tunc obhorruit illa, et dixit ˈal-Moˈtamid*us*:

Terrefecit eam fulmen, splendente in eius manu fulmine vini.

Utinam scirem quomodo illa quae aurorae est sol, luminibus terrore percutiatur.

Ad miram animorum concordiam pertinet, ˈIbn-ˈÂbbâd*um* recitasse ˈÂbdo-ˈl-Ģalîlo ˈibn-Wahbûn versum primum eumque iussisse ut de suo versum secundum adderet; tunc dixit hic:

Neque videbis quidquam magis mirandum quam assuefactam amicam, quae terrore impletur conspectâ re illi simili quam manu tenet.

Ait Abû-ˈç-Çalt in *ˈal-Ḩadîqâ* 52: Hic versus praestantior est quia tum verba exquisitius ordinata sunt, tum idea 53 egregia est, quia optime inter se congruunt vocabula *as-* p. 389
suefactum esse et *terrore impleri*, et quia splendor fulminis tamquam splendori vini similis describitur, licet ˈEmîr*i* versus etiam praestans sit.

Cecinit quoque ˈIbn-ˈÂbbâd:

Putat ˈOmmo-ˈ*r*-Rabî 54 caet.

Dixit etiam 55:

Sanavit tres morbos quibus suum amantem afflixerat tribus lenibus remediis, et hoc modo avertit illum qui eam cum amore observabat, illâ ipsâ hoc non animadvertente:

(Sanavit nempe) eius arcanas cogitationes dum se suâ cortinâ tegebat, eius animi ardorem dum constanter ipsi sui copiam facere recusabat, eiusque dementiam dum semper gravem modestamque se praebebat.

Auctor etiam est sequentium versuum:

O tu qui me evitas, dum ego nullam culpam commisi quae postulet ut me evites meque fastidias,

---

52) Secundum Ḩâgî-Ĉalîf*am* (ed. Flügel, III. p. 41) plenus operis titulus est حديقة في شعراء الاندلس; auctor Abû-ˈç-Çalt ˈOmaija ˈibn-ˈAbdi-ˈ*l*-azîz Hispanus (mort. anno Ar. 529) hanc anthologiam composuit in imitationem *ˈal-Jatîm*ae auctore ˈat-Ṫaˈâlibî.

53) De لفظ et معنى, sibi invicem oppositis, cf. supra p. 4 ann. (5).

54) Sequuntur hic vss. 1, 2 et 4 carminis quod supra (p. 329 vs. 1 sqq.) Latine verti.

55) Carmen sequens compositum videtur in puellam, quam ˈal-Moˈtamid*us* amaverat sed quae, constanter se ei subtrahens et indolis gravitatem modestiamque ostendens, recusaverat ipsi sui copiam facere; quo factum ut poëtae amor sensim sensimque refrigesceret, et ille, ut dicit, ab eo sanaretur.

Iam longa est nox tuae absentiae, redde itaque nobis tuum adventum in huius fine laetam auroram.

Dixit etiam:

Saepe fastidiosa [56] caet.

Composuit quoque versûs sequentes:

O tu quae inter homines mea es selecta, tu o stella, imo luna,
Tu quae dum ambulas tenuem ramum similitudine refers, dum (me) adspicis, dorcadem,
Tu quae es gratus odor [57] horti in quo flat ventus aurorae tempore,
Tu quae tali oculo es praedita qui dum languet vinculo quasi tamen alligat,
Quum sanare studeo te vocans meum auditum meumque visum,
Tum in meo corde non amplius est ardor, quia tu praesens es [58].

Sequentes etiam scripsit:

Aurora iam laceravit tenebrarum vestem, et laceravit curas vinum quod manu teneo.
Suave vinum sume cuius nomen gerit, et quod eius salivae simile est; curarum levamen apparet in eo quod simile est colori eius genarum [59].

p. 390. Composuit etiam versûs hos:

Die quo ei valedicebam, ligavit amor quem erga eam foveo meum animum eumque detinuit [60]; nullum itaque verbum protuli;
Sed (quum abiisset) ardor mei iuvenilis amoris meum iecur liquefecit, et hoc fluere fecit veluti lachrymas in meâ genâ.

Dixit etiam:

Amasia, ipsa dormiens, prohibuit quominus somnus ad nos veniret; tentavit nos amore ostendendo, sed deinde se avertit.
O nova luna faciei nitore, o dorcas limo tuo intuitu, o ramo staturae flexibilitate!
Obsecro te per amorem quo ego te persequor, per desiderium quod in meo est corde, ne me tristitiae relinquas!

---

56) Hos versûs iam supra verti p. 328 vs. 7—10.

57) De hac vocis نَفَسٌ potestate cf. supra p. 25 ann. (70).

58) Vult poëta: dum semper te mecum esse cupio, te cogito et praeclaram tuam pulchritudinem, tu praesens mihi esse videris.

59) Haec verba Latina minime versionem versuum Arabicorum vocare vellem; primum nescio an corruptum sit istud مِيها, quod non intelligo, et deinde lacuna in vs. 2°. sententiam dubiam reddit. Suspicor tamen puellam de quâ hic loquitur poëta خمر *vinum* appellatam fuisse, et sententiam versuum illam fere esse quam vertendo expressi.

60) Id est: non questus sum nec flevi, ne amatam puellam dolore afficerem.

Tempore meo non contentus sum antequam tuam videam pulchritudinem qualem in nullâ aliâ vidi.

Scripsit quoque sequentes versûs [61]:

Utinam tempus tuae absentiae sit gracile ut tua statura [62]!

Brevis sis ut tempus quo floret rosa; rosam veris volo, non rosam tuae genae [63];

Et fac ut mea in amore constantia tamdiu vivat quam tuae genae rosa, et tua absentia tam breviter quam rosa veris.

De te contentus sum, licet non satisfacias [64] suavi promisso quod mihi dedisti.

Recitavit quoque:

Si nos visitares, videres quod nunquam vidisti, argentum nempe liquefactum se miscere cum auro liquefacto.

. . . . [65].

Dixit in pedissequum Saif dictum:

Saifi (gladii) nomen ei imposuerunt, et in eius oculis duo sunt gladii: ipse ad me occidendum strictus est ut hi.

Nonne suffecit una mors gladio? Debuissentne fato determinari duae mortes quarum causae sunt oculi?

Ego illum captivum feci [66], me autem eius limus intuitus ipsius captivum reddidit; uterque itaque nostrum iam est captivus.

---

61) De metro horum versuum vide supra p. 330 ann. (34); sed observandum hic ultimum pedem primi hemistichii in vss. 3 et 4 esse فاعلن مس vel فعلن مس.

62) Vult poëta: Brevis sit tua absentia, huiusque brevitas aequet gracile tuum corpus.

63) Hanc enim semper floridam fore putat urbanus poëta. — De 'elif hamzatá pro 'elif weçlatá cf. supra p. 144 ann. (416).

64) 4ª forma verbi نجز hic cum ب construi videtur.

65) Versum hic a me omissum optime, ni fallor, intelligo, attamen quidnam poëta scripserit non mihi constat. Licet enim certum sit pro حمدت legendum esse جَمَدَتْ, pro لتحفظ, لتحفظ et pro يحمد, يجمد, caetera tamen verba mihi adhuc difficultatem pariunt, inprimis istud منه ما. Sine melioris Codicis ope, ego certe de verbis poëtae restituendis despero. Sed quid voluerit longe facilius est dictu; collatis nempe alio carmine (supra p. 40), meis ad hunc locum annotationibus, carmine in Hoogvlieti *Spec.* quod ibi citavi et alio carmine quae supra p. 393 vs. 6 a f. edidi, facile mecum faciet lector si statuo poëtam vinum flavum describere (quod *aurum* vocat) et amphoram crystallinam, quae illud continebat et quam *argentum* vocat. *Argentum* (i. e. amphora) liquida videbatur quia *aurum* (i. e. vinum) liquidum erat; utrumque metallum inter se mixtum, et amphora *congelata* corpus quod *non congelatum* erat, continere videbatur.

66) Ex hoc loco efficeres ipsum 'al-Mo'tamidum hunc pedissequum in bello captivum fecisse; 'al-Marrâkisi tamen narrat eum tamquam donum ad 'al-Mo'tamidum misisse regem Toletanum.

O Saif! iuste agas ut sincerum decet amicum! Nonne te oportet me libertate donare[67], dono adiuncto?

p. 391. Habebat ancillam quae Ǵauhara[68] dicebatur et quam amabat. Ad hanc scripsit ut eam placaret, quia inter eam et ipsum dissensio orta erat. Quum illa epistolâ respondisset, in cuius titulo nomen suum non addiderat, dixit:

In posterum sincerum amorem mihi non praestabit, quem si praestare non vult cur tamen ego in eius (epistolae) titulo nomen Ǵauharae scriptum non video?

Sciebat nempe me eius nomen amare, nominare illud itaque propter iram quam fovet, noluit,

Dixitque: si illud chartae inscriptum videt, illud osculabitur; per Deum, illud non videbit[69]!

Quam pulchre autem dixit 'aç-Çanaubarî[70]:

---

67) De 2ª formâ verbi سرح cf. supra p. 400 ann. (17).

68) De nom. unitatis جوهرة v. supra p. 6 ann. (21). Exemplo ibi citato adde 'Ibn-Batûta MS. Cl. de Gayangos fol. 197 r.; 'Ibno-l-Atîr in loco infra edendo (MS. fol. 118 r.): Ḥâgî-Çalifa II. p. 655 sq. De puellâ illâ 'al-Mo'tamidî Ǵauhara dictâ etiam sermo est in longo 'Ibn-Bassâmî capite de 'Ibn-Cafâgâ (MS. Goth. fol. 173 r.) in quo legitur: وذكر ان جارية للمعتمد رحمه الله تسمى جوهرا (sic) خاطبته واثبتت اسمها تحت الختم, quâ opportunitate 'Ibn-Cafâga in Ǵauharam (sic enim in ipso carmine legitur) carmen composuit, quod ab 'Ibn-Bassâmo descriptum est.

69) In iureiurando inprimis vocula لا cum praeterito, futuri sensum habet; vide de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 167.

70) Aç-Çanaubarium nominat 'at-Taâlibî in *'al-Jetîmâ* (MS. 502. p. 5) inter Syriae poëtas suâ aetate antiquiores. Suspicor itaque de eo agi in antiquiori quâdam anthologiâ poëticâ et quidem in كتاب البارع, auctore Harûno 'ibn-Alî 'al-monaggim, cuius appendix vel continuatio (ذيل) est 'at-Taâlibii *'al-Jetîma*. Saepe 'aç-Çanaubarii versûs laudantur ab 'an-Nowairio in *Encyclopaediâ*. — Minime certus sum me sequens carmen recte vertisse, et videant alii an sine scholiastâ Arabico verum eius sensum et festivum iocum, quem in eo latere vix dubium esse potest, assequi possint. Prima quaestio est cur hoc loco ab 'Imâdo-'d-dîno citetur, et fateor me hoc non perspicere. Latet fortasse in carmine lusus in nomine proprio, et nescio an puella de quâ loquitur poëta Šâtira appellata fuerit. Vocabulum vero شاطر inter alia designat *un coureur a pied, un messager*, ut docuit Quatremere *Hist. des sult. maml.* I. 1. p. 51. Exemplis quae vir illustr. citavit addi possunt sequentia. Torres *Relation des Chérifs* p. 168: Šerîfus »commanda à deux *Citares*, qui est comme entre nous des »Laquais, qu'ils allassent querir" caet.; deinde p. 317: »Il y a un autre Alcaide des *Cetaires*, qui »sont comme laquais, lesquels servent à aller à pied, et pour porter la viande au Mesuar" [de voce مشور cf. quae notavi in *Dict. dét. des noms des vêtements chez les Arabes* p. 42—44] »et ap»peller le peuple, et quand le Roy veut faire faire iustice en sa presence de quelqu'un, ceux-cy la

O ancilla quam erudivit agilitas; ornatus horti ab ipsius pulchritudine commodatus est!
Est illa regina pulchritudine; quando apparet fatetur princeps eam principatum tenere.
Advenit viridi veste induta, veluti flos mali punicae foliis indutus est;
Tunc eam rogavi: quale huius vestis est nomen? Illa vero festivum dedit responsum:
Hac veste indutae fidimus folliculum fellis virorum; nos itaque illam appellavimus: *fidit folliculum fellis* [71].

De illâ ancillâ dixit etiam ʿIbn-ʿAbbâd:

Gaudium nostrum sine vobis [72] imperfectum est: quod suave erat non amplius est purum neque sordibus carens.
Si antea nobis felicitatis stella orta fuit pluviâque nos rigavit [73], nunc occidit et abit.
Iniuriâ te afficientes te Ǫauhar*um* (gemmam) nominarunt, nam tibi similem nullus assequitur urinans.

Dixit de eâdem:

Ǫauharą! Punivit me tua continua ira! p. 392.

» font" caet. Alibi p. 337: » le Iuge, qui envoya deux *Cetaires*, qui sont comme sergens pour le » chercher." Et denique p. 392: » *Cetaires* (qui sont laquais)." Charant *Letter in answer to divers curious questions* p. 52: » he [nempe Qâçius] has about him several *citairis*, who are a kind » of Sergeants, who immediately go and see that his sentence be duly executed, or else carry the » condemned Person to Prison." Iam quum etiam in opere c. t. *Voyage for the Redemption of captives* (p. 101) vocabulum *Shatir* explicetur per *page*, fieri potest ut forma feminina شاطرة *ancillam* denotet et hinc etiam nomen proprium sit, si nimirum statuere licet شاطر illo quo indicav sensu etiam apud antiquiores poëtas occurrere; exempla enim a Quatremère et a me citata demonstrant tantum illud recentiori tempore hunc sensum habuisse. Quodsi itaque nondum constat شاطرة apud antiquum poëtam *ancillam* denotare, et fortasse vertendum est *astuta puella* (bono sensu), vocabulum tamen sequens شطارة, de quo l. l. etiam egit summus Quatremère, iam antiquiori tempore *habileté*, *adresse* significabat. Diu enim ante illos scriptores quos citavit Quatremere, scripsit ʿIbn-Ḫaijân, apud quem vocabulum illo sensu usurpatum inveni. Ait de Califâ Hišâmo III°. (apud ʿIbn-Bassâm MS. Goth. fol. 140): وقد كان معروفا بالشطارة فى شبابه.

71) Versum, ut iam dixi, non intelligo. Si recte vocab. مرائر accepi, est plur. a مَرارة; in Lexico h. plur. non annot., sed ex normà formatus est; cf. de Sacy *Gramm. Arab.* I. p. 366.

72) In plurali hic poëta puellam alloquitur, quia nempe in antiquà Qaçîdâ semper plures alloquuntur, plerumque duos. Huius moris memores recentiores poëtae saepe unum unamve alloquuntur, duali vel plurali numero usi. Idem obtinet in carmine supra edito p. 392 vs. 7 a f. et infra in (in §. 2) in carmine ʾar-Râçii.

73) Tum Cod., tum ʾal-Maqq. in passivo وغيث offerunt; dicendum erat وغاث in activo, et mendum ab ipso poëtà profectum arbitror. Caeterum notum est, antiquos Arabes stellis vim in gratà pluvià excitandà tribuisse.

Suspiria mea semper adscendunt, meae lachrymae semper effunduntur.

O stella pulchritudinis quae in contemtum adducis splendentes planetas!

Tua habitatio meo est in corde: gratum itaque tibi esse non potest, hoc aegrotare.

In ancillam cuius nomen erat Wadād (amor) recitavit sequentes versûs [se ipsum alloquens]:

Exhauri poculum in sanitatem Wadādi tuae 74 et dum ab eâ abes eius recordatione te consolare 75!

Est illa luna cuius facies a tuis oculis non conspicitur et cuius mansio est in nigredine tui cordis 76.

Et dixit:

Faveat tibi Deus! Quantâ tristitiâ meum cor affecisti, et quot vulnera pectori inflixisti!

Oculi tui semper bellum inferunt meae animae: nonne misericordia te aliquando ad pacem mecum ineundam adiget?

Recitavit etiam sequentes versûs:

Dolore correptum est cor, et quid ego facere possum? Monitum quidem mihi datum est, sed ego illud audire nolui.

Vae mihi! amo et non amor sed odio habeor! Ego autem semper pactum servo cum illâ initum quae illud neglexit!

Nunquam putaveram me amore 77 vitam amissurum, dum ego pace contentus eram, quae vero nunc mihi recusata est.

---

74) Pro phrasi illâ *in sanitatem alicuius bibere*, habent Arabes aliam, nempe شرب فى ودّ فلان, quod, quantum scio, nemo hucusque observavit. Significat illa *bibit in amorem alicuius*, pronuntians, ni fallor, verba: *semper te amabo*. Occurrit phrasis illa in initio sq. §., in versu 'ar-Raçii, et ex verbis quae 'Imādo-'d-dīn praemittit, patet eam idem exprimere atque شرب سرورا بفلان *in gaudium alicuius bibit*. In epistolâ quam 'Ibn-Bassām (MS. Goth. fol. 81 r.) descripsit, occurrit phrasis شرب بودّ فلان; verba haec sunt: وأشربُ عليها (nempe الكاس *poculum*) بـودّك. Vides phrasin شرب فى وداد فلان in versu 'al-Mo'tamidi idem exprimere atque شرب فى ودّ فلان, et poëtam ideo formâ وداد uti, quia sic lusus verborum cum sq. nomine proprie existit.

75) Sic 5ª forma verbi انس hic vertenda videtur. Pedro de Alcala (*Vocabulario Español Arabigo*) vertit *consolacion* أُنس, *consolar* أنّس, *consoladora cosa* et *consolable cosa* مونّس, et tandem *consolarse* تأنّس in quintâ quae nostro in textu occurrit formâ. Quae Lexico sunt addenda.

76) Id est: in intimo tuo corde.

77) Fortasse longe praestat in Arabicis pro حبًّا legere حربًا (*bello*), collato praecedentis carminis versû ultimo. Sic oppositio est inter حرب (*bellum*) et سلام (*pacem*), quae non est inter حبّ et سلام.

O vos quae a me vos separastis [78]! vos iam sanitatem recuperastis: benignae itaque sitis et dicatis vestro amanti labenti: resurgas a lapsu [79]!

Reddite, pacem iterum mecum ineuntes, quod restat de vitâ, quod non restabit nisi vobis illud desiderantibus.

Sequentes quoque versûs composuit:

Dixi: quandonam mihi eris misericors? Respondit illa: nunquam, in nullâ aeternitate!

Dixi: itaque me de Paradiso [80] desperare fecisti! Respondit: feci!

Notatis a me his duobus versibus in hoc volumine Damasci anno 571, ego hos imitatus sequentes composui:

Expetivi ut mihi copiam faceret osculi a suâ dulci facie et a — [81]. p. 393.

Tunc vehementer mihi irata est quasi me odio haberet [82].

Dixi: si mihi te omnino tradis, nonne id ipsum et tibi gratum erit? Respondit: si [83]!

Recitavit etiam 'Ibn-'Abbād [84]:

Constituit eum iudicem de meâ animâ ipsius pulchritudo, sed in suo iudicio non erat aequus.

Ille, quem ego vehementer amo, iniuste dureque mecum agere numquam desinit! Mi Domine! ne tu ei retribuas eius iniustitiam duritiemque!

Et:

---

78) De plurali hic obvio cf. supra p. 409 ann. (72).

79) Notum est, formulam لَعًا لك talem esse quâ labenti bene precari solent; hinc supra (p. 47 vs. 4) habuimus عثرة لم يُقَلْ لها لعا, quo loco nixus non dubitavi hic لعثرة in textu edere, quum in Codice corruptum esset. Patet vero ex nostro loco phrasin etiam in usu esse وهب لعثرة لعا.

80) De hac signif. vocis حياة cf. Cl. Weijers *Spec.* p. 164. Ait 'Ibn-Ḥamdis, poëta Siculus, (apud 'an-Nowairium *Encyclop.* MS. 273 p. 150), palatium describens:

(الكامل) وَٱشْتَقَّ من معنى الحياة نسيمُهُ فيكاد يُحْدِثُ للعظام نشورا

Ex interiori Paradiso aura quae illud pervadit desumta est; membra itaque fere resuscitat.

81) Est hic aposiopesis.

82) Formâ 8ª verbi ضغن, hic cum ل constructa, alibi c. على construitur ut in Bidp. *Fab.* p. 239.

83) In hoc festivo carmine eâ tantum in re imitatus est 'Imādo-'*d*-din praecedens 'al-Mo'tamidi carmen, quod in utriusque versu ultimo sit aposiopesis. Cum قد in 'al-Mo'tamidi carmine subintelligendum est أَيْأَسْتَنِي, et cum أن in 'Imādo-'*d*-dīni poëmatio بَذَلْتِ. Versum 'al-Mo'tamidi non ad literam in versione latinâ reddere potui, quia linguae Europaeae voculâ carent, Arabum قد respondente, quae nempe nihil nisi praeteritum exprimit. Caeterum simplex بذل hic idem exprimere vides quod caeteroquin dicitur بذل نفسها.

84) Hos versûs 'al-Mo'tamidus in pedissequum composuit, teste auctore libri *Acbāro 'l-molūc.*

Et postquam mane obviam veneramus [85] caet.

In quibus sequentem versum imitatus est:

Flevi sanguinem [86] caet.

Ex eius poësi in quâ varia describit, et ex iis quae ingeniose dixit sunt sequentia. Dixit:

Quam pulcher est pincerna [87] caet.

Dixit etiam [88]:

Stellae instar apparuit, fragrantibus odoramenti odoribus, in cursu se extollens, gracili staturâ praeditus.

Quoties mihi bibendas praebuit per noctem quam maxime obscuram rosas liquefactas in aquâ congelatâ [89].

Saepius poëtae hanc ideam expresserunt, et variis modis imitati sunt dictum 'Ibno-'l-Mo'tazzi:

Vides in cubiculo feminae quae vinum vendit et quae ad filias Magorum pertinet, magnam vini seriam, surgentem lancem habentem;

Nos feminae isti ponderavimus aurum congelatum, at illa nobis mensa est aurum fluens [90].

Ex iis quae ego hac de re composui sunt sequentes versûs ex brevi carmine quod Bagdâdi scripsi:

Bene custodiat Deus aevum in quo vini [91] sagittae scopum attingunt, et in quo nobis in orbem aguntur pocula gaudium afferentia!

Etenim nos admiratione affecit tum rosa, tum vinum, sibi invicem similia, ita ut nesciamus utrum liquefacta sit rosa an congelatum sit vinum.

Et dixit 'Ibn-Abbâd quum eum pater iussisset ut describeret clypeum in quo erant stellae argenteae:

p. 394. Est clypeus [92] caet.

De candelâ dixit haec:

O candela quae repellis obscuritatem noctis, veluti mea manus [93] repellit paupertatem ab hominibus!

---

85) Hos versûs iam verti supra p. 101.

86) Cf. supra p. 101 ann. (149).

87) Hos duos versûs iam supra verti p. 99.

88) Hi versûs, ut praecedentes, in pulchrum pincernam compositi sunt.

89) In his et in sq. 'Imâdo-'d-dîni carmine de vino *rubro* sermo est, quod amphorâ crystallinâ continetur; in 'Ibno-'l-Mo'tazzi carmine de vino *flavo*.

90) In hoc 'Ibno-'l-Mo'tazzi carmine *aurum congelatum* indicare *nummos aureos*, vix opus est ut moneam. Caeterum eosdem 'Ibno-'l-Mo'tazzi versûs infra in 'al-Maqqarii capite (MS. fol. 495 v.) citatos videbis cum alio versu quem iis addidit 'al-Mo'tamidus. In illo loco pro ألدنّ legitur الزقّ.

91) Pron. ها in قداحها ad subintellectum subst. fem. gen. خمر spectat.

92) Vide hos versûs infra in capite 'Ibno-'l-Abbâri.

93) I. e., ex solitâ imagine, *beneficia quae mea manus in alios confert*.

Ego tecum vigilando certavi, dum amasia mea poculo me rigabat, impleto suâ salivâ [94] magis desiderandâ [95] quam vinum.

Candelae lux sine dubio ab amasiae facie desumta est, eiusque ardor a suspiriorum meorum ardore.

Carmen quod composuerat sic descripsit:

Venit ad te hortus cogitationis, cuius plantas irrigavit dextrae tuae manûs mador [96], non ros neque pluvia.

In huius lateribus flores [97] disposui, te nempe commemorando, et omnes eius . . . . . decerpenti sunt arborum rami [98].

Citharam poscens ut cantui inserviret, dixit:

Vicit nos propensio in somnum, languent iumenta laetitiae [99] cupiuntque ut se canendo impellant agasones, qui sinceri sunt amici.

Mitte itaque tale quod alacre reddat [100] quod ex his fastidit et lassum est, coniunctum cum cantu horum iumentorum agasonis, perspicue (in cantando) verba pronuntiantis:

Ut nempe resurgere faciat illa cithara tales qui celeri [101] incedunt incessu, et ut animos in corpora reducat.

---

94) Non dubitavi quin pro mendoso ايقه legendum esset ريقه. *Salivam* autem vocant Arabes puellarum basia.

95) Hoc significat compar. اشهى; v. Koseg. *Chrest. Arab.* p. 143.

96) I. e. *beneficium tuum.* Ut beneficium saepissime يد dicitur, sic يمين hic idem exprimit.

97) Ex licentiâ poëticâ hic est زَهَرًا pro زَهْرًا; vide de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 498.

98) Cf. de hac vocis شاجر signif. ʿal-Ḥamāsa p. 375. Voc. اوقات aut corruptum est, aut sensum hic habet mihi ignotum. — Manifesta est in hoc carmine imitatio Abū-Farāsi carminis, cuius duos versûs, quos imitatus est ʿal-Moʿtamid, edidi et verti in meo *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes* p. 133.

99) Vocab. راح hic *laetitiam* verti, primum quia etiam apud Ibn-Čāqānem (vide supra p. 41 vs. 7) de خيل السرور *equis laetitiae* sermo est, deinde quia in ultimo huius carminis versu de طرق السرور mentio fit. — Ut autem hoc carmen bene intelligatur, tenendum est, camelos cantum amare, et ductores ideo cantilenam cantantes impellere eos solere. Laetitia itaque hic cum camelo comparatur, qui, longo itinere fatigatus, cantilenâ impelli debet.

100) Formam نشاط hic pro rariore infinitivo 2ae formae habendam esse, sententia docet. Obiter observare liceat, hanc formam نشاط, quae in Lexico non exstat, saepius etiam substantive usurpari et *alacritatem* exprimere, ut in *Noct. Arab.*, ed. Macnaghten, I. p. 88; Ibn-Batūtae *Itinerario* MS. Cl. de Gayangos fol. 113 r.: فحينئذ اظهرت النشاط.

101) De adiect. رسيم v. supra p. 96 sq. ann. (125).

Tunc enim iter faciemus in laetitiae viis et bene directi erimus in harum locis dubiis tenebrisque occultis, per stellas quae ex poculis oriuntur.

Amatis suis ancillis valedicens, dixit:

Illas comitatus sum [102], caet.

Ad carmina quae composuit quum captivus esset et quum Imperator Fidelium Jūsof ·ibn-Tāšifîn universum eius regnum occupasset, pertinent sequentia. In brevi carmine ait:

Noluit Tempus ut dispareret pudor et poenitentem me reddit; noluit deleri vestigia culpae, quam olim commisi;

Nam si meae culpae facies, excusationem afferens, eius faciei obviam fit, tegit pudor eius genas.

Edoceberis post meam mortem, o tu, cuius gladii sunt scalae ad omne arduum quod adscendere velis;

. . . .

p. 395. Sequentes quoque versûs recitavit:

Strinxit supra me manus aerumnarum suos gladios, qui meae cuti exuerunt loricam firmam cinerei coloris [103].

Illis gladiis manûs aerumnarum colla talium percusserunt, qui speraverant se gladiis vota sua assecuturos.

O vos qui speratis nostra dona reversura, cohibetote vestram spem, nam Fortuna adversa cohibuit manûs nostras, beneficia dantes.

Scripsit ad 'Ibn-Çomādiḥ quum hic eum accusaret apud Imperatorem Fidelium, ut solet obtrectator et iniustus vituperator:

O tu qui obliquis verbis [104] caet.

In carmine in quo catenam describit, dicit haec:

Serpit illa [105] caet.

Et dixit:

Ignominiâ afficiatur Fortuna! quid enim agit? Quotiescunque aliquid pretiosi dederit, illud iterum eripit!

Iniuriâ labi facit talem [106], qui cuivis labenti dicere solebat: resurgas a lapsu!

Talem qui, quum commemorarentur temporis vicissitudines, surdus erat, et qui, si beneficium captantes vel occultâ voce loquerentur, audiebat.

---

102) Hos versûs iam supra verti p. 327 vs. 2 a f. sq. et p. 328 vs. 1 sq.

103) Proprie *cinerem firmam*.

104) Hos versûs iam supra verti p. 118. Ex loco autem quo 'Imādo-'d-dîn eos descripsit efficio eum putasse ·al-Mo'tamidum eos in carcere scripsisse, sed scripsit quum adhuc regno gauderet.

105) Vide horum versuum versionem supra p. 136.

106) Vides hic verbum هوى cum ب transitivam habere potestatem, et denotare *labi fecit*.

Dic ei qui ab illo donum accipere cupit: abiecta spes hanc cupidinem cessare fecit!
Nunc enim eâ in conditione versatur ut nihil possideat, nisi hanc precem: Deus divites reddat illos qui beneficium rogant et esuriunt [107].

Recitavit etiam:

Superiori tempore [108] caet.

Quum ei importune rogantes mendici sese offerrent, dixit:

Rogarunt a captivo [109] caet.

Postquam tempore quo imperio privabatur egregia fortitudinis specimina ediderat, consilium ei dederunt Wezîrî ut se submitteret et hostem sibi propitium reddere studeret. p. 396.
Tunc dixit:

Dixerunt mihi: prudentissimum est [110] caet.

Versus: *Nunquam ad certamen profectus sum* caet. desumtus est ex iis quae dixit quidam ex haereticis, quum pugna Qodaidî [111] committeretur, diebus Merwânî 'al-Ǵa'dî, antiquioris nempe poëtae carmen imitatus:

O pugnator caet.

In mortem filiorum 'al-Fat'hî et Jezîdî composuit hanc elegiam:

Dicunt mihi: patientiam adhibe [112]! caet.

Ex carmine elegiaco, in quo deflet filium suum Sa'd*um* [113], sequentia sunt:

Quandoquidem Tempus huic similem abstulit, et ipsi non amplius est desiderium ut ad nos revertatur [114],
Acuti gladii [115] non amplius secant et hastae non amplius perfodiunt [116]; non amplius rugiunt leones nec validis costis praediti sunt [117] equi nobiles.
Semper enim (dum vivebat) principum viscera urebantur, et semper regum genae colaphos patiebantur!

---

107) Cf. supra p. 148 ann. (440).

108) Vide supra p. 148. 109) Vide supra p. 355. 110) Vide supra p. 337.

111) Cf. supra p. 338 sq. ann. (79), et p. 339 sequentium versuum versionem.

112) Vide versionem supra p. 112.

113) Quid de his statuendum sit, nescio; filius certe 'al-Mo'tamidî, cui Sa'dî nomen esset, mihi est ignotus.

114) Quia nempe 'Abbâdi*darum* gens in tam tristi conditione versabatur.

115) De plur. بُتُر v. supra p. 84 ann. (62).

116) In Lexico non commemoratur huic loco apta verbi قَنِىَ significatio; cum بَتْر autem verbum بَتَرَ coniungitur, et sic iam parallelismus docet, verbum قَنِىَ hic quasi a قناة esse derivatum.

117) In textu voci صلهت substitui ضَلُعَتْ; hoc enim verbum de equis usurpari patet ex formâ أَضْلَعُ quae epitheton est equorum, ex formâ ضلاعة caet.

Ex eius carmine quodam etiam sequentes versûs desumti sunt:

Ignis, et aqua [118] caet.

In opere cui titulus *'al-Magmū'* [119] haec leguntur: Dixit 'Ibno-'*l*-Labbāna: Eram cum 'al-Mo'tamido Agmāti. Quum autem in eo essem ut redirem mihique iter proposuissem, technam struxit mihique omnia dedit [120] quae ipse acceperat. Misit enim mihi cum filio suo Šarafo-'*d*-daulâ — hic autem inter eius filios reliquos homines valde superabat pulchro agendi modo et maximâ taciturnitate [121]; pudore eum afficiebat verbum vulnerabatque eum oculi nictus [122]; cupidus erat ut humaniorum literarum cognitionem acquireret, omnes intendens vires [123] ut sibi libros conquireret; assiduus in describendis carminum collectio-
p. 397. nibus, in quibus suâ scripturâ aperiebat quasi (antea clausos) flores plantarum odoriferarum [124] — misit, inquam, mihi viginti mitqālos Morābit*icos* [125] duasque vestes non consutas [126]; hoc munus comitabantur versûs ex quibus sunt sequentes:

En parvum donum [127] caet.

Ego autem hoc munus accipere recusavi, et 'al-Mo'tamido carmine respondi ex quo sequentes versûs sunt desumti:

Relinquam tui amorem [128] caet.

Et deinde composui aliud carmen ex quo sunt sequentia:

Prohibeat Deus [129] caet.

---

118) Vide hos duos versûs supra p. 359 vs. 3 sqq.

119) Quum وفى الجموع hic nullum sensum praebeat, non dubitavi quin legendum esset المجموع, et persuasum mihi est hic 'Ibno-'z-Zobairi opus citari, quod etiam infra citat auctor noster.

120) Haec significatio 10ae formae verbi نفد Lexico est addenda; cf. 'al-Marrākišī MS. p. 151: استنفد وسعه; 'an-Nowairī *Hist. Hisp.* MS. 2 *h.* p. 452.

121) Erat nempe vir gravis abhorrebatque ab otiosis futilibusque sermonibus. Taciturnitas enim gravibus Orientalibus magna est virtus; loquacitas magnum vitium. Cf. cum loco nostro 'Ibno-'l-Ĉatib MS. fol. 23 v.: كان على طريقة مُثْلَى من الصمت والسمت والانقباض; Idem (MS. fol. 30 r.) de doctore dicit: طويل السمت الا فى دسْتِ تعليمه.

122) Scil. feminae. Ab amore illicito erat quam maxime alienus.

123) Patet ex nostro loco, 3am formam verbi سرع significare *omnes intendit vires*, *omnia tentavit.*

124) Id est: eleganti suâ scripturâ elegantia esse carmina ostendebat.

125) Talem nummum aureum, qualem Jūsofus 'ibn-Tāšifīn cudendum curavit, vide in Höstii opere *Nachrichten von Marokos*, Tab. XXXIII. n°. 4 et cf. p. 282.

126) De 2a forma verbi خاط vide quae annotavi in meo *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes* p. 29.

127) Cf. supra p. 347 vss. tres ult. 128) Cf. supra p. 348. 129) Cf. supra p. 350.

Legi ego [130] *Qalāyido-'l-ʿiqjān* (in quo libro exstat locus sequens): Panxit quoque carmen [131] caet.

Descripsit Ābū-'ç-Çalt in *'al-Ḥadīqā* [132] ex 'al-Moʿtamidi poësi quae dixit de ancillâ quae se ita stiterat ut a solis radiis eum defenderet:

Stitit se ut eius statura [133] caet.

§. 2. Caput de 'ar-Rāçio.

يزيد الملقب بالراضى [a] ولد المعتمد بن عباد ☆ MS. fol. 153 r.

قُتِلَ [b] بعد اسر والده مع اخيه [c] ولم ير [c] الدعه دعى اواحيه [c] [c] عَلَّقْتُ من المجموع [d] كان لا يشرب وبلغه ان اخاه عبد الله شرب سرورا به فكتب [e] اليه

(الطويل) اتانِىَ مَنْ يانى [f] لمجدك عبرةً [g]   فحبَّ له من كلّ جارحة شكرُ
لئن كان لى فضل فمنك استفدتُه   ولولا ضياء الشمس ما بهر القمر
ايشرب [h] فى ودّى المدامة سيّدى   وينساغ [i] لى فى تركها ابدًا عذر [k]
ساشربها شكرًا لِما طُلْتَ [l] موليا   وفى مثل ذاك الودّ يستسهل الوزر

وقال من ابيات يصف فيها نَكَدَ [m] ايامه

هى الدار غادرة بالرجال [n] الابيات

[o] وقال يخاطب اباه وقد دعاه مؤنّسا له بعد وحشة تقدمت من ابيات

الآن يعود حياة الامل [p] الابيات

وقال من قصيدة فى ابيه وذِكْر الروم

130) Hic iterum ipse 'Imādo-'d-dīn loquitur.

131) Sequentem 'Ibn-Cāqānis locum iam supra latine verti p. 93 sq.

132) Cf. supra p. 405 ann. (52).

133) Cf. supra p. 329.

a) Cod. male بالرضى. b) Sic legendum puto; Codex tantum ل offert, praemissis nonnullis confusis punctis. c) Haec sine dubio corrupta verba scripsi ut in Codice leguntur. d) Cod. المجوع. Sequentia verba (omisso tantum nomine proprio عبد الله) et sq. carmen exstant etiam in *Acbāro 'l-molūc* (MS. 639 p. 138). e) Pro primâ literâ Cod. iterum nonnulla puncta offert. f) Cod. بادى (sic); *Acbāro 'l-mol.* تأبى. g) Cod. عمرة (sic); *Acbāro 'l-mol.* غيره. h) Cod. اشرب. i) Cod. ويمساع (sic). k) Cod. غدر. l) Cod. ضلت; *Acbāro 'l-mol.* طُلْتَ. m) Cod. نكر. n) Vide hos versûs infra in capite 'Ibno-'l-Abbāri. o) Verba وقال usque ad تقدمت exstant etiam in *Acbāro 'l-molūc* (MS. 639 p. 138 sq.). Post اباه ibi exstat المعتمد. p) Vide supra p. 171.

(البسيط) لئن اتوك فمن جبن ومن خور قد ينهض العير نحو الضيغم الضارى [a]

ومن انصاف الابيات التى جاءت امثالا قوله

(الطويل) ومن عَجَبٍ شكوى الجريح الى النصل

واول البيت

ساشكو الى مبلى فؤادى بعتبه [b]

هذا احسن من قول المتنبى

(البسيط) شكوى الجريح الى العقبان والرخم [c]

وقوله

(المتقارب) على العذب لا الملح يخشى الاسنّ

وممّا استخرجت من شعره من قلائد العقيان ابيات له فى استسعاف مقاصده، واستعطاف والده

اعيذك ان يكون [d] الابيات

وكان قد وجد عليه ابوه لاشتغاله بالكتب عن الكتائب وبمناقب الدفاتر، عن مقانب العساكر، fol. 154 r.
وبالقلم المسطور، عن العلم المنشور، وبالاقلام، عن الاقدام [e] فكتب اليه المعتمد مستعتبا،
وله مُوَبِّخا، ومؤنّبا، من ابيات

الملك فى طىّ الدفاتر [f] الابيات

ومنها

هذى المكارم [g] البيتين

فكتب اليه ولده الراضى مسترضيا، وعن عتابه مستعفيا، من قصيدة

مولاى قد اصبحت كافر [h] الابيات

---

a) Vide supra p. 173. In Codice hîc nonnulla verba corrupta sunt; pro لئن nempe offert فان, pro اتوك habet اتمته (sic) et pro جبن offert جبين. b) In margine sinistro hîc legitur: ولو قال بجفنه بَدَلَ قول بعتبه لكان انسب واحسن. c) In margine dextro, manu diversâ a praecedenti hic legitur: تامّلْ قول العماد وناهيك به ان قول ابن عباد احسن من قول المتنبى وقول الاول ومن عجب البيت وقول المتنبى شكوى البيت. — Caeterum alios versûs huius 'ar-Râçii carminis reperies in capite Ibno-'l-Abbâri. d) Vide hos versûs infra in capite Ibno-'l-Abbâri. e) Non dubito quin sic legendum sit; Cod. مونحا. f) Sequuntur hîc vss. 1—3 et 5 carminis quod supra edidi p. 173 sq. g) Sequuntur hîc vss. 10 et 11 huius carminis. h) Sequuntur hîc vss. 1—7 carminis quod supra edidi p. 174 sq.

ومقنّعها

صبنی اسات [a] البيت

ومن شعره نقلتُ من مجموع للقاضى الرشيد ابن الزبير

مروا بنا [b] البيتين

وله يستعطف اباه من قصيدة

سجية ذى الدنيا [c] الابيات

ومنها البيت السائر الذى سبق ذكره

ساشكو الى مبلى [d] البيت

وله

يحلّ زمان المرء [e] البيتين

وله

(السريع) يا قمرا اصبح لى مألكا — لا تتركنّى هكذا هالكا
رقّ على قلب العميد الذى — يودّ لو تُجْزِى [f] على مانكا
حسنت فى خِلْقٍ وخُلْقٍ فلمْ — رضيت بالقبْح لافعالكا — fol. 155 r.

وله

(المنسرح) غصن من التبر فوقه ورقُ — كانه الصبح تحته شفقُ
يا ابدع الناس فى محاسنه — رقّ على من اذا به الارقُ
رددتُّ كفّى رجاء رقّتكم — لا تتركونى ينالنى الغرق
بحر دموعى مُغَرِّق جسدى — تداركوا مهجتى وبى رمق

Jazīd, cognominatus 'ar-Rāḍī, filius 'al-Moʿtamidi 'ibn-Abbād. Supra p. 417.

Mortuus est, ut frater [1], post captum patrem, et non vidit . . . . Ex *Collectione* [2] desumsi sequentia: vinum bibere non solebat, nunciatumque est ei, fratrem

---

a) Sequitur hic vs. 25 huius carminis. *b*) Sequuntur hic duo versûs quos supra edidi p. 171 vs. 1 a f. et p. 172 vs. 2. *c*) Vide hos versûs infra in capite 'Ibno-'l-Abbāri. *d*) Vide p. praecedentem vs. 5. *e*) Vide infra in capite 'Ibno-'l-Abbari. *f*) Cod. تجرى (sic).

1) Si recte قُتِلَ restitui, hic frater erat 'al-Fatḥ, cognominatus 'al-Mamūn, qui Cordobae interfectus est.

2) Nempe ex المجموع 'Ibno-'z-Zobairi.

Ábdo-'*l*-láh*um* 3 in ipsius sanitatem bibisse 4. Quo audito scripsit ad hunc:

Venit ad me talis qui tuae praestantiae luculenta est interpretatio; quapropter repsit ex quovis meo membro gratia.

Si mihi quaedam est praestantia, a te illam acquisivi; etenim si splendor solis non exsisteret, luna non luceret.

Bibitne meam in sanitatem meus dominus vinum, dum mihi semper permittitur 5 excusatio ab illo bibendo?

Profecto ego illud bibam, ut gratias tibi agam pro beneficio quod in me contulisti; tali enim in amore leve habetur id quod antea onus videbatur.

Recitavit etiam sequentes versûs in quibus duram suam vitam describit:

Haec indoles est 6 caet.

Et dixit patrem allocutus, qui eum ad se vocaverat eum iterum sibi proximum reddens post praecedentem discordiam, sequentes versûs:

Hoc temporis momento 7 caet.

Ex carmine quod in patrem composuit, et in quo de Christianis loquitur, est sequens versus:

p. 418. Profecto, si isti ad te venerunt, hoc factum est eorum metu et debilitate; vel asinus impetum facit in leonem rapacem 8!

Ex hemistichiis quae in proverbia abierunt, est huius principis dictum:

Mirum vero est vulneratum apud hastarum cuspides queri!

Primum hemistichium est:

Profecto! Querar apud illum qui cor meum attrivit suâ obiurgatione 9!

Hoc exquisitius est quam dictum 'al-Motenabbíi:

Querela vulnerati apud aquilas et vultures.

Dixit etiam:

---

3) Puto, hic 'ar-Rašîd*um* significari, qui quidem 'Obaido-'*l*-láh, non Ábdo-'*l*-láh nominabatur, sed quem etiam Ábdo-'*l*-láh nominare 'Imado-'*d*-dîn*um* videbis in §. 3. Reticendum tamen non est, 'ar-Raçîum etiam habuisse fratrem Ábdo-'*l*-láh*um*, nempe Abû-Becr*um* Ábdo-'*l*-láh*um*.

4) De phrasi شرب سرورا بفلان et de sq. شرب فى ودّ فلان cf. supra p. 410 ann. (74).

5) De 7ª formâ verbi ساغ vide supra p. 262 ann. (18). 6) Vide hos versûs infra in capite 'Ibno-'l-Abbâri.

7) Vide supra p. 180. 8) Vide supra p. 184.

9) Criticus quidam Arabs substituere vult بجفنه voci بعتبه, hoc, nisi fallor, sensu: *Querar apud illum qui cor meum attrivit illud iugulando*, et ideo *iugulandi* notionem hic praeferre videtur quia deinde de *hastarum cuspidibus* sermo est. Sed redolet haec observatio grammaticorum, poëtico sensu destitutorum, vanam industriam, et بعتبه multo melius in totius carminis sententiam quadrat, quod vide infra in capite 'Ibno-'l-Abbâri.

Timet ne dentes edant id quod dulce est, non timet ne edant id quod salsum est.

Ad eius poësin quam depromsi ex *Qalāyido 'l-iqyān* pertinent sequentes versûs quos composuit ut suum propositum assequeretur [10] et patrem sibi propitium redderet:

Ad te confugio quando nobis est obscuritas [11] caet.

Iratus ei erat pater quod non cohortibus occupatus esset sed libris, quod non exercitûs agminibus imperans gloriam acquirere studeret sed libris scribendis, quod prae scriptis literis negligeret vexillum expansum, prae calamis scriptoriis fortitudinem bellicam. Scripsit itaque ad eum 'al-Mo'tamid*us*, eum increpans, graviter eum perstringens et valde eum reprehendens, inter alios etiam sequentes versûs:

Imperium exercere [11] caet.

Ex eodem carmine sunt hi versûs:

Haec nobilia complecteris [12] caet.

Tunc scripsit ad eum eius filius 'ar-Rāḍī, eum sibi propitium reddere studens et rogans ne se obiurgaret, in longiori carmine:

Mi domine! Iam nullam amplius fidem habeo [13] caet.

Et in fine carminis: p. 119.

Pone me peccasse [14] caet.

Ad eius poësin etiam pertinent sequentes versûs quos desumsi ex *Collectione* Qāḍī 'ar-Rašīd*i* 'Ibno-'z-Zobair*i* [15]:

Praeterierunt nos [16] caet.

In carmine in quo patrem sibi conciliare studet, ait:

Indoles [17] caet.

In eodem occurrit versus qui in proverbium abiit et de quo iam dixi:

Profecto! Querar apud illum [18] caet.

Recitavit etiam:

Dissolvitur tempus per quod vivit vir, dum ille [19] caet.

Et:

O Qamar! Veni ad me tempore matutino angeli instar! Ne me sic exitio datum relinquas!

---

10) 10ª forma verbi سعف Lexico est addenda. 11) Vide supra p. 185.

12) Vide supra p. 186. 13) Vida supra l. l. 14) Vide supra p. 188.

15) Iam supra citavit 'Imādo-'*d*-dīn hoc opus, et de auctore egit in *'as-Sail wad-dail*, quod opus supplementum est ad *'al-Carīdam*, ut docet 'Ibn-Callicān, qui etiam huius 'Ibno-'z-Zobair*i* vitam scripsit (ed. de Slane, I. p. 75—77).

16) Vide supra p. 181. 17) Vide hos versûs infra in capite 'Ibno-'l-Abbār*i*.

18) Vide p. praecd. vs. 6. 19) Vide infra in capite 'Ibno-'l-Abbār*i*.

Misericors sis erga [20] cor male amore affecti, qui optat ut tu eum remuneres secundum tuas divitias.

Pulchra es corporis formâ et animi indole: quomodo itaque tibi placere potest facta tua esse turpia?

Cecinit etiam:

O tu quae auri ramus mihi videris, foliis opertus, ita ut te cum sole aurorae comparare possemus, sub quo est rubedo [21];

O tu quae prae omnibus mirandâ pulchritudine praedita es! Misericors sis erga virum quum insomniâ cruciatur!

Repuli meam manum [22] spem nutriens te misericordem fore; ne itaque me meae sorti relinquas eo eventu ut in aquâ demergar:

Etenim in mari mearum lachrymarum demergitur meum corpus; assequere itaque meam animam dum spiritus extremus nondum eam reliquit.

§. 3. Caput de ʾar-Rašîdo.

اخوه الرشيد ابو الحسين عبد الله بن المعتمد بن عباد ۞

اورده الرشيد ابن الزبير فی مجموعه وله شعر لا يبلغ درجة اخيه فمن ذلك قوله

(الوافر) اريد تفرُّجا عند الرواح   ومدَّ العين فی حصر البطاح
فقد صَدِئَتْ من الاحزان نفسی   وليس جلاؤُها غير المِراح
فلا تتوانيا عنّی وهُبّا   الی محبوب انفاس الرياح
ادير عليكما الاكواس تحوی [a]   لذيذ الراح بالماء القراح
علی عودٍ يُرِنُّ كما أَرَنَّتْ   فصاح الورق فی فلق الصباح

---

20) Lexico addendum est verbum رقّ etiam cum علی construi. Aliud exemplum exstat in carmine sequenti.

21) Ne hic versus sensu careat, sequentia admittenda censeo. Puella illa de quâ loquitur poëta, vesti flavae superinduerat vestem viridem; ob flexilem eius staturam, ex solitâ imagine, puellam *ramum* vocat, sed ingenio abusus et de flavâ interulâ, auri colorem similitudine referente, cogitans, ipsum *aurum* arborem vocat cui ramos tribuit. Quia vero puella duabus vestibus, quarum color erat diversus, se vestiverat, poëtae in mentem revocaverat tempus quo sol oritur; tunc nempe etiam duo colores conspiciuntur, *flavus* nempe et *ruber*; rubescit enim coelum et sol flavus est.

22) Nempe: ad me occidendum paratam.

a) Cod. يحوی.

Eius frater 'ar-Rašîd Abû-'l-Hosain 'Abdo-'l-lâh, filius 'al-Mo'tamidi 'ibn-'Abbâd.

Egit de eo 'ar-Rašîd 'Ibno-'z-Zobair in *Collectione* suâ. Poëmata scripsit quae inferiora sunt iis quae scripsit eius frater. Ex iis est sequens:

Me oblectare cupio tempore vespertino et oculis perlustrare volo virides campos,

Nam rubiginem quasi contraxit animus meus propter multiplicem tristitiam, nec pristinum suum nitorem recuperabit, nisi laetitiae me totum tradidero.

Ne itaque vos, amici mei, a me avertite [1], sed alacres ite ad locum ubi gratus spirat Zephyrus!

Vobis in orbem acturus sum pocula quae continent gratum vinum limpidâ aquâ mixtum,

Dum canitur citharâ, quae sonum edit aeque suavem atque edunt disertae columbae quum prodit aurora.

---

1) Poëta hic antiquam imitatus Qaçîdam, *duos* amicos alloquitur. — Ad significationem et constructionem 6ae formae verbi ونى vel انى (cum عن) cf. supra p. 257 vs. 1 et ann. (190) in p. 292.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag. 8 ann. (25). Post verba » cum *finitore* comparatur," adde in parenthesi: cf. infra p. 46 vs. 10.

» » » (29). Arabes in similibus phrasibus supplent غَيْرَهُ; vide de Sacy *Gramm. Arab.* II. p. 473.

» 10—22. Totam hanc de tribus operis *'al-Matmah* editionibus disputationem quum scriberem, ipse Codicem Londinensem non videram. Londini postea degens hunc non inspexi tantum, sed cum apographo meo Codicis Petropolitani diligenter contuli, varias enotans lectiones. Quo simul factum est ut priorem meam opinionem relinquerem, et iam prorsus aliter de quaestione statuam. Sed, antequam meam sententiam declarem, sequentia animadverti velim.

A. 'Ibn-Câqânem opera sua semper retractasse constat 1°. ex diversis inter se collatis exemplaribus operis *'al-Qalâyid:* nullus enim fere Codex, quod ad redactionem attinet, cum altero omni ex parte conspirat; 2°. ex inter se collatis Codice Petrop. et Londin. operis *'al-Matmah;* capita enim quae P. offert, inveniuntur quidem in L., sed saepissime differt redactio, et pauci loci in L. non inveniuntur.

B. Perquam improbabile nunc mihi videtur praeter *'al-Matmah* quem cognovimus, alium (النسخة الكبرى) inventum iri; etenim 'al-Maqqari, ubi *'al-Matmah*um citat (totum enim fere *'al-Matmah* in librum suum transtulit), semper illum librum citat qui continetur Codice P., nullum vero locum qui in illo Cod. P. non inveniatur.

C. Summâ denique animadversione dignum est, in *'al-Matmah* Londinensi inter se mixta esse capita operum *'al-Matmah* et *'al-Qalâyid*. Quae enim capita in fronte nomen viri gerunt de quo agitur in *'al-Qalâyid*, tantum ex *'al-Qalâyid*, et quidem non mutata nec amplificata (ut minus vere mihi narratum erat), desumta sunt. Similiter capita in *'al-Matm.* L. conveniunt (si perpaucos locos omissos excipias) cum capitibus in *'al-Matm.* P. *Primo* libro in *'al-Matm.* L. praemissa est praefatio *'al-Qal.* quam in *Oriental.* edidit Weijers, *secundo* praefatio *'al-Matm.* quam ego edidi supra (p. 12).

Quae quum ita sint, iam certo certius mihi constat rem sic se habere: *'al-Matmah parvus* est *'al-Matmah* proprie sic dicendus et continetur Codice Petrop.; *'al-Matm. medius* capita continet operis *'al-Qalâyid* cum capitibus operis *'al-Matm.* mixta; hunc continent Codices A. (Leidens.) et C. (Paris.) qui minus recte titulum قلائد العقيان gerunt: inscribi enim debuissent المطمح الاوسط; *'al-Matm.* denique *magnus* plura etiam inter se mixta capita tum ex *'al-Qal.* cum ex *'al-Matm.* desumta, offert et praeterea utriusque libri praefationem; continetur hic Codice Londinensi. Sic in universum res sese habet, et singula iam minoris sunt momenti, veluti tria illa capita de quibus dixi p. 22, vel hic aut ille locus in uno alterove capite additus. Ipse auctor semper opera sua, ut iam dixi, retractabat, librarii quoque passim (vide infra) aliquid addebant.

» 12. In Praefatione *'al-Matmah*i hic editâ Codex Londinensis complures offert varias lectiones, in quibus nonnullae sunt quae diversam redactionem arguunt. Vs. 1. Pro اشعر لنا in L. melius,

ni fallor, legitur اشعرنا; quâ lectione admissâ fortasse vertendum est: *qui effecit ut inspiratione quâdam naturali (res) cognosceremus.* Pro وصير L. offert ونوّر, quâ lectione admissâ in sqq. pronuntiandum est انْهانا h. e. *et qui nos illuminavit verbis suis nos veritatem docens.* Pro وصير (vel وسير, ut est in Cod.) L. habet ونشر (*et qui nobis expandit vestes externas humaniorum literarum*), quod praefero; pro برود in L. male est بدور. Pro verbis ونشرنا للانبعاث (de lectione ونشرنا iam antea dubitabam; vide ann. (48)) L. veram offert lectionem: ويسّر الانبعاث *et qui effecit ut nos facile excitaremur et impelleremur ad has libris committendas* (pro اثباتها L. male اتيانها). — Vs. 2. Pro وصلى الله lege cum L. والصلاة; accuratius totum locum vertissem, si versione meâ indicassem verba اما بعد usque ad تسليما esse protasin, et apodosin incipere inde a فانه. Vocab. سيدنا in L. omissum est. Pro ونباء L. habet ونبّه, quod non praefero. Vs. 3. كل omittitur in L., qui post تحية addit واكرام. Vs. 4. Pro مهاوى L. offert مهلك. Vs. 5. Verba احد من الاعيان male in L. omittuntur. Vs. 6. Pro تجتلى et تجتنى L. habet تجليه (sic) et تجنى. Post زهر cum L. adde تلك (*illarum disciplinarum*). Vs. 7. Verba واتصال صدورهم باعجازها, per librarii negligentiam, in L. omissa sunt. Pro فحللت mallem cum L. legere وحللت ita ut coniungatur haec sententia cum praeced. الى ان. Pro verbis عند من usque ad ومنهل L. sequentia offert: "اعزّه الله فاحْفل بمكارمته، واحْفل بمذاكرته" (*Ibno-'l-Walîd*) *quem Deus honoratum reddat! Hic humanissime me excepit, liberaliter erga me agens* (pro primo illo فاحفل lego فرّحّب), *et comem se erga me praebuit, saepius mecum de humanioribus literis colloquia instituens* (haec enim significatio etiam in alio loco Ibn-Câqânis 3ae formae verbi ذكر propria est; legitur nempe in *al-Qalâyid* MS. A. I. p. 77: لم تخل ايامه من مناظرة، ولا عمرت الا بمذاكرة او محاضرة"). Ex his lectionibus Codicis L. complura iam patent; primum me recte emendasse بمكارمة; deinde (id quod nunc etiam sine Cod. L. facile perspexissem) Ibn-Câqânem *al-Matmah* scripsisse rogante Weziro illo, non alio quodam viro; corrigantur itaque quae dixi p. 16, et servatis lectionibus Codicis Petr. versio (p. 14) sic reformetur: *Tunc vero ego apud Wezirum — diversatus, apud talem diversatus sum qui humanissime me exciperet* caet. Probabile est diversas illas lectiones in P. et L. ab ipso auctore esse profectas. Vs. 8. Pro وادركني lege potius cum L. فادركني. Pro وندبني L. habet وندب. Pro التنشط L. offert انشاط; librarii est mendum, et corrigendum est النشاط; cf. p. 413 ann. (100). Pro verbis اقبال usque ad حتّى اليه in L. legitur ذلك من غير اكتاب, nullo, quantum video, sensu. Vs. 9. Pro فاجبت L. habet واجبت, quam lectionem simul cum praecd. فادركني admittendam censeo. Vs. 10. Pro ابدائها L. habet اصاتها, quod eodem fere redit. Pro omnibus illis verbis ثلاثة اقسام usque ad فى ملح اهل الاندلس, L. simpliciter haec offert: "ما جاد به الخاطر، واجاب اليه العفو الحاضر" *id quod liberaliter dedit ingenium meum et quod dare voluit quae mihi est doctrina* (lego nempe العقل). Causa cur libri distributioni haec phrasis substituta sit, in promtu est. In *al-Matmah* nempe Petr. haec praefatio eadem est totius operis, sed in *al-Matm.* Lond. est tantum praefatio libri *secundi*, nec in hac igitur *totius* operis

distributio indicari poterat. In vs. ult. pro اسال eum L. lege اسالة ; pro المقصد L. offert القصد, quod eodem redit.

Pag. 15 ann. (63). تَمْنَّتْ etiam in loco hic citato offert Codex Lond., sed grammatica postulat تَمَنَّيْتُ.

» 23. Carmen لقد حننت, p. 26 versio carminis et annotationes (74) et (75). Miro hallucinatus sum in hoc carmine interpretando, et si quis criticus iudicaverit grammaticam me violasse et totam meam interpretationem esse stultissimam, prorsus ei assentiar. Sed etiam alii usu cognoverint quam difficile sit semel perperam intellectum locum deinde melius intelligere. Quum vero mihi, *Lipsiae* quum essem aestate anni 1844, contigisset Cl. Fleischerum de poëmatio consulere, hic statim quo felicissimo est ingenio sic legit:

لقد حننْتُ الى ما آعتدتُّ من كَرَمٍ   حنينَ ارضٍ الى مستاخر المطر
فهاتها . . . أرْضَى السماحَ بها   محفوفة فى اكفّ الشَّرْب بالبدر

Et sic fere vertit:

Profecto! Illud agere cupio quod quâ nobili sum indole agere soleo, veluti terra desiderat exspectatam pluviam.

Sed da vinum (aliis); *mihi maxime placet illud liberaliter dare dum, in manibus sodalium quum versatur, simul circumdatum est puellis plenam lunam similitudine referentibus.*

Quid istud خلعا sibi velit etiam Fleischerus se ignorare fassus est.

» 25 ann. (70). Post verba: » Vocab. تغس apud 'Ibn-Çâqânem," adde: » et alios (cf. infra p. 389 » vs. 7 a f.)."

» 27 ann. (76). Adde: » Cf. etiam infra p. 51 vs. 6 a f." In versu autem quem ex *'al-Matmoḥ* citavi, iam diu est ex quo conieceram pro inepto isto شون legendum esse شُهُور, quam coniecturam non confirmavit Cod. Lond., quippe qui سنون (*complures anni*) offerat, sed Codex Oxoniensis 'al-Homaidii (*Gadwato 'l-moqtabis* fol. 103 r.), in quo hi versus citati sunt.

» 28 ann. (87). Coniecturam Weijersii, pro ضحا legentis ضُحًى, etiam nunc felicissimam habeo, sed alia eiusdem coniectura ex quâ pro العبدى legendum esset العدى, minime admitti debet. Servanda est lectio العِبِدّى (sic enim pronuntiandum), et animadvertatur *servos κατ' ἐξοχήν* ab horum temporum scriptoribus vocari illos » who had been slaves of the Beni Umeyyah, and once formed part » of the Sclavonian guard," ut rectissime observavit Cl. de Gayangos II. Append. p. x. Sic saepissime 'Ibn-Bassâm, e. g. MS. Goth. fol. 2 v.: ولمبارك ومظفر الذين ذُكِروا ونُظَرائِهِما من اولائك العِبِدّى اخبارٌ سارت بها الركائب; MS. Goth. fol. 60 v. vs. 2 a f. et in permultis aliis locis. Eodem modo explicandus mihi visus est locus qui exstat supra p. 302 vs. 4.

» 29 sq. ann. (95). Exemplis 2ae formae verbi نمق a me citatis adde *Raiḥâno 'l-'albâb* MS. 415 fol. 1 r.: هذا كتاب نَمَّقْتُهُ باجتماع الفكر تنميقَ القطف لازهار البساتين.

Pag. 30 ann. (96). Adde: Cervantes *Novelas Exemplares* I. p. 194: »que — concluyan con Halima."

» 31 ann. (99). Adde: Ibn-Bassâm MS. Oxon. fol. 105 v.: وكان فى ضيافة المعتصم صاحب المرية بالمنية الصمادحية ☆

» 32 ann. (105). Omnino lege: »non semper, uti nos, velle album, sed nonnunquam *flavum*." Etenim Arabes Hispani etiam *dentes* cum unionibus comparant et tunc sine dubio *album* spectant colorem; vide v. c. p. 322 vs. 2.

» 35. Praeter Codices operis 'al-Qalâyid quos commemoravi, exstat opus etiam in Bibl. Caesareâ Vindobonensi (vide Cl. Flügel in *Wiener Jahrbücher* Vol. 97. p. 22) et in Museo Asiatico Petropolitano. Inveni praeterea partem libri secundi, pulcherrime charactere *neskî* exaratam, in Bibl. Bodleianâ. Est Codex Marsh. 415 (2) (Uri 769). Initium dedit Cl. Pusey qui tamen Codicem partem operis *'al-Qalâyid* esse non agnovit. Primus versus est:

كم مقلة ذهبت فى الغىّ مذهبها بنظرة هى شان او لها شان

et desinit Codex in medio fere capite de Ibn-Abdi-'l-barr (II. 29) in verbis: وكتب عن الموفق أبى الجيش مهنيا للمعتضد باخذ شلب كتابى اعزّك الله عن حال قد طال جناحها، وامال قد اسفر صباحها" ☆

» 36. Versûs nonnulli additicii in Cod. Ga. ex Ibn-Bassâmi 'ad-*Dacîrâ* desumti sunt. Sic v. c. versibus Abdo-'l-Galili ibn-Wahbûni quos supra edidi p. 50, quinque addantur in solo Codice Ga., qui etiam leguntur apud Ibn-Bassâm MS. Oxon. fol. 65 v. et 66 r. Cf. etiam supra p. 315 ann. (*d*).

» 57 ann. (*p*). Pro verbis: »ex 'al-Marrâkišio (MS. p. 135 sq.)" lege: »ex Ibn-Bassâmo (cf. infra »p. 303 vs. 1 a f. et 304)."

» 72 ann. (6). Cum hac annotatione cf. ann. (2) in p. 398.

» 74. »et in quo consistebat unusquisque, qui (propter diuturnum molestumque iter) nasum calidum »habebat." Perperam verba ذو انف حمى sic vertisse mihi videor; collato enim loco Ibn-Haijânis (apud Ibn-Bassâm MS. Goth. fol. 28 v.), ubi legitur: وكان مع ذلك شابا جميع الوجه حامى الانف غليظ العقاب جبّارا مستكبرا, vix dubium esse potest quin phrasis ذو انف حمى in loco Ibn-Câqânis idem exprimat atque praecedens كمى; verte itaque: »et in quo consistebat unusquisque »vir fortis."

» 74 ann. (14) et (15). Antiquissimus scriptor apud quem vocab. زمام sensu *catalogi* usurpatum vidi, est 'al-Homaidi; de poëtâ loquens ait in *Gadwato 'l-moqtabis* (MS. Oxon. fol. 117 v.): وكانت مرتبته فى الشعراء ايام بنى ابى عامر دون مرتبة عبادة فاعجب. Caeterum exemplis quae his in annotationibus citavi, addenda habeo sequentia. Ibn-Câqân (*'al-Qalâyid* MS. A. I. p. 198): احد أعلام الوزارة المتّسمين بازيائها، المرتسمين فى زمام عليائها" . Ibn-Çâhibi-'ç-çalât (*Historia 'al-Mowahhidarum*, MS. Oxon. fol. 24 v.): ومعه اصحابه الجند الاندلسيون المرسومون فى زمام الامر الكريم (in hoc loco مرسوم l. q. مرتسم significare vides); similiter in alio eiusdem scripto-

ris loco (fol. 28 r.): والاجناد المرسومين قد تلاحقت بالمقرّ الكريم ; cf. fol. 38 r.); idem (MS. fol. 34 r.): وجميع العبيد للامر ; deinde (fol. 58 r.). فاثبتوا اسماءهم فى زمام العسكرية العالى المرتسمين ۞

Pag. 82 » palatii honorati"; lege » palatii 'al-Mocarram" et cf. p. 141 sq. ann. (406).

» 82. ann. (48). 4ª forma verbi قام eodem sensu occurrit apud 'Ibn-Ḥamdisum (in 'an-Nowairii *Encyclopaediâ* MS. 273 p. 150), palatium et quae in hoc aderant describentem:

(الطويل) ترى الشمس فيه ليقة تستمدّها اكفّ اقامت من تصاويرها شكلا

Vides solem (atramentarium aureum), *in quo est linteolum quod atramento imbuitur quodque inservit manibus quae talia quae simulacris solis similia sint scribunt.*

Describit, ni fallor, poëta atramentarium aureum, rotundae fortasse formae, in quo linteolum erat auro liquido, quali in scribendo utimur, imbutum.

» 83 ann. (58). Iis quae de animalium simulacris, quae in palatiis aderant, dixi, praeter alia addi potest 'Ibn-Ḥamdisí carmen (apud 'an-Nowairí *Encyclopaedia* MS. p. 68 sq.) quod Amarius meus editurus est.

» 90 ann. (90). Pro » له (l. عَنّ) غَنّ" restitue ex ipso Codice غزله (غَزَلِه).

» 92 ann. (100). Post ذى adde in parenthesi: lege ذو.

» 108 sq. an. (188). Cum iis quae hic dixi cf. p. 284 ann. (143).

» 111 ann. (209). Verba » (lege: مثل لفظ) delenda sunt, et pronuntiandum est: لفظُ مَثَلٍ, ut feci p. 118.

» 115. » illo nempe die Veneris" caet. Imitatur hic 'Ibn-Çâqân carmen 'al-Mo'tamidí (vide p. 319).

» 115 ann. (228). Quae hic dixi egregie confirmantur loco 'Ibn-Bassâmí quem in Codice Oxon. (fol. 65 r.) inveni: اخبرنى ابو بكر الخولانى المنجم قال كتب الىّ ابو عبد الله بن عبادة من المرية بقصيدته فى صلاة يوم الجمعة فارتفعتْ له الى المعتمد على يدىّ وهى التى يقول فيها, post quae verba sequuntur versûs nonnulli ex carmine quod hic verti.

» 119. » et qui — sanguinis," et pag. 120, « nullusque finitimus eum timebat" (quibus substitue *et nemo qui sub eius clientelâ erat, timebat* (hostes)). Cum his iam omnino confer p. 325 ann. (4).

» 122 ann. (277). Exemplis citatis adde 'Ibn-Bassâm (MS. Oxon. fol. 109 r.): نُمِّيَ الى المعتمد بالخبر ۞

» 123 ann. (288). Adde 'Ibn-Bassâm (MS. Oxon. fol. 65 v.) qui de Alphonso fugiente, commisso proelio 'az-Zallâqa, ait: "فنحى منحى الحرث بن هشام، براس طمرة ولجام. (Phrasis

نحى منحى فلان (accuratius scriberetur نحا), *eodem modo egit atque alius*, occurrit etiam apud 'Ibno-'l-Câtib, *Lexic. Biogr.*, MS. Cl. de Gayangos, fol. 25 v.: له تاليف فى كائنة ميرقة (ميرقة l.) وتغلّب الروم عليها نحى فيها (فيه l.) منحى العماد الاصنانى (الاصبهانى l.) فى الفتح القدسى, quae verba occurrunt in capite de ابو المطرف احمد بن عميرة.

Pag. 134 ann. (367). Pro » ad 'al-Marrâkiŝî locum," lege » ad 'Ibn-Bassâmî caput," et cf. p. 337 sq.

» 135 vs. 4. » se humilia fecerant." Fortasse vertere praestat: » destructa erant;" cf. p. 337 ann. (68).

» 135 ann. (374). Cf. similem locum 'Ibn-Ḥajjânis (apud 'Ibn-Bassâm MS. Goth. fol. 49 v.): استمسك فى القصبة عن (من l.) وجوه الناس — نحو سبع مائة رجل☆

» 140. » et quot segmenta iecoris." Lege: » et quot carissimos;" cf. p. 238 ann. (67).

» 141 ann. (406). De palatio 'al-Mobârac cf. etiam 'Ibn-Bassâm MS. Oxon. fol. 113 r.; 137 v.

» 142 ann. (410). Perlongum carmen 'Abdo-'l-Ǵalîlî in palatium 'az-Zâhî descriptum est ab 'Ibn-Bassâmo (MS. Oxon. fol. 134 r. — 135 r.).

» 156 ann. (492). Pro شميتة lege شماتة; cf. p. 276 ann. (95).

» 164. » donec ei medelam afferret mors, quam ei suum votum attulit." Spectatur hic verosimiliter proverbium: رُبَّ امنية جلبت منيّة; vide Freytag *Prov. Arab.* I. p. 550.

» 166 ann. (545). » *a*) I. e. *pulchrae formae erant viri*." His substituendum est, ut iam dixi (p. 233 ann. (48): » *a*) I. e. *erant viri generis nobilitate conspicui*."

» 183 ann. (43). Cf. etiam 'Ibn-Ḥajjân (ap. 'Ibn-Bassâm MS. Goth. fol. 10 r.): كان من ارجح كبار الكُتّاب☆

» 190. عن هذه التنف. Lectio التنف non probanda est, sed legendum النُّتَف. » نُتَف, plurale » formae نُتْفَة," ait Cl. Weijers (in *Oriental.* II. p. 187) » proprie ea significat, *quae sine labore » et solis digitis e terrâ evelluntur*, et hinc figurato sensu *talia*, *quae non solide elaborata sed leviori » manu tractata sunt*."

» 192 ann. (4). Ad phrasin كلاك الله omnino confer Cl. Ewald *Gramm. Crit.* II. p. 230 in fine annotationis.

» 200 ann. (34). Argumentis quae attuli ut probarem opinionem Cl. de Gayangos falsam esse etiam aliud addi potest; citantur nempe loci ex libro *'al-Moṭaffarî* dicto a Moḥammede 'ibn-'Ibrâhîm, qui medio saeculo sexto Arabum scripsit. Vide v. c. *Raiḥâno 'l-'albâb* MS. fol. 105 r.

» 208. Quaestio est in *quânam* operis parte 'Ibn-Bassâm de illis viris literatis egerit qui extra Hispaniam nati in Peninsulâ tamen aliquamdiu commorati sunt. Scimus v. c. ex 'Ibn-Ćallicâne in 'Ibn-Bassâmî opere capita exstitisse de 'Ibn-Ḥamdîs Siculo et de 'al-Ḥoçrîo qui Qairawânî natus erat. Quandoquidem uterque poëta in aulâ 'Abbâd*idarum* floruit, suspicatus eram de utroque caput exstare in parte *secundâ* (volumine Oxoniensi); sed res non ita sese habet, et contra nec in volumine

Oxon., nec in volumine Goth. de ullo viro caput exstat, qui non in Hispaniâ natus sit. Fortasse itaque de illis viris egit ʿIbn-Bassām in Appendice *quartae* parti adiunctâ.

Pag. 225 ann. (*b*). Adde: et apud ʾal-Maqqarium (MS. Goth. fol. 558 r.).

» » » (*d*). Adde: et ʾal-Maqq.

» 232. » et creaverunt legatos." 4ª forma verbi شخص rectius vertitur *misit*. 1ª enim forma significat *abiit*, hinc 4ª *abire fecit* i. e. *misit*, et sic in *Commentario Historico Ibn-Badrûni ad carmen Ibn-Abdûni* (MS. Paris. p. 138), ubi femina ait: لو انّ هذا الامر جاء بى وانت غائب لأشْخصتُ فيه الرسل اليك. Verte itaque: » et miserunt legatos."

» 235 ann. (56). Vide etiam p. 271 ann. (75).

» 237 ann. (66). Perperam dixi hoc proverbium ab ʾal-Maidânio non annotatum esse. Invenitur in eius libro (II. p. 144) proverbium: أَعْلَمُ من اين تـوكـل الـكـتـف (ubi pro اعلمُ lege أَعْلَمَ *docuit*), et alio in loco (I. p. 63): انّه ليعلم من اين تؤكل الكتف.

» 238 ann. (68). Cf. Cl. Valeton *Spec.* p. v vs. 3 ibique annot.

» 259 ann. (3). Cf. etiam p. 360 ann. 202.

» 265 vs. 4. Cf. infra p. 368 in annotatione.

» 276. » Aemulatus nempe est." Cf. 355 ann. (167).

» 283 ann. (133). Cf. p. 324 vs. 3 a f. text. Arab.

» 292 ann. (190). Cf. p. 422 vs. 3 a f.

» 319 carmen لم لتحمد et versio p. 365 sq. Observare neglexi hoc carmen etiam ab ʿIbno-'l-Abbâro descriptum esse (MS. Paris. fol. 45 r.). Pro لـه apud hunc scriptorem legitur لك; ante كبول male addit و; similiter perperam ibi legitur يساقى pro يساقى; pro لنحر offert لحرب, quod non praefero. Quartus versus sic legitur in Codice:

سجود على اثر الركوع شابع   هناك وارواح الكماة تسيل

Quas lectiones (dummodo cum ʿIbn-Bassāmo legas متابع pro vitioso شابع) longe praefero. Versionem itaque (p. 366) sic corrige:

Sequebatur ibi capita, veluti inter precandum inclinata, corpora inclinata, dum strenuorum animi effundebantur.

» 329 vs. 13—16. Plane similes versûs leguntur in *Hedâyiq ʾel-bilâget*, ed. Calc., p. 72.

Praeter operarum errores, quos iam suo loco passim indicavi, sequentes etiam a lectore corrigi velim:

Pag. 14 ann. (55) حلى	lege جلى
» 19 n°. 9 الحشنى	» الخشنى
» 38 vs. 6 a f. وقد	» وقد
» 39 » 2 a f. قذ	» قد
» 55 ann. (g) in est ع	» in ع est
» 58 » (a) Host	» Post
» 60 vs. 3 نخلتْها	» دخلتْها
» 63 » 6 نَحْوَنا	» نَحْوَنا
» 63 » 2 a f. رالضياع	» والضياع
» 69 » 7. أَبْدَعَ	» أَبْدَعْ
» 69 ann. (p) exstat	» exstant
» 73 » (6) faucies	» fancies
» 92 » (101) *intelligo*	» intelligo
» 95 » (115) edendo	» edendum
» 118 » (250) *tibi*	» *te*
» 118 » (250) *me*	» *mihi*
» 128 » (330) أزراءٌ	» أزراءٌ
» 131 » (344) 2^{ae}	» 3^{ae}
» 133 » (363) 8^{am}	» 7^{am}
» 157 » (499) بتّه	» بثّه
» 160 » (513) Vocabulam	» Vocabulum
» 160 » (515) Optime	» Optima
» 172 vs. 8 ارجع	» ارجح
» 208 » 19 chronologicam	» chronologicum
» 276 ann. (97) illud	» illam
» 293 » (201) pronuntiandam	» pronuntiandum
» 313 vs. 9 a f. بالوصل	» بالوصول
» 348 ann. (128) auctoris	» auctores